# FRANCISCI VIGERI ... DE PRAECIPUIS GRAECAE DICTIONIS...

François Viger, Hendrik Hoogeveen

Digitized by Google

6
3-d
22

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 D
47

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-3.d.22

II II
7 7
G B

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# FRANCISCI VIGERI
*ROTOMAGENSIS* Soc. J.
DE
# PRAECIPUIS GRAECAE DICTIONIS IDIOTISMIS LIBELLUS.

Illustravit, perpetuis animadversionibus & quamplurimis idiotismis auxit

## HENRICUS HOOGEVEEN.

Editio secunda,
priori quinta parte auctior.

ROM·S·D·C·IESV·BIBL·SEC·COL·
BIBLIOTECA ... ROMA

*LUGDUNI BATAVORUM,*
Apud PETRUM VANDER EYK,
CIↃIↃCCLII.

Digitized by Google

Digitized by Google

*ILLUSTRIBUS*

AC

*PRAEPOTENTIBUS*

TETRARCHIAE

*NOVIOMAGENSIS*

# ORDINIBUS,

COMITATUS

*CULEMBURGICI*

SUMMUM IMPERIUM OBTINENTIBUS,

PATRIAE PATRIBUS

LITERARUM

PATRONIS

S. P. D.

HENRICUS HOOGEVEEN.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Persarum olim reges, qui ob immensam potentiam & ingentes imperii vires, etiam a Graecis, quos gravissimis bellis sibi infestos reddiderant, honorifi-

centiſſimo titulo τοῦ μεγάλȣ βασιλέως ornabantur, neque vilia, neque a privatis ſibi oblata munera adſpernatos fuiſſe, lepida docet Sinaetae cujuſdam hiſtoriola. Hic, narrantibus AElian & Plutarcho, Artaxerxi Mnemoni de improviſo obvius, cum, quod daret, in praeſentia non haberet, nec res lenta conſilia pateretur, ad proximum flumen, Cyrum nomine, alacer adcurrit, atque inde hauſtam utraque manuum vola aquam praetereunti Regi obtulit, qualecunque hoc ſuum munuſculum, quantum poterat, verbis ornans. Gratum fuit hoc Artaxerxi donum, ſed gratior obferentis animus, pretioſiſſima quaevis munera danti par. Sinaetae haec, ut & altera cujuſdam Miſae, obferentis ingens malum Punicum, eadem benevolentia ab Artaxerxe acceptum, hiſtoria liberiorem mihi aditum aperuit, hoc etiam munuſculo Vobis, ILLUSTRES

ET

Digitized by Google

ET PRAEPOTENTES PROCERES; me meaque ſtudia commendandi, & hoc ingenii mei qualiſcunque ſpecimen conſecrandi; quippe quos neque Artaxerxi, neque alii cuivis Principi humanitate ac propitia erga omnes, quorum opera Reipublicae literariae aliqua in parte utilis eſſe poſſit, voluntate cedere, certo ſcio. Nec una me movit ratio hoc opuſculum Ampliſſimis VESTRIS nominibus ornandi: nam quibus & haec, & omnia mea proxime deberi putem, niſi Illis, qui mihi publicae utilitati aliquid conferendi, & in hiſce regionibus de ſummis etiam viris bene merendi copiam fecerunt? Qui me ſtudioſae Juventuti, quo Patriae ſpes & felicis poſteritatis exſpectatio confirmetur, conſulere voluerunt, ad Hos, quidquid in ejuſdem commodum, & ad propagandam rerum bonarum doctrinam, a me proditur, ſummo jure deferendum cenſui. Quae autem me

praecipua caussa, ut alias mittam, ad hoc obsequium adegit, VESTRA fuit humanitas, quam digna hic oratione laudare, vitatae mihi semper & omnibus bonis molestae vetat adulationis suspicio. Etenim e Vobis, AMPLISSIMI ET PRAEPOTENTES MAECENATES, Delecti, publico nomine hanc in Urbem quantumlibet summis de rebus Delegati, mei tamen (id, quod nescio laudemne magis, an mirer) meique muneris memores, quid agam? quove successu ingenuae Juventuti docendae praesim? satisne ex voto res literaria floreat? diligenti ac sollicita cura quaerere solent. Quare, cum, quidquid temporis ex gravi labore ad honestam animi remissionem mihi liberum fuit, id omne ad publicum commodum conferre instituerim, aliter fieri posse non facile crediderim, quin hos studiorum meorum fructus gratissimos judicetis, ex quibus fortasse, non

tan-

Digitized by Google

tantum non indigno, verum etiam non ingrato hanc VOS provinciam obtulisse, videbitis. Non est, quod hasce meas lucubrationes pluribus commendem, cum, quantum idiomata ad cujuscunque linguae cognitionem faciant, quam absque illis irritus omnis in cognoscendo sit labor, quantam ad omne scientiarum genus veterum Graecorum lingua viam sternat, sine qua merito aliquem doctum vocari posse multi negant, eruditorum fugiat neminem. Quod superest, *Vigeri de Praecipuis Graecae dictionis Idiotismis* novam editionem, a me illustratam & auctam, quam Amplissimis Nominibus VESTRIS sacram, atque adeo auspiciis VESTRIS in lucem prodire volui, si benignis animis accipietis, VESTRA haec humanitas & meos labores sublevabit, & me ad hanc, quam cepi, Spartam, qua licebit arte, exornandam alacriorem reddet. Deum T. O. M. omnium bonorum

ſcaturiginem, ardentibus votis ſupplex oro, ut VOS per longam annorum ſeriem Reipublicae ſervet, VESTRIS conſiliis pro Patriae ſalute initis adſit, & ubi mortales eſſe deſinetis, in aeterna beatorum ſede collocet. Ita velit: ita faxit.

Dabam Culemburgi Calend. Novemb.
CIↃIↃCCXLII.

# BENEVOLO
# LECTORI
## HENRICUS HOOGEVEEN S.

*Opinione citius diſtractis* Franciſci Vigeri de praecipuis Graecae dictionis idiotismis libelli, *quem mea cura illuſtratum & perpetuis animadverſionibus auctum in publicum adſpectum lucemque protulerat, exemplaribus; qui reliqua ex publica auctione ſuae poteſtatis fecerat, librarius, noſtri laboris novator, rogare me coepit, ut & hujus editionis curam ſuſciperem, &, ſi quid haberem, quo locupletaretur, adderem. Ego, quae novem annorum ſpatio, ex quo prior editio lucem viderat, non data quidem opera collegeram, ſed caſus, dum aliud agebam, ex auctorum Graecorum lectione obtulerat, communi uſui ſubducere nolui, quicquid nonnulli prioris editionis emtores de injuria queruntur, quod aut his additamentis carere, aut geminato pretio alteram hanc editionem priori inutili adjicere coguntur: etenim ſi quid commodi ſit, cum omnibus privari malle quam cum paucis, minus gene-*

*rosi fuerit. Quod si, quae ad communem utilitatem conferant, suppressero, quid his profuerit? Si adjecero, quid nocuerit? Si digna fiat prioribus accessio, juventuti φιλέλληνι esse consultum, gaudeant; sin minus, non necessariorum facilem esse jacturam, sciant. At commode, inquiunt, haec separatim edi potuissent! Potuissent, fateor, sed, an commode, nescio. Quanto enim facilius est utenti eodem ex libro, iisdem ex locis, quae cupiat, haurire, quam duobus ex commentariis disjecta a reliquo corpore membra colligere? Ego, cum foetus hujus παλιγγενεσία instaret, adhibita obstetricia manu integrum eum, quam, divulsis non sine foeda deformitate artubus, monstrosum partum edere, antiquius duxi.*

*Intelligis, Amice Lector, locupletiorem prodire aureum vere de praecipuis Graecae dictionis idiotismis libellum; quam multa supellectile instructiorem, mox scies, ubi, quid priori editione praestitum sit, ex iis, quae antea praemonui, cognoveris. Sunt autem talia.*

„ *Praeter idiotismos, quos Auctor noster magno la-*
„ *bore, nec minore successu in usum studiosae juven-*
„ *tutis collegit, plurimis copiosa Graecorum lingua ab-*
„ *undat, quos clarissimus ille Rotomagensis non atti-*
„ *git, ut vel ipse in prologo ad juventutem φιλέλλη-*

„ να,

„ *vα*, *quem hic ſubjunxi*, praeſtare ſe nolle, *ait*,
„ *hunc librum*, quae hoc in genere obſervanda vi-
„ deri poſſunt, complexum eſſe omnia. *Quare eos*
„ *idiotiſmos*, *qui interiori hujus linguae cognitioni ope-*
„ *ram daturis non levem crucem figere ſolent*, *quan-*
„ *tum vel memori mente recolligere*, *vel magno ſtudio*
„ *& labore ex optimorum auctorum lectione adornare*
„ *licuit*, *ſuis quoſque locis*, *quos putavi maxime ido-*
„ *neos*, *interſerui*, *adeo ut libellus altero tanto copio-*
„ *ſior & amplius nunc renaſcatur. Generaliorem cu-*
„ *juſcunque orationis partis doctrinam*, *cui ſatis com-*
„ *modus locus deërat*, *ad calcem capitum adjeci. Vo-*
„ *ces*, *de quibus apud Noſtrum altum ſilentium*, *&*
„ *quarum tamen elegantiorem & ſignificantiorem uſum*
„ *cum inſigni diſcentium damno praeterire religio fuit*,
„ *ſervato ad praeſcriptam normam ordine alphabetico*,
„ *interpoſui. Ubi doctrinam ſuam nullo exemplo*, *vel*
„ *ſaltem nulla auctoritate confirmat*, *ſi ob locutionis*
„ *vim vel ſtructurae elegantiam operae pretium viſum*
„ *eſt*, *exempla addidi. Idiomata illa*, *quae cum no-*
„ *ſtris plane conveniunt*, *totidem verbis vernacule red-*
„ *didi*, *ut tironibus ea cum communi dialecto conferen-*
„ *tibus ad Graeciſmorum intellectum planior pateret*
„ *aditus. Et*, *quia his magis*, *quam eruditis ſcri-*
„ *bo*, *nullum*, *quod ſciam*, *exemplum non verſum re-*

„ *li-*

„ *liqui. Eadem de caussa passim in notis illas voces,*
„ *in quibus idiomatis vis consistit, ut ea primo in-*
„ *tuitu apprehendatur, literis majusculis excudendas*
„ *curavi. Editionis Leidensis lectionem constanter re-*
„ *tinui, omissis etiam quibusdam ex Demosthene ex-*
„ *emplis ad cap.* VIII, *Sect.* 3, *reg.* 5. *a clarissimo*
„ *Lederlino ex Parisiensi editione servatis, cum quia*
„ *haec verius pertinent ad regulam ejusdem sectionis*
„ *ultimam, tum quia in fine sectionis ipse Auctor le-*
„ *ctorem remittit ad sectionem sextam, ubi regula*
„ *quincta eadem exempla occurrunt, quae hic repetere*
„ *supervacuum duxi. Alteram editionum discrepan-*
„ *tiam invenies in capitis ejusdem sectione decima,*
„ *ubi itidem Leidensi editioni adhaesi. Ne quid ta-*
„ *men novae huic editioni deësset, ea, quae in Pari-*
„ *siensi editione a regula prima usque ad quartam in-*
„ *veniuntur, notis meis admiscui, & praemissis ad*
„ *oram his signis ( „ ) distinxi. Retinui etiam,*
„ *quae a viro quodam docto addita in Leidensi editio-*
„ *ne his signis [ ] inclusa inveniuntur. Ad haec,*
„ *quae in eadem editione per incuriam* σφάλματα *re-*
„ *manserunt, diligenter emendavi. Ad pleniorem u-*
„ *sum in citatis poëtis non libros tantum, sed &*
„ *versus; in caeteris etiam capita, vel, ubi ea deë-*
„ *rant, paginas notavi; quae postremae quoniam ob*
„ *edi-*

Digitized by Google

„ *editionum diversitatem discrepant, eae, quibus usus*
„ *sum, editiones, & in quibus talia* τμήματα *non in-*
„ *veniuntur, utenti ex indice Auctorum innotescent.*
„ *Denique quatuor indices adjeci; primum Auctorum,*
„ *secundum locorum ex N. T., reliquos duos copio-*
„ *sissimos, alterum Graecarum, alterum Latinarum*
„ *vocum.*

*Hunc in modum olim praefatus, nunc, quid integrata haec editio praeter ea novi ferat, paucis docebo. Cunctos totius linguae, quaqua late ipsius patet ambitus, idiotismos colligendo illustrandoque neque Vigeri, neque meus suffecit labor, nec secundae hae quidem curae id praestabunt. Universos vel longissimo studio non facile quisquam complectetur: sed aut priorum majori luce illustratorum, aut ampliatorum, aut plane etiam novorum, qui diligentem indagationem antea effugerant, numerosam offero multitudinem, adhibita religiosa cautione, ne vel minutias consectando, vel minus necessaria coacervando, vel exempla cumulando opus inutiliter cresceret: excipias tamen, velim, loca ex N. T. citata, quorum non contemnendam turbam adjeci, si qua forte etiam Theologis horum commentariorum utilitas foret: ex illis tamen quae superioribus abunde auctoritate stabilitis, tanquam cumulus accedunt, suis dumtaxat numeris designavi. Cur ad caput septimum & octavum*

*im-*

*imprimis, rariores accesserint observationes, caussam habeto. Ego in his plurima, sicubi alias, quae notatu digna videbantur, animadverteram, & in quibus doctissimum virum communi nonnunquam errore abripi videbam; sed, quia intelligebam, longe aliam ea demonstrandi, prolixioribusque argumentis, quam libelli hujus magnitudo patiebatur, enodandi rationem postulare, huic operis parti supersedere, quam rudem informemque rei pulcrae speciem praebere malui, quamprimum per publica, quibus distringor, negotia licebit, peculiari commentario, quem* de Doctrina Particularum Graecarum *paro, hunc hiatum* σὺν Θεῷ *abunde suppleturus.*

*Ad ipsum quoque Vigerum diligentius attendens, praeter ea, quae prior editio dedit, haud pauca sane, in quibus eruditus ille humani quid passus videbatur, emendatrici manu sanare conatus sum. Consule super his indicem Auctorum.*

*Nihil admodum notavi, quod probata auctoritate non suffulserim, quod utinam Noster fecisset! non multa si non falsa, controversa saltem & dubia dedisset, nec infirmioribus, quam aequum est, fundamentis nixas regulas praescripsisset. Vid. pag.* 154, 159, *&c.*

*In auctoribus citandis Budaei, unde pleraque hausit, exemplum secutus, scriptorum verbis sua loca passim non assi-*

Digitized by Google

*assignavit, quae investigare in opere saepe diffuso improbus nec taedio carens labor fuit. Nec hunc quidem, ubi utile visum est, detrectavi, plurimisque, quae citat, exemplis sua capita, paginas aut versus, quo facilius linguae Graecae studiosi consulere possint ipsos scriptores, addidi, quo cum fructu, videsis pag.* 184, 301, 378, 382, 392, 394, 405, 424, 460.

*Reperire vero, quae prorsus vel neglecto, vel suppresso auctoris nomine, quasi de propria penu sive integra, sive paucis commutatis, exempla profert, hoc opus, hic labor: nec quicquam hic praeter memoriam, dicendi characterem, aut fortunam succurrere potuit. Contigit tamen non semel, ut Cap.* V, *sect.* 14, *reg.* 2. *Cap.* VIII, 2, 8. *Cap.* VII, 13, 9. *Cap.* VIII, 5, 8. *&* *sect.* 7, *r.* 10, 15, 19, 20, 23, *&* 25. *&* *sect.* 8, *r.* 17. *Cap.* IX, 4, 11. *& alibi saepius.*

*Tali apparatu instructior recentatus prodit Vigeri libellus, ut, animadversionibus, quantum conjicio, quinta sui parte auctioribus, paucae inveniantur paginae, in quibus non aliquid secundae hae curae praestiterint. Ne tamen pro crescenti observationum numero libri moles pretiumque increseceret, altera cura fuit invenire, quo huic incommodo occurreretur, non imminuta pristinorum characterum magnitudine. Typothetae id negotii datum est, ut talem typorum structuram formaret, qua cui-*

*cuique paginae versus, singulis versibus quatuor accederent literae. Id eo valuit, ut magnitudo voluminis copiosa minus additamenta, quam revera continet, polliceatur.*

*Denique indices quoque habes prioribus locupletiores, sextum imprimis & septimum, ita ut eorum, quae pulcre a Graecis dicta sunt, tironibus lexici vicem facile praestare possint.*

*Quod superest, Candidissime Lector, si haec a me navata opera ad propagandam linguae Graecae cognitionem, quae ad reliquas scientias, Divinarum quoque literarum puriorem intellectum, atque adeo ad splendidissimam illam omnium scientiarum reginam, viam atque aditum faciliorem aperit, aliquid conferat, id est, quod pro virili adnixus sum, &*

Praemia si studio consequar ista, sat est.

*Tu meis laboribus fruere feliciter, & Vale.*

FRAN-

Digitized by Google

# FRANCISCI VIGERI
# PRAEFATIO.
## JUVENTUTI
## ΦΙΛΕ'ΛΛΗΝΙ

S.

Expressum hunc mihi, vel extortum libellum dicerem, nisi vel contritum hoc, jamque tralatitium praefandi genus, veritatis fidem elevaret; vel, utcunque res cesserit, non tam id oratione praedicandum mea, quam vivorum in testium conscientia relinquendum putarem. Nunc cum eorum ad studia voluntatem quoque meam adjunxerim, consilii nostri rationem paucis habe. Scribimus, non eruditis



Digitized by Google

tis quidem, aut multa jam lectione maturis: diſcipulos ipſi nos facilius habeant, quam doctores: nec tamen plane novis aut rudibus. Medium quoddam Lectoris ingenium quaerimus, hoc eſt, grammaticis praeceptionibus mollitum nonnihil ac ſubactum. Huic viam ſternimus ad majora, non vocum immani congerie, quam invidiam ab immenſis voluminibus, vel ipſa breviſſimi opuſculi ſpecies facile deprecatur: ſed eorum, ut vocamus, idiotiſmorum delectu, qui ſingulis in orationis partibus & occurrunt frequenter, & praecipuam quandam vim, atque elegantiam Graecae dictionis includunt. Ita enim ſe res habet, ut nonnullo quoque docendi uſu didicimus; Linguae omni, Graecaeque praeſertim, ſuus quidam eſt, ac ſingularis genius, & certis quaſi formulis illigatus: quem ſimul ac deprehendere coeperis, ames continuo, nec ante perſequi deſinas, quam aſſequare. Idem niſi te afflaverit, fruſtra ſudes, nec minus inani, quam moleſto labore jacteris neceſſe eſt. Hujus ergo tibi veſtigia quaedam indicamus, eaque, ut ſperamus, nec levia nimium, nec obſcura. Facem ad ea nonnunquam Budaeus praetulit, fateor. Quem enim adhuc, tantum hunc Gallograeciae Muſagetem δᾳδοῦχον habuiſſe, aut poenituit aut puduit? Extabunt ſimilia quaedam in amplioribus aliorum ſpatiis. Ne id quidem admodum negaverim. Cur enim nova prorſus, & inaudita cudere ambitioſe velim, aut debeam, non video. Sed ea tamen, dum vel paſſim diſtracta, vel partem maximam parum explicata, vel tam al-

ta

Digitized by Google

ta mole consepulta latent; fit omnino, vix ut unquam a tironibus aut videri possint, aut depromi. Eadem si unum in fasciculum collecta fuerint, si brevius pressiusque compacta, si digesta commodius, si familiarius enucleata, vel manu, vel pera claudi potuerint, tam avide legi solent, quam facile comparari. Horum ut deesset nihil efficere contendimus. Et erunt, opinor, praeter ordinem cultumque non pauca, quae nobis etiam, studioque nostro debeantur. Quod superest, tanti fuerit, Juventus optima, priusquam ad Graecorum Auctorum lectionem aspires, totum hunc libellum semel iterumque decurrere. Ita enim evenire vulgo solet, ut praepropera festinatione legendi, multa praetervoles, quae diligentiorem & oculum postularent & manum, quae tamen praeterita semel atque neglecta, & hoc quasi damnata praejudicio, vix unquam abs te deinceps attentionis aliquid impetrare possunt. At postquam his utcunque notionibus consignata mens est, occurrentium imaginum similitudine, cum excitatur afficiturque facilius, tum ad illas inter sese componendas suavius invitatur. Ex quo dici vix potest, quantum in posterum ad ista vel pervidenda lucis, vel retinenda firmitatis accedat. Et quidem multos videas, qui cum in legendo laboris plurimum operaeque consumpserint, vix aliquot Demosthenis periodos integro perpetuoque sensu contexere noverint; confusa quadam vocabulorum, ut loquuntur, notitia, ut re ipsa sentiunt, perturbatione contenti. Quod enim illa sententiae totius absolutio ex quarundam saepe vocula-

 cula-

cularum aut significatione, aut collocatione apta sit atque nexa; his vel omissis, ut fere fit, vel perperam intellectis, hiet ipsa proinde pendeatve necesse est. Cui malo, quod nec leve quidem, nec mediocre videri debet, libellus hic noster commode, ut spero, facileque medebitur. Equidem praestare nolim, quae hoc etiam in genere observanda videri possint, complexum eum esse omnia: temeritatis hoc esset, non fiduciae: polliceri tamen ausim, qui ad optimorum Scriptorum lectionem ab illius, cuicuimodi est, supellectili paratus accesserit, eum per sese, in caeteris prope omnibus, quae vel praeterierit memoria, vel judicium reliquerit, & subodorandis sagaciorem, & agnoscendis oculatiorem futurum. Vale, studiosa Juventus, & fruere.

# INDEX CAPITUM, ET SECTIONUM.

## CAPUT I.

*De Articulo praepositivo.* Pag. 1

## CAPUT II.

*De subjunctivo articulo.* 20

## CAPUT III.

*De nomine.*

SECTIO I. *De nomine in universum: ac primum de substantivo.* 28

II. *De Adjectivo, Comparativo, Superlativo, Numerali.* 45

III. *De nominibus*, ἀποφρὰς, ἄνθρωπος, ἀρετὴ, ἀρχὴ, αὐτόφωρος. 60

IV. *De Nominibus* ἀφορμὴ, δείλη, δῆλος, δίαιτα, δίκαιος, ἐξώλης, ἐπίδοξος, ἔργον, ἑτεὸν, ἕτοιμος. 66

V. *De nominibus* ἵππος, ἱππογνώμων, ἴσος, καιρὸς, κενὸς, κάκωσις τῆς ἐπαρχίας, κλοπὴ τῶν δημοσίων, κοινὸς, κατάχρεως, κυρεία, προθεσμία, ἐρήμη, κύκλος. 75

VI. *De nomine* λόγος. 84

VII. *De nominibus* μέρος, μοῖρα, μηδεὶς, μηχανὴ, μικρὸν καὶ μέγα, νεανικός. 88

VIII. *De nominibus* ὁδὸς, οἰκονόμος, οἷος, ὀργή. 96

IX. *De Nomine* ὅσος. 104



Digitized by Google

X. *De nominibus* ὅρος, παῖδες, εἰς πᾶσαν, πλόϊμος, πολιτεία, πολὺς, πρᾶγμα, πρᾶξις, πρόσχημα, πρῶτα. 112
XI. *De nominibus* σημεῖον, τεκμήριον, ἀπόδειξις, ῥᾳδιούργημα, τέλος, τίς; 120
XII. *De nominibus* τοσοῦτον, φθόνος, χεὶρ, χρεών. 130
XIII. *De nominibus* χρῆμα, χρυσὸς, χώρα, ὥρα. 134

## CAPUT IV.

*De Pronomine.* 138

## CAPUT V.

*De Verbo.*

SECTIO I. *De Verbo Activo, Passivo & Neutro.* 153
II. *De idiotismis Indicativi, Imperativi, Optativi, & Subjunctivi propriis.* 164
III. *De Idiotismis Infinitivi, & temporum quorundam propriis.* 169
IV. *De Verbis* ἀγαπᾷν, στέργειν, ἀποχρῆν, ἄγειν καὶ φέρειν, ἀπολαύειν. 183
V. *De verbis* [γεννᾷν, τίκτειν,] γίνεσθαι, διαχωρεῖν, διώκειν, φεύγειν, ἐπεξιέναι. 188
VI. *De verbo* εἰμί. 195
VII. *De Verbis* εἰπεῖν, ἐξέρχεσθαι, ἐξιέναι, ἔοικα, ἔχω. 202
VIII. *De Verbis* ἥκω, λανθάνω, μέλλω, νικάω, νομίζω, οἶδα, ἴσθι, οἴμοι. 213
IX. *De Verbis* καταγινώσκειν, [ὁμολογεῖν,] ὀφλισκάνειν, παριστάναι, πάσχειν, περιιδεῖν, περιορᾷν. 225
X. *De Verbis* ποιεῖν, ποιεῖσθαι, πράττειν, προσποιεῖσθαι. 231
XI. *De Verbis* συγκροτεῖν, συῤῥηγνύναι, συμφρονεῖν, τιθέναι, τίθεσθαι, τυγχάνειν. 242
XII. *De Verbis* ὑπάρχω, & ὑποστέλλομαι. 253
XIII. *De Verbis* φαίνομαι, φέρω. 259
XIV. *De Verbis* φθάνειν, χαίρειν & ἐγχωρεῖν. 263



Digitized by Google

# CAPITUM.

## CAPUT VI.

*De Participio.*

SECTIO I. *De Participio in universum.* 273
II. *De Participiis quibusdam in oratione abundantibus.* 292
III. *De Participiis* [ἀπολελειμμένος,] γιγνόμενος, & ἐνδιχόμενος. 298
IV. *De Participiis Verborum* ὀνομάζω, παρέχω, περιέχω, ποιῶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, εἰμί. 304

## CAPUT VII.

*De Adverbio.*

REGULA I. *De certis aliquot adverbiorum terminationibus.* 312
II. *De Adverbiis* ἀκριβῶς & ἅμα. 318
III. *De Adverbiis* ἀμέλει, ἀντικρὺ, & ἄντικρυς. 321
IV. *De Adverbiis* ἀραρότως, ἀτρέμα, ἀτρέμας, αὐτίκα. 324
V. *De Adverbiis* αὐτόθεν, εἶτα, & ἔπειτα. 326
VI. *De Adverbiis* ἐπεὶ, & ἐπιεικῶς. 329
VII. *De Adverbiis* ἐπίπροσθεν, ἢ, οὐ, *cum aliis particulis.* 332
VIII. *De Adverbiis* μᾶλλον, & μάλιστα. 335
IX. *De Adverbiis* μεταξὺ, μέχρι, οἶγε, ὁμοῦ. 339
X. *De Adverbiis* ὅπη, ὅπου, ὅπως, οὕτω, ῥᾳδίως. 342
XI. *De Adverbiis* πῶς, ὦ, & *iis, quibus approbamus aliquid, aut inprobamus.* 346
XII. *De Adverbiis, quae praecipuam in negando vim ac suavitatem habent; ac nominatim de iis, in quibus* μὴ *praecedit.* 350
XIII. *De Adverbiis,* οὐ, *vel* οὐκ, & *particulis cum iis conjunctis.* 356

## INDEX CAPITUM.

## CAPUT VIII.

*De Conjunctione.*

SECTIO I. *De Conjunctione* ἀλλά. 364
II. *De Conjunctione* ἄν, *spectata in primo & secundo usu.* 371
III. *De tertio & quarto usu ejusdem Conjunctionis.* 376
IV. *De Conjunctionibus* ἄρα, & γε. 379
V. *De Conjunctionibus* γὰρ, & δή. 382
VI. *De Conjunctionibus* εἰ, ἤν, ἄν, ἐάν, *& adjacentibus particulis.* 391
VII. *De Conjunctione* καὶ, *cum particulis adjacentibus.* 399
VIII. *De Conjunctionibus* μὲν, & δὲ, *cum adjunctis particulis.* 408
IX. *De Conjunctionibus* ὅτι & τοίνυν. 419
X. *De Conjunctione* ὡς, *cum adjunctis particulis.* 425

## CAPUT IX ET ULT.

*De Praepositione.*

SECTIO I. *De Praepositionibus* ἀμφὶ, ἀνὰ, ἄνευ, ἀντὶ, ἀπό. 437
II. *De Praepositionibus* διὰ *&* εἰς. 447
III. *De Praepositionibus* ἐκ, *vel* ἐξ, *&* ἐν. 458
IV. *De Praepositione* ἐπί. 470
V. *De Praepositionibus* κατὰ, μετὰ, *&* σύν. 486
VI. *De Praepositione* παρά. 497
VII. *De Praepositionibus* περὶ & πρό. 504
VIII. *De Praepositione* πρός. 509
IX. *De Praepositionibus* ὑπὲρ, ὑπὸ, χωρίς. 516

DE

Digitized by Google

# DE PRAECIPUIS GRAECAE DICTIONIS IDIOTISMIS.

## CAPUT I.

### *De articulo praepositivo.*

### REGULA I.

ARTICULUS praepositivus Nomen saepe ac Participium involvit, tametsi neutrum exprimatur, ut τὸ Ἀσίας ἡ πρὸς τὰς ἀνατολάς, id est, *pars Asiae quae ad Orientem spectat*; ubi subauditur μέρος, *pars*, vel πλευρόν, *latus*, & Participium οὖσα, vel στρεφομένη, * *conversa*, vel aliud simile. Ita neutrum τὸ usurpari possit, intelligendo μέρος cum Participio ejusdem generis. [1]

Nomen ac Participium involvit.

II. Eo-

* Repone rectius τετραμμένη.

[1] Exemplum suppeditat AEschin. Socr. Dial. de Morte c. 3. init. Ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ᾔειμεν. *Cum autem cito per viam juxta muros venissemus.* Ubi subauditur ὁδός. Ita quoque Arrian. lib. 3. cap. 18. de Exp. Al. Ἤει σπουδῇ τὴν διὰ τῶν ὀρῶν. *Per montana citatim iter faciebat.* At Articulus neutrius generis τὸ, sequente Genitivo, itidem suo Articulo vestito, saepe Nomen involvit sine Participio, πρᾶγμα puta, vel πάθος, vel simile quid. Exemplum exhibet Plato in Parm. pag. mihi 136. in fine. Δοκῶ μοι ΤΟ ΤΟΥ Ἰβυκείου ἵππου πεπονθέναι. *Videtur mihi accidisse id, quod Ibyceo equo.* Similiter Lucian. Demosth. Enc. p. 931. Δεδιέναι, μὴ τὸ τελευταῖον πάθοιμι ΤΟ ΤΟΥ Πρωτέως. *Timere, ne ad extremum idem mihi accidat, quod Proteo.* Pro quo Graeci etiam dicunt, πάσχω, ὅπερ ὁ Πρωτεύς. Ut Aristoph. in Nub. vs. 1200.



Digitized by Google

Eodem ſenſu geminatur.

II. Eodem ſenſu hic Articulus eleganter geminatur, [2] ut ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὴν σωτηρίαν, *ſalutis viam inſiſtere*, ubi ſubauditur Participium φερούσης, vel ἀγούσης. [3]

Cum adverbio, & praepoſitione.

III. Eodem quoque modo cum Adverbio, aut Praepoſitione jungi ſolet; tumque Adverbium & Praepoſitio vice Nominis funguntur: ut ὁ βασιλεὺς ὁ τῶν βασιλέων πάνυ, * ſubauditur ὢν [4], *Rex regum maximus*: οἱ καθ' ἡμᾶς, ſubauditur ὄντες, *noſtri temporis homines*. Quo in genere uſurpantur maximè Adverbia loci, ut ἄνω, *ſurſum*, κάτω, *deorſum*; temporis, ut πάλαι, *olim*: quantitatis, ut ἄγαν, ὑπεράγαν, id eſt, *nimium, excellenter, ſupra modum*. v. c. ἡ ἄνω βασιλεία, *coeleſte regnum*, οἱ πάλαι ἄνθρωποι, *priſci homines*.

ὁ μὲν, ὁ δέ.

IV. Quod Latini dicunt, *alter quidem, alter vero*, Graeci, ὁ μὲν, ὁ δὲ, per omnes caſus: ut τῶν ἡμῖν συμμαχούντων οἱ μὲν ῥαθυμοῦσιν, οἱ δὲ ἀθυμοῦσιν, *ex ſociis noſtris alii torpent, alii deficiunt animo.* [5] Quo ſenſu nonnunquam genitivus partitionis trans-

Ὅπερ οἱ προτένθαι γάρ δοκοῦσί μοι παθεῖν.

*Idem illis accidere mihi videtur, quod praeguſtatoribus.* Plenius Plat. in Hipp. Maj. pag. 289. lin. 11. Οὐ ταὐτὸ πείσεται, ὅπερ τὸ τῶν χυτρῶν τῷ τῆς παρθένου συμβαλλόμενον. *Nonne idem eveniet, ac ſi quis ollam cum virgine compa ret?* Nec adeo abhorret, quod Servator diſcipulos docet de ficu, quae exaruerat, apud Matth. cap. XXI, 21. Οὐ μόνον ΤΟ ΤΗΣ συκῆς ποιήσετε. *Non ſolum id, quod ficui accidit, facietis*; ſubaudi θαῦμα.

2 Sed non, niſi nomine expreſſo. Sic apud Arrian. de Exped. Alex. lib. VII. cap. 20. Ξὺν τριακοντόρῳ ἐκπεμφθεὶς ἐπὶ κατασκοπὴν τοῦ παράπλου, τοῦ ὡς ἐπὶ τοὺς Ἄραβας. *Cum navi triginta remorum miſſus ad explorandam navigationem in Arabiam.* De idiomate ὡς ἐπὶ vid. infra ad Cap. VIII. ſect. 10. reg. 16.

3 Id quod & additur nonnunquam. Sic idem Arrianus, lib. cit. cap. 23. Κεῖται δὲ ἡ Ὑρκανία χώρα ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Βάκτρα φερούσης. *Sita porro eſt Hyrcania regio ad ſiniſtram viae ad Bactra ducentis.*

* Minus recte pro ὁ τῶν πάνυ βασιλέων.

4 Vel potius adjectivum περιβόητος. Vide Cl. L. Bos Ellipſ. Gr. in hac voce.

5 Habet hic idiotiſmus locum inprimis in partitionibus: fitque aliquando, ut ad majorem perſonarum declarationem, ad quas referuntur hae particulae, ſuo quaeque membro, vel alterutro ſaltem, addatur. e. g. Arrian. de Exp. Al. lib. I. pag. mihi 33. lin. 11. Ξυνεχόμενοι γὰρ ἵπποι τε ἵπποις, καὶ ἄνδρες ἀνδράσιν, ἠγωνίζοντο· ΟἹ ΜῈΝ ἐξῶσαι εἰσάπαν ἀπὸ τῆς ὄχθης, καὶ εἰς τὸ πεδίον βιάσασθαι τοὺς Πέρσας ΟἹ ΜΑΚΕΔΌΝΕΣ· ΟἹ ΔῈ εἶρξαι αὐτῶν τὴν ἔκβασιν, ΟἹ ΠΈΡΣΑΙ. *Equi enim equis, & viri viris conſerti confligebant, Macedones quidem omnino arcere à ripa, & Perſas in campum repel-*

Digitized by Google

transit in casum articuli : ut in exemplo allato, οἱ συμμαχῶν-

*pellere nitentes; Persae vero exitu illos probibere.* Aristot. Polit. lib. II. cap. 8. Ἔχει δὲ ἀνάλογον ἡ Κρητικὴ τάξις πρὸς τὴν Λακωνικήν· γεωργοῦσί τε γὰρ τοῖς μὲν Εἵλωτες, τοῖς δὲ Κρησὶν οἱ Περίοικοι. *In hoc Cretensium cum Lacedaemoniorum institutione convenit, quod apud bos Heiotes, apud illos Perioeci agros colunt.* Nec minus elegans hic est Hellenismus articulorum ὁ μὲν, ὁ δὲ, ubi non de pluribus, sed de una tantum re sermo est; significantque hac acceptione varios rei, de qua agitur, respectus v. g. Apud Platonem in Phaedro pag, m. 255. lin. 24. Ἡ τοῦ ῥεύματος ἐκείνου πηγὴ (quae hic interponuntur, brevitatis gratia omitto) Ἡ ΜΕΝ εἰς αὐτὸν ἔδυ, Ἡ ΔΕ ἀπομεστουμένου, ἔξω ἀπορρεῖ. *Fluxus illius fons partim, in ipsum ingressus est, partim quum exuberat, extra fluit.* Hic si verteremus: *Fl. ill. fons alter quidem in ips. ingr. est, alter vero, q. ex. ext. fl.* mentio videretur fieri non de uno, sed de duobus fontibus. Aliquando, omisso articulo, ex praemissis alterum repetitur. Thucyd. lib. I. cap. 84. Πολεμικοί τε καὶ εὔβουλοι διὰ τὸ εὔκοσμον γιγνόμεθα· ΤΟ ΜΕΝ, ὅτι αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία. ΕΥΒΟΥΛΟΙ ΔΕ, ἀμαθέστερον τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας παιδευόμενοι. *Propter modestiam bellicosi & circumspecti sumus: bellicosi quidem, quia verecundia plurimum babet modestiae, & verecundiae fortitudo: circumspecti vero, quia ad legum contemtum minus sumus instituti.* Similiter apud Herodot. in Terps. cap. 94. ubi se mutuo bello petere dicuntur Μιτυληναῖοί τε καὶ Ἀθηναῖοι, ΟΙ ΜΕΝ ἀπαιτέοντες τὴν χώρην· ἈΘΗΝΑΙΟΙ ΔΕ. & quae sequuntur. *Mitylenaei & Atbenienses; illi repetentes regionem; bi &c.* Rarius ὁ μὲν in priori membro omittitur citra ullam praecedentis vocabuli repetitionem. Pausanias in Eliacis libro posteriori, ubi vergit ad finem: Θεῶν δὲ ἱερὰ ἐν Κυλλήνῃ, Ἀσκληπιοῦ, ΤΟ ΔΕ Ἀφροδίτης ἐστίν. *Cyllenae deorum sunt templa, alterum AEsculapii, Veneris alterum.* At ὁ δὲ, vel plurale οἱ δὲ, non praecedente οἱ μὲν, reddendum aliquando, *Nonnulli, Alii*, vel, *sunt, qui.* Arrian. de Exp. Al. lib. I. cap. 11. in initio. Τὸν ἀγῶνα ἐν Αἰγαῖς διέθηκε τὰ Ὀλύμπια. ΟΙ ΔΕ καὶ ταῖς Μούσαις λέγουσιν ὅτι ἀγῶνα ἐποίησεν. *Certamen Olympicum apud AEgas constituit. Sunt etiam, qui eum Musis ludos fecisse dicunt.* Adde Histor. Ind. cap. 24 in fine: Ἐσθῆτα δὲ ἐφόρεον δέρματα θήρεια· ΟΙ ΔΕ καὶ ἰχθύων τῶν μεγάλων τὰ παχέα. *Vice vestium gestabant ferarum tergora: nonnulli etiam grandium piscium crassiores pelles.* Aliquando tamen, inquam, ita reddendum est; non semper. Nonnunquam enim οἱ μὲν, in priori membro omnino subaudiendum relinquitur, ubi plura per antithesin opponuntur. Egregium habet exemplum Plut. περὶ παιδ. ἀγωγ. Τοῖς παισὶ τοῖς πλουσίοις οἱ πα-

εἷς μὲν, ἕτερος δέ.

χοῦντες pro τῶν συμμαχούντων. [6] Recte tamen dicitur, εἷς μὲν, ἕτερος δὲ, id est, *alter quidem*, *alter vero*; gallice, *l'un*, *l'autre*. Demosth. pro Cor. δύο δὲ καὶ μεγάλα, ἓν μὲν, ὅτι οὐ περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι, ἕτερον δὲ, &c. id est, *tum duo praeser-*

πατέρες νήφειν παραινοῦσιν, ΟἹ ΔΕ (sc. κόλακες) μεθύειν· σωφρονεῖν, ΟἹ ΔΕ ἀσελγαίνειν· φυλάττειν, ΟἹ ΔΕ δαπανᾶν· φιλεργεῖν, ΟἹ ΔΕ ῥαθυμεῖν. *Liberis divitibus patres sobrietatem commendant, hi (adulatores) ebrietatem: illi temperantiam; hi libidinem: illi parsimoniam; hi prodigalitatem: illi diligentiam; hi ignaviam.* Est & ubi τὸ οἱ μὲν dissimulati vice fungitur, τινὲς, πολλοὶ, vel huic quidpiam simile. Ita AEschines de fals. legat. pag. 258. lin. 39. Ἐξ ὧν αὐτοὺς ἀνῃρήκασι ΤΙΝΕΣ, ΟἹ ΔΕ καὶ δημοσίᾳ ἐτελεύτησαν. *Quorum aliquot sibi mortem consciverunt, alii publico supplicio perierunt.* Dicunt etiam in priori membro οἱ μὲν, & in posteriori οἱ δέ τινες, vel ἤδη δέ τινες. Utrumque habet Plut. περὶ παιδ. ἀγ. ΟἹ μὲν γὰρ αὐτῶν κόλακας καὶ παρασίτους ἀναλαμβάνουσι, ΟἹ ΔΕ ΤΙΝΕΣ ἑταίρας καὶ χαμαιτύπας λυτροῦνται. . . . . ἨΔΗ ΔΕ ΤΙΝΕΣ εἰς τὸ νεανικωτέρων ἅπτονται κακῶν. *Illorum enim alii adulatores & parasitos sibi adjungunt, alii meretrices & vilia scorta redimunt; sunt qui majoribus sese vitiis adstringunt.* At οἱ δὲ, neque praecedente, neque intellecto οἱ μὲν, nihil cum οἱ μὲν, οἱ δὲ distributivis habet commune, quando absolute ponitur pro οἱ ἄνθρωποι. Rara sunt exempla. Utitur Lycophron loquens de diluvio vs. 81.

Ὅτ' ἠμάθυνε πᾶσαν ὀμβρίταις χθόνα
Ζηνὸς καχλάζων νασμὸς, οἱ δὲ πρὸς πέδῳ
Πύργοι κατηρείποντο, ΤΟΙ ΔΕ λοισθίαν
Νήχοντο μοῖραν προυμμάτων δεδορκότες.

Ubi τοὶ δὲ Jonice & poëtice pro οἱ δὲ, & hoc pro οἱ ἄνθρωποι. *Quum vastabat omnem tellurem imbribus Jovis sonantis diluvium, & turres humi cadebant, & homines natabant ultimum fatum ante oculos videntes.*

6 Exemplum est apud Thucydidem, lib. III. cap. 105. Οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες, ΟἹ ΜΕΝ ἐς Ἄργος ξυνεβοήθουν, ΟἹ ΔΕ &c. Pro Τῶν δὲ Ἀκαρνάνων, οἱ μὲν. *Acarnanes autem partim Argos contendebant suppetias laturi, partim* &c. Et hoc Latini imitati sunt. Ita Sallustius B. C. cap. 2. init. *Igitur initio reges diversi, pars ingenium, alii corpus exercebant.* Et Virg. L. AEn. XII. vs. 277.

*At FRATRES, animosa phalanx, accensaque luctu,*
*PARS gladios stringunt manibus, PARS missile ferrum*
*Corripiunt.* ——

Audacius est illud AEliani in initio capitis 16. Lib. X. V. H. Πολλοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, ΟἹ ΔΕ ΟΥΔΕΙΣ αὐτῷ προσεῖχεν. *Multos adhortatus est ad Philosophiam. At eorum nemo ei obtemperavit.* Pro τῶν δὲ οὐδεὶς προσεῖχεν.

7 Dia-

*sertim*, *quae sane magna sunt*; *alterum*, *quod non aequalibus de rebus contendam*, *alterum*, &c. 7

V. Idem Articulus in omni genere, cum praepositione κατὰ elegantes habet significatus: ut τὰ καθ' ἡμᾶς, *res nostri temporis* 8: τὸ καθ' ὅλον, *in universum*, vel *quicquid universe* — Cum praepos. κατὰ

7 Dicitur etiam ὁ εἷς καὶ ὁ ἕτερος Matth. VI, 24. Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, ἢ γὰρ ΤΟΝ ΕΝΑ μισήσει, ΚΑΙ ΤΟΝ ΕΤΕΡΟΝ ἀγαπήσει, ἢ ΕΝΟΣ ἀνθέξεται, ΚΑΙ ΤΟΥ ΕΤΕΡΟΥ καταφρονήσει. *Nemo potest duobus servire dominis; nam vel alterum odio habebit, & alterum diliget, vel alteri adhaerebit, & alterum aspernabitur.* Item ὁ εἷς, ὁ δὲ ἕτερος, in Euang. Luc. VII, 41. Δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι· Ο ΕΙΣ ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, Ο ΔΕ ΕΤΕΡΟΣ πεντήκοντα. *Duo erant debitores cuidam foeneratori, alter debebat denarios quingentos, alter quinquaginta.* Pro iisdem & invenias Matth. cap. XXIV, 40. & 41. ὁ εἷς καὶ ὁ εἷς. Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται. Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται. *Tunc duo erunt in agro, quorum alter accipietur, alter dimittetur. Duae molentes in pistrino, quarum altera accipietur, altera dimittetur.* Eodem modo Aristoteles lib. Eth. VI. cap. 1. ait, esse δύο τὰ λόγον ἔχοντα, ΕΝ μὲν, ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν. ΕΝ δέ γε, ᾧ τὰ ἐνδεχόμενα. *Duas animae rationalis partes, alteram, qua consideramus talia, quorum principia alio modo se habere non possunt, alteram, qua contingentia.* De participii ἐνδεχόμενον usu infra dicetur, Cap. VI. Sect. 3. Reg. 14. Caeterum ὁ μὲν, ὁ δὲ longe usitatius est.

8 Nam κατὰ cum Accusativo hunc usum habere, dicetur infra ad Cap. IX. Sect. 5. Reg. 8. Alias τὰ καθ' ἡμᾶς sunt res, casus, vel in summa ea omnia, quae nobis accidunt. Ita claudit Thucydides caput 138. libri I. ΤΑ ΚΑΤΑ ΠΑΥΣΑΝΙΑΝ τὸν Λακεδαιμόνιον, καὶ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, λαμπροτάτους τῶν καθ' ἑαυτοὺς Ἑλλήνων, οὕτως ἐτελεύτησεν. *Res Pausaniae Lacedaemonii, & Themistoclis Atheniensis, illustrissimorum Graecorum suae aetatis, hunc exitum habuerunt.* Ep. Pauli ad Philipp. I, 12. Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοὶ, ὅτι ΤΑ ΚΑΤ' ΕΜΕ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν. *Scire autem vos volo, fratres, meos casus magis ad profectum euangelii evenisse.* Pro eodem dicitur etiam τὰ περὶ ἡμᾶς. Plut. in Vit. Cic. pag. 872. init. Ἅμα τῷ πυθέσθαι ΤΑ ΠΕΡΙ ΛΕΝΤΛΟΝ καὶ ΚΕΘΗΓΟΝ. *Simul ac audierant casum Lentuli & Cethegi.* At si pro neutro τὰ dicas in masc. gen. οἱ, longe alius est sensus, & significat *unum tantum illum Lentulum vel Cethegum.* Ita Dionys. Halic. de Isocrate loquens: Πεφυρμένην δὲ παραλαβὼν τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων ὑπὸ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΓΟΡΓΙΑΝ καὶ ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΝ. *Cum confusam accepisset dicendi exercitationem a Gorgia & Pro-*

*se fit* : οἱ καθ' ἕνα, *un à un*; ut οἱ καθ' ἕνα πορευόμενοι στρατιῶται, *milites sigillatim incedentes* : αἱ κατὰ μίαν, *une à une* : οἱ καθ' ἕκαστον, *singuli*.

τουνέχον. VI. Adverbium νῦν, & Participium neutrum ἔχον cum praepositivo neutro [9], vel uno verbo τουνέχον, significat *nunc* : ut τουνέχον ἐν ἀγαθαῖς γίνομαι ταῖς ἐλπίσι, *nunc quidem optima spe vivo*.

ὅδε, ἥδε, τόδε. VII. Ὅδε, ἥδε, τόδε, repetito praepositivo articulo, Attice pro οὗτος usurpatur : ut ὅδε ὁ ἄνθρωπος, *hic homo* : nec unquam nisi utcumque demonstrando. Saepe autem δὶ acutum, pro δὲ enclitico usurpatur; at fere cum masculino tantum, ὁ, vel neutro τὸ, quod tunc accentu caret : sic ὁδὶ pro ὅδε, & τοδὶ, pro τόδε· vix autem, ἡδὶ pro ἥδε. Demosth. pro Cor. διόπερ ταῦτ' ἔγραφεν ὁδὶ περὶ ἐμοῦ, *Quare haec ille scripsit, vel decrevit mea causa.* [10]

VIII.

*tagora*. Idem usus est hujus Accusativi cum Praepositione ἀμφὶ· ut οἱ ἀμφὶ Σωκράτην, *Socrates*. οἱ ἀμφὶ Ἀλέξανδρον, *Alexander*. Estque fere nihil frequentius apud auctores, praesertim Attice scribentes. Ita AElian. V. H. lib. I. cap. 13. init. Ἐπετίθετο τῷ Σωκράτει καὶ ἐπεβούλευον ΟἹ ἈΜΦῚ ΤῸΝ ἌΝΥΤΟΝ. *Adoriebatur Socratem & insidiis petebat Anytus*. Eodem modo apud Hom. Il. Γ. vs. 146.

> ΟἹ δ' ἈΜΦῚ ΠΡΊΑΜΟΝ καὶ ΠΆΝΘΟΟΝ, ἠδὲ ΘΥΜΟΊΤΗΝ.
>
> *Ipse autem Priamusque, & Panthous, atque Thymoetes*.

Negligunt quandoque articulum Poëtae. Sic idem Il. Z. vs. 436.

> ἈΜΦ' ΑἼΑΝΤΕ ΔΎΟ, καὶ ἀγάκλυτον ἸΔΟΜΕΝΗ͂Α.
>
> Ἠδ' ἈΜΦ' ἈΤΡΕΊΔΑΣ, καὶ Τυδέος ἄλκιμον ΥἹΌΝ.
>
> *Ajacesque duo, Idomeneus celeberrimus, ipsi*
>
> *Nec non Atridae, & Tydei fortissima proles*.

Non semper tamen unus ille intelligitur, sed quandoque etiam comitatus ejus. Sic distinguuntur ὁ Ἀλέξανδρος καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, apud Arrian. lib. II. cap. 10. Καὶ ταύτῃ μὲν, ἐνίκα λαμπρῶς ἈΛΈΞΑΝΔΡΌΣ τε καὶ ΟἹ ἈΜΦ' ΑΥΤΌΝ. *Et hic quidem celebrem victoriam reportavit Alexander cum suis*.

9. Ita fit τὸ νῦν ἔχον. Exemplum quaere apud Plut. Ἐρωτικ. init. & in libr. Tobiae, cap. VI, 11. Intelligo praepositionem κατὰ, cujusmodi ellipses plures notavi in fine hujus capitis. Et inde constat participium illud ἔχον non esse supervacaneum, ut scribit Steph. ad Corinth. art. 70. sed notare aliquam conditionem, vid. Nostrum Cap. V, Sect. 7. Reg. 9. & sic τὸ νῦν ἔχον, perinde est, acsi dicas, ὡς νῦν ἔχει τὰ πράγματα. *Ut res ita nunc se habent*.

10 Articulus hic etiam absque ulla syllabica adjectione cum participio constructus, ponitur pro relativo αὐτὸς, mediante particula ὡς. Cujus tamen structurae

VIII. Τῇδε, id est, ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ, *hoc in loco*, vel *hac* adverbialiter: opponitur autem τῷ κἀκεῖσε, *illuc*, vel *illic*: nam τῇδε κἀκεῖσε στρέφεσθαι, *huc illucque volvi* significat. [11] τῇδε.

IX. Τόδε τι apud Philosophos, *rei substantiam essentiamque* significat, quam Aristoteles vocat, τὸ τί ἦν εἶναι, *quod quid est esse*. [12] τόδε τι.

X. Τὸ διὰ τί apud eosdem, *causa est, propter quam aliquid fit*. τὸ διὰ τί.

XI. Τὴν cum numerali πρώτην, id est, *ab initio*: τὴν ταχίστην, id est, *celerrime*: ut τὴν ταχίστην ὅτι πορρωτάτω πρεύχω- τὴν πρώτην.

ρη-

cturae exempla sunt rariora, tironibusque intelligenda magis, quam imitanda. Non semel hoc fit apud omnis novitatis studiosum Thucydidem. Ita ille lib. III. cap. 81. Οἱ Κερκυραῖοι σφῶν αὐτῶν τοὺς ἐχθροὺς δοκοῦντας εἶναι ἐφόνευον, τὴν μὲν αἰτίαν ἐπιφέροντες ΤΟΙΣ τὸν δῆμον ΚΑΤΑΛΥΟΥΣΙΝ. Pro, αὐτοῖς ὡς τὸν δῆμον καταλύουσιν. *Eos Corcyraei hostes judicatos interfecerunt, crimini illis dantes, quod popularem statum everterent.* Vel sine participio in fine ejusdem capitis: Καὶ ἔδοξε μᾶλλον, διότι ἐν ΤΟΙΣ πρώτη ἐγένετο. *Eoque* [*crudelior*] *visa est, quod haec prima inter illos extitit.* At longe frequentior est Articulus sine syllabica adjectione pro οὗτος positus, quando significat, *Heus tu*. Sic apud Aristoph. in Avib. vs. 1627. Ὁ Τριβαλλὸς, οἰμώζειν δοκεῖ σοι; *Heus tu, Triballe, an plorandum tibi videtur?*

11 Saepissime τῇ μὲν, τῇ δὲ sunt relativa sibi mutuo in diversis orationis partibus respondentia, & aliquando significant, *Hic*, *illic*. ut in illa Arriani lib. 3. cap. 23. de Exp. Al. Τῇ μὲν ὄρεσιν ἀπείργεται δασέσι καὶ ὑψηλοῖς, τῇ δὲ πεδίον αὐτῆς καθήκει ἔς τε ἐπὶ τὴν μεγάλην τὴν ταύτῃ θάλασσαν. *Coërcetur* [*Hyrcania sc.*] *hac quidem parte montibus densis & altis, illac vero campus ejus ad mare magnum, quod illic est, extenditur.* Ubi obiter observa idioma ἔς τε ἐπὶ, de quo infra cap. IX. Sect. 2. Reg. 14. & ellipsin τῇ, pro ἐν τῇ μερίδι, de qua consulatur Cl. Bos. Aliquando redduntur, *partim quidem, partim vero*. Aristot. Eth. lib. VI. cap. 13. Καὶ Σωκράτης, τῇ μὲν ὀρθῶς ἐζήτει, τῇ δ' ἡμάρτανεν. *Et Socrates partim recte inquisivit, partim erravit.*

12 Simili modo a Philosophis articulus hic praemittitur particulis τί, ποιὸν, ποσὸν &c. ubi rei *essentiam*, *qualitatem* & *quantitatem* significare volunt. Sic τὸ τί, *essentia*: τὸ ποιὸν, *qualitas*: τὸ ποσὸν, *quantitas* apud Aristotelem in Ethicis. lib. I. cap. 6. Καὶ γὰρ (τἀγαθὸν) ἐν τῷ τί λέγεται, οἷον ὁ Θεὸς καὶ ὁ νοῦς· καὶ ἐν τῷ ποιῷ, αἱ ἀρεταί· καὶ ἐν τῷ ποσῷ, τὸ μέτριον· καὶ ἐν τῷ πρός τι, τὸ χρήσιμον· καὶ ἐν χρόνῳ, καιρός· καὶ ἐν τόπῳ, δίαιτα, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. *Etenim bonum dicitur & in substantia, ut Deus & mens: & in qualitate, ut virtutes: & in*



Digitized by Google

ρησιν, *longissime summa cum celeritate provectus est.* [13]

ὁ pro παῖς.

XII. Articulus hic praepositivus, cum gignendi casu nominis proprii, vel involvit substantivum υἱός, aut παῖς *filius*; vel pro illo sumitur. Nam ὁ τȣ Δημοσθένȣς, est *filius Demosthenis.* Ita Virgil. 6. AEn. *Deiphobe Glauci*, Δηϊφόϐη ἡ τȣ Γλαύκȣ. Saepe tamen Articulus etiam subintelligitur. Demosth. pro Corona. Κτησιφῶν Λεωσθένȣς. *Ctesiphon Leosthenis filius*: & paulo post, Δημοσθένης Δημοσθένȣς, *Demosthenes Demosthenis filius.* [14]

οἱ pro παῖδες vel υἱοί.

[Ut ὁ in singulari numero pro παῖς, aut υἱὸς, sic οἱ in plurali pro παῖδες vel υἱοὶ usurpatur. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς· μεγαλαυχίας ἐμπίμπλανται καὶ φρυάγματος οἱ γονέων διαφόρων, scilicet παῖδες vel υἱοὶ, qui ἐλλειπτικῶς subintelliguntur.]

XIII.

*quantitate; ut modicum: & in relatis, ut utile: & in tempore, ut opportunitas: & in loco, ut habitatio, & id genus alia.*

13 Ita AElianus H. V. lib. VII. cap. 5. Δι' ἑαυτȣ τὴν ταχίστην εἰργάσατο. *Ipse per se celerrime confecit.* Simili idiomate dicitur, τὴν ἀρχὴν, *initio*, vel *omnino.* De quo infra Cap. III. Sect. 3. Reg. 8. Sic τὴν εὐθεῖαν, *recta*, *aperte* apud Plut in Vit. Cic. pag. 864. lin. 29. Τȣ δὲ ῥήτορος Ὁρτησίȣ ΤΗ'Ν μὲν ΕΥΘΕΙ'ΑΝ τῷ Βέῤῥῃ συνειπεῖν μὴ τολμήσαντος. *Oratore Hortensio aperte Verrem defendere non sustinente.* In cujusmodi structuris suppressa est praepositio κατά. Integra sunt: Κατὰ τὴν πρώτην ἀρχὴν, Κατὰ τὴν ταχίστην τέχνην, vel βάδισιν, ut vult Cl. Bos. Ὁδὸν subaudit H. Stephanus ad Al. script. de dial. p. 110. Et τὴν ταχίστην explicat per τὴν συντομωτάτην, *viam maxime compendiariam*, quae eadem celerrime conficitur. Κατὰ τὴν εὐθεῖαν φωνήν. Eodem modo construuntur χάριν & δίκην cum Genitivo, sed sine articulo. Redduntur *gratia*, *caussa*, &, *more*, *instar.* Alterius exemplum est apud Aristotelem in Eth. lib. I. cap. 3. Αἱρȣ́μεθα δὲ τὸ εὐδαιμονίας ΧΑ'ΡΙΝ. *Eligimus vero* [*haec*] *felicitatis gratia.* Et cap. 12. in fine. Ταύτης [εὐδαιμονίας] γὰρ ΧΑ'ΡΙΝ τὰ λοιπὰ πάντες πάντα πράττομεν. *Hujus felicitatis gratia caetera omnia omnes facimus.* Sic dicunt, σὴν χάριν, *Tui caussa*, *in tuam gratiam.* Plat. in Soph. Alterius est apud Lucian. Dem. Encom. pag 911. ΔΙ'ΚΗΝ τῶν δειλινῶν πνευμάτων, *Instar vespertini flatus.* Pro δίκην aliquando invenies τρόπον itidem cum Genitivo. Sic Philo Jud. de Confus. ling. p. m. 252. in fine. Ἀτιμία, Ἀδοξία, Πενία πολεμίων τρόπον καταράττȣσι. *Infamia, Ignominia, Paupertas, ut totidem hostes, impetuose ruunt.* Huc refer ἀκμὴν pro ἔτι καὶ νῦν adhibitum a Matthaeo cap. XV, com. 16. Ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; *Adhuc & vos non intelligitis?* Plura vide in Casauboni & Cl. Alberti Observ. ad h. l.

14 Estque hoc inprimis frequens

XIII. Τὸ cum neutro adjectivo, ac fere superlativi gradus, ponitur eleganter pro subjunctivo ὃ, *quod*, maxime cum, recensitis levioribus, ad id, quod gravissimum sit, devenitur: ut τοὺς μὲν φίλους πεφενάκικε, τὴν δ' οἰκίαν διέφθειρε· τὸ δὲ μιαρώτατον, καὶ τὸν πατέρα ᾔκισατο. *Amicos ludificatus est, domum pessundedit, quodque scelestissimum est, patrem verberavit.* [15] τὸ pro ὅ.

XIV. Ἐπὶ τάδε, significat proprie *cis*, cum genitivo loci atque ut plurimum fluvii vel montis: ut, ἐπὶ τάδε τῶν ὀρῶν, *cis montes*; ἐπὶ τάδε τοῦ ποταμοῦ, *cis fluvium*. Opponitur τῷ ἐπέκεινα, *trans*, *ultra*: ut ἡ ἐπέκεινα τῶν Ἄλπεων Κελτικὴ, id est, *Gallia Transalpina*: at ἡ ἐπὶ τάδε τῶν Ἄλπεων, *Cisalpina*. Simili fere sensu dicitur, ἐπὶ θάτερα μὲν, ἐπὶ θάτερα δὲ, *ex hac quidem parte*, *ex altera vero*. ἐπὶ τάδε.

XV. Τὸ ὂν singulari modo significat τὸ μέρος, *partem*, ut apud Aristidem in Panath. τῆς χώρας τὸ μὲν ὂν πρὸς ἄρκτον ἐστὶ, τὸ δὲ ὂν πρὸς μεσημβρίαν· *regionis pars altera septentrionalis est, altera meridionalis.* τὸ ὄν.

XVI. Τὸ μὲν, τὸ δὲ, vel τὸ μέν τι, τὸ δέ τι, [16] significant, par- τὸ μὲν, τὸ δέ.

quens in genealogiis. Herodotus Erat. cap. 52. Θυγατέρα δὲ αὐτὴν λέγουσι εἶναι Αὐτεσίωνος. τοῦ Τισαμενοῦ, τοῦ Θερσάνδρου, τοῦ Πολυνείκεος. *Filiam illam fuisse ajunt Autesionis, qui fuit Tisameni, qui Thersandri, qui Polynicis filius fuit.* Longissimam seriem dabit Lucas in Euang. cap. 3. Ellipsin supplet Xenophon Κυρ. παιδ. lib. I, cap. 27. Ὁ δὲ Κυαξάρης, ὁ τοῦ Ἀστυάγους παῖς. *Cyaxares vero, Astyagis filius.* Et sic initio capitis sequentis.

15 Exemplum habet Thucydides, lib. 2. cap. 65. Οἱ δὲ δυνατοὶ καλὰ κτήματα, κατὰ τὴν χώραν, οἰκοδομίαις τε καὶ πολυτελέσι κατασκευαῖς ἀπολωλεκότες· τὸ δὲ μέγιστον, πόλεμον ἀντ' εἰρήνης ἔχοντες. *Potentes vero pulcris possessionibus in agris aedificiisque sumptuosa supellectile instructis amissis, &, quod omnium maximum est, bellum pro pace habentes.* Aliquando articulus negligitur. Thucyd. l. I. c. 142. init. Μέγιστον δὲ, τῇ τῶν χρημάτων σπάνει κωλύσονται. *Quod vero maximum est, pecuniarum inopia probibebuntur.* Plane ut Latini suo *Id*, *quod* utuntur. Virg. Ecl. III. vs. 35.

*Verum, ID QUOD multo tute ipse fatebere majus* &c.

Ter. Phorm. II, 1, 66. *ID, QUOD lex jubet, dotem daretis.*

16 Non tamen particulam τι, si proprie loquamur, temere vel addendam vel negligendam censeo: quatenus enim semper partitionem aliquam significat, diminuit significationem, & reddendum vel subaudiendum est in versione, *Quodammodo*, *Aliquantulum*, vel simile quid: inprimis tunc, cum τὸ δέ τι sequitur post simplicem particulam μὲν, quo sensu



Digitized by Google

*partim quidem*, *partim vero:* ut, τὸ μὲν ὑπ᾽ ἐλπίδος, τὸ δὲ ὑπὸ δέους, *partim spe*, *partim metu.* Eodem sensu dicunt, τὰ μὲν,

su commode sequentem habet particulam καὶ, ut in illo Thucydidis, lib. I. cap. 118. Ὄντες ΜΕ'Ν καὶ πρὸ τοῦ μὴ ταχεῖς ἰέναι ἐς τοὺς πολέμους, εἰ μὴ ἀναγκάζοιντο, ΤΟ' ΔΕ' ΤΙ ΚΑΙ' πολέμοις οἰκείοις ἐξειργόμενοι. Lacedaemonii quiescebant, & ab armis abstinebant, *tum quod vel antea minus celeres ad bella suscipienda essent*, *tum etiam quodammodo domesticis bellis impediti.* Clarius illud Platonis de Rep. lib. VIII. pag. 547. ΤΑ' ΜΕ'Ν μιμήσεται τὴν προτέραν πολιτείαν [Ἀριστοκρατείαν scilicet] ΤΑ' ΔΕ' τὴν Ὀλιγαρχίαν, ἅτε ἐν μέσῳ οὖσα, ΤΟ' ΔΕ' ΤΙ ΚΑΙ' αὐτῆς ἕξει ἴδιον. *Imitabitur partim Aristocratiam*, *partim Oligarchiam*, *quippe quae medium inter utramque locum obtinet*; *aliquid quoque sibi proprium habebit.* Haec tamen ut tironibus planiora fiant, triplici hac ratione exponuntor.

Primo, si duo periodi membra sunt, vel speciatim duae dantur rationes aeque valentes, fere invenies τὸ μὲν, τὸ δέ. V. C. haec verba: *Ad magnam nominis famam pervenit*, *partim pietatis studio*, *partim ingenio ad caeteras virtutes praeclare propenso*, sic Graece vertas: Μεγίστην δόξαν εἴληφε, ΤΟ' ΜΕ'Ν εὐσεβεῖν βουλόμενος, ΤΟ' ΔΕ' πρὸς τὴν ἄλλην ἀρετὴν καλῶς διακείμενος.

Deinde, si rationes minus sunt valentes, recte additur earum vires minuens particula τι. Ita Lucian. Macrob. p. m. 825. ΤΟ' ΜΕ'Ν ΤΙ πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, ΤΟ' ΔΕ' ΤΙ ὡς παρανομήσαντα αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον *Partim propter filii crudelitatem male audiens*, *partim se ipse violatarum legum accusans*, *prae tristitia vitam finivit.* Habetque particula inprimis locum tunc, cum vera ratione suppressa, aliae quaeruntur.

Denique, si alterutra ratio minor fuerit, minori illi addatur particula τι. E. G. *Librum edidit*, *partim publicae utilitati studens*, *partim etiam quodammodo ut gloriam suam augeret.* Ἐξέδωκε βιβλίον, ΤΟ' ΜΕ'Ν τοῦ κοινῇ ξυμφέροντος προνοούμενος, ΤΟ' ΔΕ' ΤΙ ΚΑΙ' ἐπιδοῦναι τὴν ἰδίαν δόξαν ποιεῖν βουλόμενος. Quo pertinet exemplum modo ex Platone citatum, & illud Arriani, Exp. Al. lib. II cap. 15. ubi sermo est de quibusdam captivis ab Alexandro dimissis. Καὶ οὗτοι ὡς ἧκον παρ᾽ Ἀλέξανδρον, Θετταλίσκον μὲν καὶ Διονυσόδωρον, καίπερ Θηβαίους ὄντας, ἀφῆκε, ΤΟ' ΜΕ'Ν ΤΙ κατοικτίσει τῶν Θηβῶν, ΤΟ' ΔΕ' ὡς συγγνωστὰ δεδρακέναι ἐφαίνοντο. *Et hi quidem ut venerunt ad Alexandrum*, *Thessaliscum & Dionysodorum*, *licet Thebanos*, *dimisit*, *partim commiseratione Thebarum*, *partim ob res gestas*, *quibus venia se dignos ostenderant.* Certe horum virtute magis commotus fuit Alexander, qua patriae suae salutem quaesierant, (etenim

μὲν, τὰ δὲ [17], & τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ [18]. quae voces nonnunquam usurpantur in principiis periodorum, maxime disjunctarum, praesertim ubi res pluribus aut testimoniis, aut exemplis illustratur.

XVII. Τὸ λεγόμενον, verbatim *dictum*, id est, *ut est in proverbio, quod ajunt.* Plato in Gorgia, Ἀλλ' ἢ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν; *an vero post festum, quod ajunt, advenimus?* [19] τὸ λεγόμενον.

XVIII.

nim virtus vel in hoste laudanda) quam commiseratione hostilis urbis a Macedonibus eversae. Ac proinde priori rationi, ut infirmiori, additur particula τί. Nec absimili ratione in masculino genere ita Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. VI. init. Ἐν τούτῳ οἱ φίλοι τῷ Κύρῳ προσῆγον ΟἹ ΜῈΝ Καδουσίους δεομένους αὐτοῦ μένειν, ΟἹ ΔῈ Ὑρκανίους, Ὁ ΔΈ ΤΙΣ Γωβρύαν, Ὁ ΔΈ ΤΙΣ Σάκαν. *Interea amici ad Cyrum adducebant, alii Cadusios, alii Hyrcanios, alius item Gobryan, alius Sacan.*

17 Aliquando post τὰ μὲν non sequitur τὰ δὲ, sed pro eo singulare τὸ δὲ, ita tamen ut subjungatur vocula, cum qua posterius τὸ δὲ, conveniat. Thucyd. lib. I. cap. 90. init. Λακεδαιμόνιοι δὲ, αἰσθόμενοι τὸ μέλλον, ἦλθον ἐς πρεσβείαν, ΤᾺ ΜῈΝ καὶ αὐτοὶ ἥδιον ἂν ὁρῶντες μήτ' ἐκείνους, μήτε ἄλλον μηδένα τεῖχος ἔχοντα, ΤῸ ΔῈ πλέον, τῶν ξυμμάχων ἐξοτρυνόντων &c. *Lacedaemonii vero id, quod futurum erat, cum cognovissent, legati venerunt, partim quod & ipsi libentius viderent, neque illos, neque alium quemquam, muros habere, partim vero, idque praecipue, quod socii illos impellerent.* &c.

18 Hujus exemplum habet Herodot. lib. VIII. c. 134. Καὶ δὴ καὶ εἰς Θήβας πρῶτα ὡς ἀπίκετο (Ionice pro ἀφίκετο) ΤΟΥ͂ΤΟ ΜῈΝ τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο. ΤΟΥ͂ΤΟ ΔῈ ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας, κατεκοίμισε ἐς Ἀμφιάρεω. *Quin etiam ut primum Thebas adiit, tum Apollinem Ismenium consuluit, tum non Thebanum, sed exterum quendam pecunia corruptum, in delubro Amphiarai incubare jussit.* Consentit Aristides pro Quatuorviris, p. m. 404. Καὶ ΤΟΥ͂ΤΟ ΜῈΝ ἡ κεφαλὴ καὶ τὰ ἔνδον ἐκαίετο· ΤΟΥ͂ΤΟ ΔῈ οἱ νεκροὶ νύκτας καὶ ἡμέραν ἑωρῶντο. *Et tum caput & intestina ardebant, tum mortui noctes & dies conspiciebantur.* Hunc Idiotismum ex Virgilio etiam demonstrat Thom. Linacer Grammaticus. Verba sunt lib. Georg. II. vs. 351.

> - - - - - - - *Jamque reperti,*
> *Qui saxo super atque ingentis*
> *pondere testae*
> *Urgerent, HOC effusos munimen ad imbres,*
> *HOC, ubi biulca siti findit canis aestifer arva.*

19 Mira est Graecismi hujus elegantia, quando Articulus cum Participio, si quod substantivum additur, ejusdem Genus adsumit, ut in illo Platonis, Theaet. pag. 173. lin. 41. Εὖ δὲ ἢ κακῶς τι γέγονεν ἐν πόλει,

ἤ τι

τὸ cum infinit.

XVIII. Neutrum τὸ in singulari, non solum cum infinitivo [20] conjungitur per omnes casus, si vocantem excipias; ut, τὸ ποιεῖν, *facere*, τοῦ ποιεῖν, *faciendi*, εἰς τὸ ποιεῖν, *ad faciendum*, ἐν τῷ ποιεῖν, *faciendo:* sed etiam aliis quibusdam modis observatione dignis. Primus est, in dandi casu, qui fere per *quod*, vel *quoniam*, vel *cum*, [21] resolvi debeat. Demosth. pro Cor. τὰς βλασφημίας (αὐτοῦ) συκοφαντίας οὔσας ἐπιδείξω, μὴ μόνον τῷ ψευδεῖς εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῷ (εἰ τὰ μάλιστα ἦσαν ἀληθεῖς) οὕτως, ὡς ἐγὼ κέχρημαι, τοῖς πράγματι συμφέρειν χρήσασθαι. *Ejus maledicta, sycophantae criminationes esse ostendam, non modo quod falsa sint, sed etiam quod, ut verissima essent, ita tamen gerencessit.* Et apud Phil. Jud. de Cherubim. Πάντα γὰρ, ΤΟ' ΤΟΥ͂ ΛΟ'ΓΟΥ δὲ τοῦτο, κινοῦσι λίθον. *Omnem enim (quod ajunt) movent lapidem.* Si proverbii, axiomatis sive cujuscunque dicti additur auctor, is τοῦ λεγομένου vel τοῦ λόγου vicem explens in Generandi casu sequitur. Sic Plat. Theaet. pag. 183. prope finem. Παρμενίδης δέ μοι φαίνεται, ΤΟ' ΤΟΥ͂ 'ΟΜΗ'ΡΟΥ, Αἰδοῖός τέ μοι εἶναι, ἅμα δεινός τε. *Parmenides vero mihi videtur (ut Homeri verbis utar) augustus mihi esse simul & acer.*

ἤ τί τῳ κακόν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγονὸς, ἢ πρὸς ἀνδρῶν, ἢ γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν, ἢ ΟἹ τῆς θαλάττης ΛΕΓΟ'ΜΕΝΟΙ ΧΟ'ΕΣ. *Beneve an male quid factum sit in civitate, aut quid cui ex majoribus vitio detur, vel a viris vel a mulieribus gestum, magis ipsum latet, quam maris, (quod ajunt) arenae.* Verbatim: *Quam dictae maris arenae.* Similiter lib. VI. de Rep. pag. 493. 'Η ΔΙΟΜΗ'ΔΕΙΑ ΛΕΓΟΜΕ'ΝΗ 'ΑΝΑΓ'ΚΗ ποιεῖν αὐτῷ πάντα, ἃ ἂν οὗτοι ἐπαινῶσιν. *Diomedea (ut est in proverbio) necessitas est illi, omnia facere, quaecunque hi probarint.* Eundem ferme usum habet Articulus cum participio, καλούμενος pro λεγόμενος posito. Dem. de Cor. pag. m. 322. lin 48. Εἰ μὲν γὰρ μὴ ἔχρην, ἀλλὰ ΤΗ'Ν ΜΥΣΩ͂Ν ΛΕΙ'ΑΝ ΚΑΛΟΥΜΕ'ΝΗΝ τὴν 'Ελλάδα οὖσαν ὀφθῆναι. *Nam si non oportuit, sed aequo ferre animo, Graeciam (quod dicitur) Mysorum praedam fieri.* Similis generis est τὸ τοῦ λόγου, in Luciani Demonacte: Οὐ μὴν ἀνίπτοις γε ποσὶ, ΤΟ' ΤΟΥ͂ ΛΟ'ΓΟΥ, πρὸς ταῦτα ἧξεν. *Non tamen illotis, (quod ajunt) pedibus ad haec [Philosophiae studia] accessit.*

20 Quomodo idem articulus cum participio neutro conjungatur, vide quae notabimus infra ad Cap. VI. Sect. 1. Reg. 13.

21 Quandoque per *ut*, vel, sequente Negativo, *Ne*. Ita Greg. Naz. ad Episc. vs. 21.

Οὐ γὰρ ὀνόμασι τοὺς λόγους ποιήσομαι,
Τῷ μὴ δοκεῖν ἐλέγχειν, ἃ κρύπτειν χρεών.
*Nam nominatim non perstringam quempiam,*
*Ut non proferre videar, quae celanda sunt.*

Pro τῷ etiam dixeris τοῦ, intellecto ἕνεκα.

22

*gerendae res fuerint, ut ego gessi.* Secundus est, in accusandi [22] casu, cum voce alterius cujuscumque casus, materialiter, (ut loquuntur) posita, sequente verbo activo. Demosth. ibid. ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν εἴπω, id est, *vos Athenienses, vos autem cum dico:* ubi τὸ est accusat. casus, ὑμεῖς autem nominat. Tertius est, cum aliis etiam orationis partibus, maximeque adverbio, quod tamen verbum sequitur. Demosthen. ibid. μὴ τ ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθε, περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ, id est, *ne ab adversario consilium petatis, quemadmodum audire me debeatis.* [23]

XIX.

22 Nescio, quare Auctor addat, *in Accusandi* casu, cum, postulante ita structura, omnes casus, excepto Vocativo, induere possit Articulus. Nam quemadmodum dicitur τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν εἴπω, sic quoque in Dandi casu licet dicere: τῷ δ' ὑμεῖς ὅταν χρῶμαι. *Cum illo* ὑμεῖς *utor.* Similiter in Genitivo: Τοῦ δ' ὑμεῖς ὅτε μέμνημαι. *Cum illius* ὑμεῖς *recordor.* Verba Demosthenis occurrunt pag. m. 325. lin. 22. Exemplum Nominativi habes in Epicteti Enchir. Cap. 58. Ὡς Τὸ, Ἡμέρα ἐστὶ, καὶ, Νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διεζευγμένον μεγάλην ἔχει ἀξίαν. *Ut hoc pronunciatum, Dies est, & hoc, Nox est, in sejunctione quidem magnam vim habet.* Latini praemittunt voculam *illud*, ut in tritissimo.

*Vix ILLUD potui dicere triste, Vale.*

Huc refero illud Thucydidis, lib. 1. cap. 41. ubi infinitae orationi praefigitur. Καὶ ἡ εὐεργεσία αὕτη τε, καὶ ἡ ἐς Σαμίους, τὸ δι' ἡμᾶς Πελοποννησίους αὐτοῖς μὴ βοηθῆσαι, παρέσχεν ὑμῖν Αἰγινητῶν μὲν ἐπικράτησιν, Σαμίων δὲ κόλασιν. *Et hoc beneficium, & illud contra Samios, quo Peloponnesii per nos illis opem non tulerunt, peperit vobis quidem de AEginetis victoriam, de Samiis vero vindictam.* Fit aliquando, ut articulus vocabulo materialiter usitato praefixus, neglecto neutro genere, adsumat genus dissimulati nominis artificialis. Ita Schol. Aristoph. Nub. vers. 1083. ad haec verba: Ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ, ait, Λείπει Η' εἰς. Scilicet, πρόθεσις· pro, τὸ εἰς. *Deëst praepositio* εἰς. Similiter apud Thucyd. lib. IV. init. ubi Schol. ad verba: τὸ μὴ προεξιόντας. Λείπει Ἡ διά.

23 Notandum est, Articulum aliis orationis partibus in omni genere ita praemitti, ut pro ὅτι sumi videatur, quum videlicet vel verba, quae quis dixit, citantur, vel, quae dicere posset, in medio proponuntur. Exemplum extat apud Platonem in Phaedro, pag. 273. lin. 20. Τὸν δὲ (subaudi δεῖ) τοῦτο μὲν ἐλέγχειν, ὡς μόνω ἦστην, ἐκείνῳ δὲ καταχρήσασθαι ΤΩι, πῶς δ' ἂν ἐγὼ τοιόσδε τοιῷδε ἐπεχείρησα; *Hunc vero oportet illud quidem refellere, hoc vero abuti: Quomodo ego talis talem invadere potui?* Ita verba sonant, quorum sensus hic est: *Hunc vero hujusmodi*

Articulus & nomen diversi casus.

XIX. Saepe, apud Oratores praesertim, praepositivus articulus ita praemittitur, ut casus nominis sequentis ob verbum adjunctum mutetur; ubi dubium est, quo ex pluribus nomine res appellanda sit. Demosth. pro Corona: ἢ, τ̃ ἄλλων Ἑλλήνων, εἴτε χρὴ κακίαν, εἴτε ἄγνοιαν, εἴτε ϗ ταῦτα ἀμφότερα, εἰπεῖν, id est, *aliorum Graecorum, sive oportet improbitatem, sive ignorantiam, sive hoc utrumque dicere*: pro ϗ τῶν Ἑλλήνων, εἴτε κακία, εἴτε ἄγνοια, εἴτε ϗ ἀμφότερα, *aliorum Graecorum, vel improbitas, vel ignorantia, vel utrumque*.

[*Nomen appellativum* articulo praepositivo vestitum, per Synecd. generis 1. Proprium saepe designat. 2. Certi aliquid & definiti ἐμφατικῶς ϗ κατ᾽ ἐξοχὴν demonstrat: & 3. cognomenti loco Proprium nonnunquam immediate sequitur.

Artic. cum Appellativo Proprium designat.

1. *Proprium designat*: Praeter vulgaria, alia nonnulla exempla subjiciam, non cuivis fortasse obvia, & quae tyronibus aliquoties negotium facessunt: qualia sunt, ὁ Δειπνοσοφιστὴς, *Athenaeus*: ὁ γεωγράφος, *Strabo*: ὁ περιηγητὴς, *Dionysius, cujus poëma inscribitur*, περιήγησις τῆς οἰκουμένης· ὁ ἐθνικογράφος, sive ὁ ἐθνογράφος, *Stephanus Byzantinus, qui lib.* περὶ πόλεων ϗ δήμων *scripsit*: ὁ παραβάτης, *Julianus Imperator, qui vulgo* ἀποστάτης *dicitur*: ὁ τῶν στάσεων ἐξηγητὴς, *Hermogenes Rhetor*: ὁ τεχνικὸς, *Herodianus Grammaticus*: ὁ τεχνικὸς Γεώργιος, *Choeroboscus*: ὁ πορθμεὺς, *Charon*: ὁ πονηρὸς, *Diabolus*: ὁ βουκόλος, *Theocritus*: ὁ συγγραφεὺς, *Thucydides apud Aphthon.* ὁ χρυσορρήμων, *Joan. Chrysostomus*: ὁ θεολόγος, *Gregorius Nazianzenus*: ὁ ποιητὴς, *Homerus*: ὁ ῥήτωρ, *Demosthenes*.

Et cum participio.

Idem *valet participium, Hebraeorum more, nominis loco positum cum articulo*: *e. g.* ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, *Stephanus*, qui supra dicitur ἐθνικογράφος· ὁ ποιήσας τὰ Διονυσιακὰ, *Nonnus Panopolitanus, cujus libb. 48. Dionysiacῶν titulo Graece extant*: Ἀλεξανδρεὺς ῥήτωρ ὁ τὰ ἐρωτικὰ παίξας, *Achilles Tatius, qui*

*modi quodam argumento abuti oportet; Qui fieri potest, ut ego, qui sum imbecillus, tam validum adgressus fuerim?* Hic pro τὸ, ὅτι usurpare permittet Graecia. Huc refer ep. Pauli ad Gal. cap. V, comm. 14· Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, ἐν ΤΩ᾿ι Ἀγαπήσεις τ̃ πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. *Lex enim universa uno verbo impletur, nempe hoc: Diliges proximum tuum, ut te ipsum.* Idem scribens ad Roman. cap. XIII, comm. 9. ait: ΤΟ' γὰρ, Οὐ μοιχεύσεις· Οὐ φονεύσεις· &c. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν ΤΩ᾿ι· Ἀγαπήσεις τ̃ πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν. *Hoc enim: Non moechaberis: non occides &c. in hoc uno verbo summatim comprehenditur, nempe: Diliges proximum tuum, ut te ipsum.* Sic tempora & *occasiones loquendi & tacendi* vocat Plato, καιροὺς ΤΟΥ' πότε λεκτέον ϗ ἐπισχετέον, in Phaedro pag. 272, init.

*qui 8. libr. lusit de Clitophontis & Leucippes amoribus:* ὁ τὰ βουκολικὰ γράψας, *Theocritus:* ὁ τὰ Κύπρια γράψας (scilicet ἔπη, vel ποιήματα) Stasimus, ὁ τὴν πατρίδα Κύπριος. ὁ πειράζων, *Diabolus.*[24]

Artic. praepositivus certi aliquid δεικτικῶς demonstrat.

2 *Certi aliquid* ὁριστικῶς[25] *vel* δεικτικῶς *demonstrat:* ut Matth. II, 2. ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; *ubi est ille, qui natus est rex Judaeorum: non de quovis rege, sed* κατ' ἐξοχὴν *de illo, qui expectabatur humani generis redemptor:* v. 10. οἱ μάγοι ἰδόντες τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν, καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἶκον, εὗρον τὸ παιδίον· hic *certa* stella, *certa* domus, & *certus* puerulus ἐμφατικῶς καὶ ὁριστικῶς indicatur. Plurima ejusdem farinae exempla ubique obvia.

Cognomenti loco proprium sequitur.

3. *Cognomenti loco Proprium nonnunquam sequitur*, ut, Ἀπολλώνιος ὁ δύσκολος· Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινός· Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής.

[26] *Interdum v. cognomentum apponitur, omisso articulo: unde Antiphon dicitur* λογομάγειρος· *Apion Grammaticus* πλει-

24 Hoc modo cum perfectissimum veri Dei nomen ab Joanne exprimitur per verbum & duo participia articulis vestita, mirum est, quam sanctum illud nomen duxerit Apostolus, quod potius quam per casus mutaret, praefixo altero articulo, indeclinabile censuit. Ita ille in Apocal. cap. I, 4. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ Ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. *Gratia vobis & pax ab Eo, Qui est, & Qui erat, & Qui venturus est.* Pro ἀπὸ τοῦ ὄντος &c.

25 Contra, sed rarius hic articulus cum participio junctus ponitur pro τις, ἀορίστως. Ita Plutarch. in Conj. praecept. pag. 144. initio. Ὁ τὸν δραπέτην ἰδὼν διὰ χρόνου καὶ διώκων, ὡς κατέφυγε φθάσας εἰς μύλωνα, Ποῦ δ' ἂν, ἔφη, σε μᾶλλον εὑρεῖν ἠβουλήθην ἢ ἐνταῦθα; *Quidam fugitivum aliquanto post tempore videns & persequens, quum ille in pistrinum profugisset: Quis, inquit locus est, ubi te offendere mallem, quam hic?* Eodem modo paulo superius: Ἡ μὲν γὰρ ὠδίνουσα καὶ δυσφοροῦσα πρὸς τοὺς κατακλίνοντας αὐτὴν ἔλεγε, Πῶς δ' ἂν ἡ κλίνη ταῦτα θεραπεύσειεν, ὅσα ἐπὶ τῆς κλίνης πέπονθεν; *Quaedam mulier instantis partus dolores ferens iisque pressa, inclinantibus ipsam in lectum ait: Quomodo lectus bis mederi poterit malis, quae in eo concepta sunt?*

26 Aliquando post Nomen Proprium Articulus Praepositivus, sequente Praepositione cum suo Casu, cognomenti loco ponitur ἐπιθετικῶς. Ita Plat. Gorg. p. 516. lin. 40. Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο. *Miltiadem illum, qui in campo Marathonio (supple, victoriam reportavit) in Barathrum conjiciendum decreverint.* Et ex Platone Aristides Orat. pro Quatuor viris, pag. 267. Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι ποῦ χώρας τάξομεν; *Miltiadem vero Marathonium qua in chori parte collocabimus?*

27

πλειστονίκης & μόχθος *ob ſedulitatem : Cleanthes* φιλόπονος & φρεάντλης· *Craſſus* ἀγέλαστος· *Didymus* χαλκέντερος· *Euripides* μισογύνης· *Hercules* ἀλεξίκακος· *Hermes* τρισμέγιστος· *Timon* μισάνθρωπος &c.

Articulus geminatus. *Articulus geminatus rem exponit, & diſtinguit:* ut ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Joh. X, 12. Ego ſum paſtor *ille* bonus κατ' ἐξοχήν.] [27]

C A-

27 Inſolentior Articuli geminatio eſt in illo Pauſaniae; in Eliacis, p. m. 314. ΤΟΙ͂Σ Ἡρακλέους τοῖς ἀδελφοῖς. *Herculis fratribus.* Pro ΤΟΙ͂Σ Ἡρακλέους ἀδελφοῖς, vel, τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς Ἡρακλέους. Eſt & ubi ter invenitur. Sic Arrian. lib. II, cap. 10. ΟἹ δὲ Ἕλληνες, ΟἹ μισθοφόροι, ΟἹ σὺν Δαρείῳ. *Graeci vero mercenarii, qui cum Dario erant.* Audacius illud lib. III. cap. 11. ſi ſat fida eſt lectio: Εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο ἐκάκωσε τοῖς Πέρσαις ἐν τῷ τότε τὰ πράγματα, Ἡ ϛάσις Ἡ ξὺν τοῖς, Ἡ πολλὴ, ὅπλοις. *Longa illa in armis commoratio, ſi quid aliud, tunc temporis Perſarum res fregit.* Minus intricate dixiſſet: Ἡ ϛάσις, ἡ πολλὴ, ἡ ξὺν τοῖς ὅπλοις. Senſus eſt: *Mora illa in armis, & quidem adeo longa, Perſis obfuit.*

Articuli geminationi ſubiungo Articulorum concurſum, qui, ut ut ſaepe exornat dictionem, ita quandoque obſcurat. Sic trium Articulorum concurſum invenies apud Plut. de Oraculorum Defectu, pag 415. init. Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν πλείονας λῦσαι καὶ μείζονας ἀπορίας ΟἹ ΤΟ` ΤΩ͂Ν Δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τρόπον τινὰ κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταυτὸ καὶ συνάπτον ἐξευρόντες. *Mihi vero videntur illi plures & majores ſolviſſe dubitationes, qui primi cenſuerunt, Daemonas eſſe medium genus inter Deos & homines, & nos cum illis communione quadam conjungere & conciliare.* Et apud AEſchin. in Timarch. pag. 172. lin. 43. Ἔνοχος ἔστω ὁ γυμνασιάρχης ΤΩ͂Ι ΤΗ͂Σ ΤΩ͂Ν ἐλευθέρων φθορᾶς νόμῳ. Pro τῷ νόμῳ τῆς φθορᾶς τῶν ἐλευθέρων. *Teneatur gymnaſiarcha lege de corruptela ingenuorum puerorum.* Adde Plat. in Phædr. pag. 269, lin. 30. Ἀλλὰ δὴ ΤΗ`Ν ΤΟ͂Υ ΤΩ͂Ι ὄντι ῥητορικοῦ τε καὶ πιθανοῦ τέχνην, πῶς καὶ πόθεν ἄν τις δύναιτο πορίσασθαι; *Sed dic age, quo pacto & unde eam artem, qua quis praeditus dicendo & perſuadendo vere valeat, aliquis ſibi comparare poſſit?* Inprimis autem tunc obſcuram reddunt orationem Articuli, cum longiſſime a caſu ſuo removentur. In exemplo ex Plutarcho citato Articulus οἱ referendus eſt ad τὸ ἐξευρόντες, τὸ ad γένος, & τῶν ad δαιμόνων, cui jungitur.

Eſt & diverſa ab hac geminandi Articuli ratio, qua in neutro genere repetitur, mediante Conjunctione καὶ, & Graeci utuntur eo loco, ubi Latini *hoc & illud.* Demoſth. pro Cor. pag. 347. lin. 44. Εἰ ΤΟ` ΚΑΙ` ΤΟ` ἐποίησεν ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. *Si hoc & illud feciſſet.*

*cissET bomo, non mortuus esset.* Consentit Aristides in Orat. pro Quatuorviris, pag. 420. Σωθείσης τῆ νεὼς, ΤΟ ΚΑΙ ΤΟ ποιήσειν. *Servata navi boc vel illud se facturum.* Item in Plurali Numero τὰ καὶ τὰ dicitur, in eadem orat. pag. 356. Ἃς [sc. γυναῖκας] σὺ κελεύεις μετὰ τῶν ἀνδρῶν συστρατεύεσθαι, ΤΑ ΚΑΙ ΤΑ ποιούσας. *Quas tu jubes una cum viris militare, baec & illa facientes.* At pro Masculino ὁ καὶ ὁ invenies ὁ δεῖνα duplicatum: vid. ibid. pag. 506. Καί τινες ἤδη διὰ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ τῶν παλαιῶν ἐπιεικειάν τιν' εὗρον ἐν ταῖς συμφοραῖς. *Et quaedam [civitates] propter bunc vel illum e majoribus invenisse levamen in calamitatibus.* Ibid. pag. 495. Τὸ πρᾶγμα ἀφεὶς ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ λέγεις κακῶς; *Ab instituta oratione digressus bunc & illum calumniaris?* Utraque conjungit ibid. pag. 267. Ἔβλαψέ με ὁ ΔΕΙΝΑ ΤΟ ΚΑΙ ΤΟ ποιήσας. *Aliquis me laesit boc vel illo facto.* Rarius in plurali occurrit apud Dem. contra Androtion. ubi vergit ad finem: ΟΙ ΔΕΙΝΕΣ τὸν δῆμον (sc. ἐστεφάνωσαν) σωθέντες ὑπὸ τοῦ δήμου. *Hi vel illi populum corona ornarunt, servati a populo.* Pro iisdem solum pronomen ὅδε ponitur, ut in fine cap IV. ostendemus. Caeterum obiter hic monendum censui, De varium Lexicographum reprehendere, qui dicit, Graecos hac voce uti, cum certum hominem significare volunt, nominare nolunt, quae contra ex ejusdem sententia incertam & indeterminatam personam notat: id quod non uno exemplo confirmat. Cui sententiae ut ut palma danda videtur, quo minus tamen affirmem, Graecos nunquam nisi indeterminatam personam per hanc vocem significare, obstat unus Luciani locus in Cataplo. Δέχου τοῦτον, σὺ πορθμεῦ, καὶ ΤΟΝ ΔΕΙΝΑ. *Cape bunc tu portitor atque illum alterum.* Ubi certae personae intelliguntur, Megapenthes scilicet & Cyniscus. Sed ut ad Articulum redeam: hujus tres imprimis usus mihi notandi videntur.

Primus est, quando praemittitur voculae interrogativae, & significat idem, quod apud Latinos Particula expletiva *nam.* Sic *Quidnam?* Graecis est, τὸ ποῖον, Sophocl. in Electr. vs. 672.

Π. Φανοτεὺς ὁ Φωκεὺς, πρᾶγμα πορσύνων μέγα.

Κ. τὸ ΠΟΙΟΝ, ὦ ξέν', εἰπέ;

*P. Phanoteus Phocensis, qui rem magnam adfert. C. Quamnam, o bospes? dic.* Quo sensu non raro post se habet Particulam δὴ, ut in illo Platonis in Phaedro pag. 265. init. ΤΟ ΠΟΙΟΝ ΔΗ λέγεις; *Quidnam id est, quod dicis?*

Alter est, quod in Neutro Genere cum omnibus orationis partibus, si Conjunctionem excipias, constructus absolute ponitur in casu quarto, subaudita tamen in plurimis praepositione κατὰ cumque illis aliquando ita coalescit, ut una vox videatur. Redditur autem aliquando per Adverbium, aliquando per Periphrasin: Et quidem

Primo cum Nomine substantivo, ut, τὸ κεφάλαιον. *Ut summatim dicam.* Ita Plat. Theaet. pag. 190, lin. 14. Ἀναμιμνήσκου δὴ, εἰ πώποτε εἶπες πρὸς σεαυτὸν, ὅτι παντὸς μᾶλλον τό τοι καλὸν αἰσχρόν ἐστι, ἢ τὸ δίκαιον ἄδικον, ἢ καὶ τὸ πάντων ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, σκόπει &c. *In memoriam revoca, si quando apud te ipsum dixeris, pulcrum omnino turpe, & justum injustum esse: aut etiam, ut summatim dicam, vide* &c. Cum Nomine Adjectivo per omnes Gradus. Cum Positivo: τὸ δ' ἀληθές. *Revera.* Herodian. lib. III. cap. 8. pro quo, τὸ δ' ἀτρεκὲς Theogn. vers 167. v. c. hoc sensu: *verbo quidem, ut ei gratum faceret, re autem vera* &c. Λόγῳ μὲν αὐτῷ χαρίζεσθαι βουλόμενος, τὸ δ' ἀληθὲς &c. Τὸ ἀρχαῖον vel τὸ παλαιόν. *Antiquis temporibus, Antiquitus.* Plat. Hipp. Maj. pag. 285. & Heraclid. de Polit. Τὐναντίον. Ceb. tab. sub finem. Τὸ λοιπόν. *In posterum, Deinde.* Thucyd. lib. I. cap. 31. & 56. Τούς τε δημιουργοὺς ἐκπέμπειν (sc. ἐκέλευον) καὶ ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ μὴ δέχεσθαι. *Magistratusque expellere jusserunt, nec in posterum recipere.* Hoc modo Genitivum post se habet. Ita Xenoph. Hist. Gr. lib. VII. pag. 626. in fine. Ἐποίησαν τοὺς πολεμίους ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ ΤΗΣ ΗΜΕΡΑΣ ὑπὸ τὰς ἀκρωρείας ὑποχωρεῖν. *Effecerunt, ut hostes reliquo diei spatio sub cacumina montium se reciperent.* Τὸ ὅλον, *Omnino, omni ex parte.* Plat. Phaed. pag. 261. lin. 7. cui simile, Τὸ σύνολον Ceb. tab. prope fin. τὸ πᾶν. Lucian. Dear. Jud. de Paride ΤΟ ΠΑΝ βουκόλος. *Totus bubulcus.* Τὸ σύμπαν. Isocr. ad Nicocl. Ejusdem farinae est τὸ πολύ. *Magna ex parte.* Arrian. lib. III. de Exp. Al. cap. 11. Ταύτην [τὴν ὁδὸν] δρόμῳ ΤΟ ΠΟΛΥ ἦγεν. *Hanc viam magna ex parte cursu peregit.* Τὸ σύνολον apud Diod. Sicul. Bibl. lib. I. quod idem ac τὸ κεφάλαιον. Τὸ τελευταῖον vel τοτελευταῖον *Tandem.* De quo infra Cap. III. Sect. II. Rg. 2. Cum Comparativo, ut, τὸ πλέον. *Magis.* Thucyd. lib. I. cap. 69. Τὸ πρότερον. *Antea.* Ibid. cap. 59. Et sequente Conjunctione ἢ *Antequam.* ut apud Herodot. lib. I. cap. 72. ΤΟ ΠΡΟΤΕΡΟΝ Η Πέρσας ἄρξαι. *Priusquam Persae imperarent.* Τὸ ὕστερον. *Iterum.* Thucyd. lib. cit. cap. 73. Cui simile Τὸ δεύτερον. Plat. l. c. pag. 286. Τὸ τρίτον. *Tertium.* Plat. Theag. pag. 129. Cum Superlativo, ut, τὰ κράτιστα. *Optime.* Thucyd. lib. cit. cap. 31. Τοὐλάχιστον pro τὸ ἐλάχιστον. *Ad minimum.* Plut. in vit. Cic. pag. 865. Τὸ μέγιστον. *Maxime.* Theogn. vs. 111. Τὸ πρῶτον. Lucian. Tom. I. p. 282.

Secundo cum Pronomine, ut, τὸ αὐτό, *Eodem modo, sic.* vid. infra ad Cap. IV. Reg. 9.

Tertio cum verbo Infinito & praesertim εἶναι, Atticum est, ut, τὸ νῦν εἶναι. *Inpraesentiarum.* Ita malim vertere quam *Nunc.* Belgice: **voor als nu.** Ita Xenoph. Exp. Cyri, lib. III. pag. 305. Ὀπισθοφυλακῶμεν δὲ ἡμεῖς οἱ νεώτατοι. ἐγώ τε καὶ Τιμασίων, ΤΟ ΝΥΝ ΕΙΝΑΙ. τὸ δὲ λοιπὸν &c. *Nos autem agminis tergum, ego*

*ego & Timasion, custodiamus impraesentiarum, dein vero* &c. Barbare diceremus: bp probisse. Consentit Lucianus de Merced. conduct. pag. 312. ΤΟ' δὲ ΝΥ'Ν ΕΙ'ΝΑΙ, ἱκανὸν ἦν ὑποδεῖξαι. *In praesentia satis erit ostendere.* Simili modo τὸ σήμερον εἶναι adfert H. Steph. ad Corinth. art. 29. vid. Alciphr. I. Ep. 1. Sic, τὸ ἐπ' ἐμοὶ εἶναι. *Quod ad me adtinet.* De quo vid. Clariss. Dukerum, ad Thucyd. lib. IV. cap. 48. Et Nostrum infra, cap. V. Sect. 6. Rg. 11.

Quarto cum Participio, quo pertinet id, quod supra dictum est in τὸ λεγόμενον. Rg. 17. Item τὸ νῦν ἔχον, de quo supra, Rg. 6.

Quinto cum Adverbio, ut, τὸ ἀνέκαθεν. *Olim, Antea.* apud Nicol. Damasc. de Moribus Gentium: Τὸ μεταξύ. *Interea.* Lucian. in Tox. Τὸ μέχρι ἐμῦ. *Ad meam usque aetatem.* Apud Herodot. in Thal. cap. 10. Τὸ πάλαι. *Olim.* Plat. Phaedr. pag. 251. lin. 19. Τὸ παραυτίκα. *In praesentia.* Thucyd. lib. I, cap. 134. Τὸ πρίν. *Antea.* Hom. Il. E, vs. 54. Τὸ πρόσθεν. *Antehac.* Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V. pag. 129. Τὸ πῶς. *Modus*, vel etiam, *quomodo.* Act. Apost. cap. IV, com. 21. Euang. Luc cap. XXII, com. 2. Καὶ ἐζήτυν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν. *Et quaerebant principes sacerdotum & scribae, quomodo interimerent eum.* Sed tunc nullus τῇ καὶ locus dari potest. Sed articulus indicium habet accusativi rei patientis, quae pluribus vocibus exprimitur. Confer com. 4. Atque ita articulus τὸ praefigitur toti orationi, ut in eodem capite v. 24. Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων. *Et orta est inter eos aemulatio, quis ipsorum esse videretur praestantissimus.*

Sexto cum Praepositione, ut, Τὰ ἐς γένος δόξαν *Quod ad generis splendorem adtinet.* Paus. in Arcad. Τὸ ἀπὸ τύτυ, τὸ ἀπὸ τῦδε, τὸ μετὰ τῦτο, τὸ ἐκ τῦδε, seu τοὐκτῦδε. *In posterum, Ex hoc tempore, Deinceps.* Exempla ubivis obvia. Τὸ ἐξ ἀρχῆς. *Initio.* Paus. Achaic. pag. 401. Τὸ ἐξ ὑμῶν. *Quantum in vobis est.* Rom. XII, 18. Τὸ ἐπ' ἐκείνῳ. *Quod ad illum adtinet.* Isocrat. Paneg. Τὸ κατ' αὐτόν. *Quantum in ipso est.* Lucian. Dem. Encom. pag. 908. & 922. Καὶ νῦν, Ἀρχία, ΤΟ' ΚΑΤ' 'ΕΜΑΥΤΟ'Ν, ὐ καταισχυνῶ τὰς Ἀθήνας. *Et nunc, o Archia, quantum in me est, non dedecorabo Athenas.* Confer Rom. I, 15. At τὸ καθ' ἑαυτόν. *Privatim.* Thucyd. lib. II. cap. 60. Τὸ καθ' ἡμέραν. *Quotidie.* Plat. Phaedr. pag. 240. lin. 16. Τὸ κατὰ σάρκα Act. Apost. II, 30. *Quantum ad carnem attinet.* Τὸ πρὸς τὴν ἕω. *Orientem versus.* Herodot. Melp. cap. 19. Τὸ πρὸ τύτυ. *Antea.* Thucyd. lib. cit. cap. 15. Τὰ πρὸς πατρὸς Ἀθηναῖ. *Quod ad patrem attinet, Atheniensis.* Vide cap. IX. Sect. 8. r. 5.

Denique cum praepositione & adjectivo, vel potius praepositione cum adjectivo composito, ut τὸ ἐπίπαν. *omnino, plerumque*, Herod. in Polyhymn. cap. 157.

Tertius denique usus est, quo in Dandi casu non tantum pro Pronomine οὗτος, sed etiam κατ' ἔλλειψιν Substantivi τρόπῳ apud Poëtas Adverbialiter ponitur, & redditur, *sic*, *ita*. Hom. Il. Δ, vs. 290.

Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις
Πριάμοιο ἄνακτος.

*Sic*, vel, *Hoc modo cito exscinderetur urbs Priami regis.*

Est & ubi redditur, *Ideo*, *Idcirco*, *Quare*. Id. Il. B, vs. 250. & 254.

Τῷ νῦν Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν
Ἧσαι ὀνειδίζων.

*Quare nunc Atridae Agamemnoni, ductori militum, sedes convicians.*

Pro eodem *hoc* dixit Flaccus lib 1, sat. 6, vs. 41.

*At Novius collega gradu post me sedet uno;*
*Namque est ille, pater quod erat meus. Hoc tibi Paulus*
*Et Messalla videris.* - - -

# C A P U T II.

## *De subjunctivo articulo.*

## R E G U L A I.

ὃς μὲν, ὃς δὲ, *pro* ὁ.

Ὃς μὲν, ὃς δὲ, non tantum apud Poëtas, sed interdum apud Oratores, pro ὁ μὲν, ὁ δὲ. sic καὶ ὃς, verbatim, *Et qui*: id est, *tum ille*, supple, *ita loqui coepit*, *vel perrexit*: pro καὶ ὁ, vel αὐτός [28]. sic ἦ δ' ὅς, *inquit ille*, pro αὐτὸς, [29] Dialogistis frequentissimum est. Quibus in locis, ἦ pro ἔφη usurpatur, & δὲ abundat. Imo absolute ὃς pro ὁ nonnunquam usurpatur. Plutarch. Public. Ὧν (λόγου καὶ πλούτου) τῷ μὲν ὀρθῶς ἀεὶ χρώμενος, ἀφ' οὗ δὲ τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν. *Quorum duorum altero recte semper utens, altero indigentibus abunde subveniens*: ubi ἀφ' οὗ, pro ἀπὸ τοῦ. [30]

II.

28 In sermonibus τῶν διαλεγομένων referendis tantum non ubivis occurrunt exempla, quae in perpetua oratione sunt rariora. Ita Arrian. Exp. Al. lib. 1. cap. 16. (longiorem periodum breviter contraho) Δημάρατος δὲ δίδωσιν αὐτῷ τὸ αὑτοῦ δόρυ. ΚΑΙ ὍΣ ἀναλαβὼν καταβάλλει τὸν Μιθριδάτην. *Demaratus suam illi hastam porrigit, qua ille arrepta Mithridatem trajicit.*

29 Nihil apud Platonem tritius. Saepe etiam praecedentem personae nominativum sequitur τὸ ἦ δ' ὅς, ut lib. 1. de Rep. init. Καὶ Ὁ ἈΔΕΊΜΑΝΤΟΣ, Ἆρά γε, Ἦ Δ' ὍΣ, οὐδ' ἴστε &c. *Et Adimantus; Nunquid, inquit, nescitis.* &c.

30 In exemplo citato pro τῷ μὲν procul dubio ᾧ μὲν dixisset

II. Ὅστις primo redditur *quis*, vel *quisnam*, sine interrogatione, ut, οὐκ οἶδα ὅστις ἂν τοῦτο ποιήσειεν, *nescio quis hoc fecerit*; sic ἥτις, ὅ, τι, cum virgula post ὅ, (ut distinguatur a conjunctione ὅτι, *quod:*) *quaenam*, *quodnam*, per omnes casus. 2. Secundo, *quisquis*, ut ὅστις ἐντυγχάνει αὐτῷ, *quisquis* ὅστις. quis.

xisset Plutarchus, nisi ὧν praecessisset. Alias hoc frequens est, ut pro Ὁ μὲν, ὁ δὲ, ponantur ὃς μὲν, ὃς δέ. Ita in monumento veteri Ptolemaei Euergetae; ubi gloriatur se multas subegisse regiones, ἃ μὲν, inquit, αὐτὸς ἐγὼ ἐλθὼν καὶ νικήσας, ἃ δὲ διαπεμπόμενος. *Victoriam referens partim ipse profectus, partim misso sub meis auspiciis exercitu.* Similiter Herodian. lib. III. cap. 8. Πικρῶς κατηγόρησε τῶν Ἀλβίνου φίλων, ΩΝ ΜΕΝ ἐπιστολὰς προκομίζων ἀπορρήτους, . . . ΟΙΣ ΔΕ δῶρα ὀνειδίζων πεμφθέντα ἐκείνῳ πολυτελέστερα. *Vehementer Albini amicos incusavit, aliorum arcanas epistolas proferens, aliis exprobrans dona splendida ad eum missa.* Similiter Apostolus scribens ad Romanos cap. IX, comm. 21. Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, Ὃ ΜΕΝ εἰς τιμὴν σκεῦος, Ὃ ΔΕ εἰς ἀτιμίαν; *An non habet potestatem figulus in lutum, ex eadem massa fingendi aliud vas ad decus, aliud ad dedecus?* Interim, quod in οἱ μὲν, οἱ δὲ superiori capite diximus, pro altero saepe τινὲς, πολλοὶ, vel simile poni, idem hic dictum puta. Unum id addam, nonnunquam post ὁ μὲν, pro ὁ δὲ, sequi ὃς δὲ. Exemplum habet Theognis vs. 205.

ἈΛΛ' Ὁ ΜΕΝ αὐτὸς τῖσε κακὸν χρέος, ὋΣ ΔΕ φίλοισιν
Ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ἐπεκρέμασεν.

*Sed alius ipse malorum supplicium luit, alius in damnum charorum liberorum luendum post se relinquit.* Addatur Oppian. Halieut. lib. 1, vs. 585. . . . ΤΟΙΣ ΜΕΝ θέρος, ΟἹΣΙ ΔΕ χεῖμα,
ΤΟΙΣ Δ' ἔαρ, ἢ φθινόθουσα τόκον προὔφηνεν ὀπώρη.
*Aliis aestas, aliis hyems, aliis ver, aut in hyemem inclinans autumnus sobolem parat.* Contra praemisso ὃς μὲν, sequitur ὁ δὲ in epist. ad Rom. cap. XIV, comm. 2. ὋΣ ΜΕΝ πιστεύει φαγεῖν πάντα, Ὁ ΔΕ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. *Alius credit omnia edi licere, alius infirmior vescitur oleribus.*

31 Plurimum autem locum habet in responsione, praecedente τίς; particula interrogativa. E. G. apud Aristoph. in Avib. vs. 961. ubi, rogante Pisthetaero: Σὺ δ' εἶ τίς; respondet vates; Ὅστις; χρησμολόγος. *Tu vero, quis est? Quisnam* (scilicet, *sim?*) *Vates.* Eodem modo paulo post, vs. 698. Σὺ δ' εἶ τίς ἀνδρῶν. *Quis tu es homo?* Resp. Ὅστις εἰμ' ἐγώ; Μέτων. *Quisnam ego sim? Meto.* Eadem ratio est in neutro ὅ, τι. Ita apud eundem vs. 1528.

ΠΕΙ. Ὄνομα δὲ τούτοις τοῖς θεοῖς τοῖς βαρβάροις.



BIBLIOTECA ...

Digitized by Google

*quisquis πᾶς ὅστις, ὁστισοῦν.* *quis in eum incidit.* [32] Quo ſenſu non raro praecedit πᾶς, vel ſequitur οὖν, quae particula unicam vocem efficit cum ὅστις· ſic ὁστισοῦν, ἡτινοσοῦν, in omnibus numeris. At πᾶς tantum in ſingulari, ac fere in nominandi caſu, πᾶς ὅστις, *quicunque:*

*πάντες ὅσοι, non οἵτινες.* in plurali autem πάντες ὅσοι, non πάντες οἵτινες, id eſt, *quotquot.* Sequi etiam poſſunt περ, vel δὴ, vel ποτε, vel utrumque ſimul, vel cum eadem particula οὖν· ut ὅ, τί περ, ὅ, τι δὴ, ὅ, τί ποτε, ὅ, τι δή ποτε, vel ὁτιδήποτε unico verbo:

*ὅ, τι δηποτοῦν.* vel ὁτιδηποτοῦν una itidem voce, id eſt, *quicquid tandem.* [33]

*ὅστις ἂν, κε, κεν.* III. Falluntur qui putant, κε vel ἂν. eodem plane modo addi poſſe, ita ut ὅστις ἂν, vel apud Poëtas ὅστις κε, aut κεν, ſimpliciter uſurpentur, pro ὅστις. Adhibentur enim iſtae particulae, ut conjungantur cum modis & temporibus ſibi propriis, optativo, vel ſubjunctivo, imperfecto, vel aoriſto indicativi, (ut fuſius oſtendetur cap. de Conjunctione, Sectione ſecunda:) non autem ut aliquid ad eam ſignificationem conferant: alioqui diceretur ὅστις ἂν ποιεῖ, ut ὅστις ποιεῖ, *quicunque facit*, quod tamen falſum eſt: dicitur enim ὅστις ἂν,

Τί ἐστιν; ΠΡΟ. Ὅ, τι ἐστί; Τριβαλλοί.

Piſ. *Nomen vero bis Diis barbaris*

*Quodnam eſt?* Pro. *Quodnam ſit? Triballi.*

32. At in negatione, οὐδεὶς ὅστις οὐ, eſt, *nemo non*, & more Latinorum duae negationes adfirmant. Nec raro haec in fine ſententiae inveniuntur. Plat. Hipp. maj. pag. 299. init. Ὅτι καταγελῷ ἂν ἡμῶν οὐδεὶς ὅστις οὔ. *Quia nemo non nos irridebit.* Quaſi diceret, Οὐδείς ἐστιν, ὅστις οὐ &c. *Nemo eſt, qui non.* In plurali numero non raro vertendum, *nonnulli, quidam.* Ita Arrian. de Exp. Al. lib. 3. cap. 23. Πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν αὐτῶν φεύγοντας, οὓς δέ τινας ἐς ἀλκὴν τετραμμένους. *Multos illorum fugientes, nonnullos ad arma converſos interfecit.*

33. Noſtro idiomate, Het zy wat het zy. Het is wat het is. Repetito verbo. A quo nec Graecos omnino abhorruiſſe, invenio. Ita enim apud Arrianum Epictetus, lib III. cap. 26. ΗΝ Εὐρυσθεὺς μὲν ὍΣ ἯΝ, οὔτε Ἄργους, οὔτε Μυκηνῶν βασιλεὺς, ὅσγ' οὐδ' αὐτὸς ἑαυτοῦ. *Euryſthenes, qualiſcumque is fuerit*, (hy was / die hy was) *neque Argis, neque Mycenis, qui ne ſibi ipſe quidem, imperabat.* Nec omnino diſſentit Ariſtides, orat. fun. in Eteon. pag. 136. ΠΡΟΕΙΛΕΤΟ μὲν διδάσκαλον ἐξ ἁπάντων, ὍΝΤΙΝΑ ΔΗ' καὶ ΠΡΟΕΙΛΕΤΟ. *Ex omnibus elegit praeceptorem, quicunque is fuit.* Eodem plane modo Ariſtoph. Theſmoph. vſ. 717. Ἥκεις γ' ὅθεν ἥκεις. Gy koomt van daan / daar gy van daan koomt.

34 Exem-

Digitized by Google

ἂν, vel ὅςις κε ποιήσειεν, aut aliud simile, id est, *quicunque fecerit*. Ita ὅς κε, vel ἂν simul, non significat *quis*, sed ὅς tantum.

IV. Ὅτις, Poëtice eodem utroque sensu ponitur, quo ὅςτις. Homerus saepissime, ut Odyss. M. — ὅτις, Poëtice pro ὅςτις.

—— Αἵ ῥά τε πάντας
Ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅτις σφέας εἰσαφίκηται.

*Quae quidem* (*Sirenes*) *cunctos homines demulcent quisquis ad eas venerit*, ubi tamen ὅτις non sumitur pro οἵτινες, ut nonnulli volunt, etiamsi pluralis praecedat. Imo accusativus Poëticus, ὅτινα pro ὅντινα, & ὅτινας, pro ὅςτινας usitatus est, & ὅτινα in neutro plurali, pro ἅτινα.

V. Tertio ὅςις, est *qui quidem*, in omni genere, numero & casu [33] Poëtice, ὅς τε· male enim diceretur ὅς μὲν· vide cap. de Conjunctione, Sectione octava, Regula prima. — ὅςις, qui quidem.

VI. Amant etiam Oratores ὅτου, pro οὗ, vel οὗ τινος· & ὅτῳ pro ᾧ, vel ᾧ τινι· non autem ὅτον, pro ὅν, vel ὅντινα. Ita saepe, ἀνθ' ὅτου, id est, *cujus rei causa*, vel *quamobrem*. Ἐφ' ὅτῳ, *Qua in re*: ubi non raro ἀφορμήν τινα, id est, *commoditatem*, & *occasionem aliquam* significant. Demosth. pro Cor. Οὗτος ὑμῖν τοῖς προδιδοῦσι, τὸ ἔχειν ἐφ' ὅτῳ δωροδοκήσετε, ποιεῖ, id est, *Efficit, ut vos proditores, aliquam semper munerum accipiendorum commoditatem habeatis*. verbat. *in quo*, vel *pro quo munera capiatis*. — ὅτου.

VII. Ὃς aliquando sumitur, rarius licet, pro τίς interrogativo, ac praesertim in neutro genere. Sic enim Oenomaus apud Eusebium, lib. VI. Praeparation. p. 257. nov. edit. Ὧν δ' ἕνεκα ταῦτα προσήνεγκα τῷ λόγῳ; *Quorsum autem ista dicendo persequutus sum?* [34] Tu parce imitari. — ὅς pro τίς.

VIII. Dativus foemininus ᾗ, [35] *quatenus*, aut *qua ex parte*, aut *quomodo*, saepe significat, eique fere respondet ταύτῃ: ut ὁ ἄνθρωπος, ᾗ μὲν λογικός ἐστιν, ἐφίεται τῆς ἀρετῆς, ᾗ δὲ σαρκικός, ἔχεται τῶν γηΐνων· id est, *homo qua ratione praeditus est, virtuti studet, qua vero corpore, ad res terrenas adhaerescit*. Hac ratione conjungitur cum verbo ἐνδέχεται, id est, *qua licet*, & cum verbo παρήκει, *qua contingit*, *qua fert casus*, *utcunque*: saepius tamen dicitur ὅπῃ ἂν παρήκῃ vel παρήκοι, ut dicetur infra. — ᾗ quatenus. ᾗ ἐνδέχεται.

IX.

34 Exempla quaere in epist. ad Rom. cap. XVI, comm. 4, 6, 7, 12.

35 Confer Matth. XXVI, 50. Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; *Amice, quorsum hic ades?* Ubi ἐφ' ᾧ pro ἐπὶ τίνι. Vide infra pag. 449.

36 Vel addita syllaba περ, ut fiat ᾗπερ. Plat in Phaedone: Διαιρεθῆναι ταύτῃ, ᾗπερ συνετέθη. *Eatenus dissolvi, quatenus est compositum*.

 24 Jun-

Digitized by Google

καθὸ, παρό.

IX. Eodem fere sensu dici potest, καθ' ὅ, παρ' ὅ, vel καθ' ἃ, καθ' ὅ, τι; vel unica voce καθὸ, παρὸ, καθὰ, καθότι: ut καθ' ὃ τοῖς ὤμοις συνέχεται, *qua parte cum humeris conjungitur.* Aliquando tamen καθ' ὅ, τι significat, *ut*; v. g. καθ' ὅ, τι φιλεῖ ἐκ πολλοῦ, id est, *ut jam pridem solet:* καθότι πόλις ἄριστα διοικηθήσεται, *quomodo civitas quamoptime gubernari possit.*

ἀνθ' ὅτε &c.

X. Idem fere significant ἀνθ' ὅτε, ἀνθ' ὧν, ἐξ ὧν: quae tamen saepius reddi debent, *quamobrem:* estque loquendi ratio pertamiliaris Aphthonio: frequentius tamen dicitur ἐφ' οἷς, vel ἐφ' ᾧ δὴ, ad significandum, *quamobrem.* Saepe tamen ἐφ' οἷς, & ἐφ' ᾧ, sumuntur pro ἐπὶ τοῖς, ἐφ' οἷς, & ἐπὶ τῷ, ἐφ' ᾧ, id est, *propter illa, in quibus.* Demosthenes pro Corona, Αὐτὸς οὗτός μοι μαρτυρεῖ, ἐφ' οἷς οὐχ ὑπεύθυνος ἦν ἐστεφανῶσθαι, id est. *Ille ipse testificatur, me propter ea, quorum rationibus reddendis obnoxius non eram, coronatum esse.*

*pro ὡς.

XI. Idem foemininum ᾗ, in dativo, sumitur interdum pro ὡς, ut ᾗπερ ἄν σοι δόξειεν, *ut tibi videtur:* interdum pro ἐξ οὗ, ut ᾗπερ φανερώτατον ἂν γένοιτο τἀληθές, *ex quo*, vel, *qua ratione veritas clarissime intelligi possit.* Interdum pro ὅσον, tuncque jungitur comparativo; ut ᾗ μακροτέρα ὁδὸς, ταύτῃ καὶ θᾶσσον ἔδραμεν, *quo longior via, eo celerius excurrit* [36].

Subjunctivus cum verbis etiam activis.

XII. Subjunctivus articulus, more Latinis ignoto, ita praepositivum aut nomen involvit, ut in eodem casu eleganter ponatur, in quo praepositivus aut nomen poneretur, licet verbum sequens alium post se casum postulet: ut μηδένα ὧν, vel περὶ ὧν ἔπαθεν, ὑπόλογον ποιεῖται, *nullam eorum, quae passus est, rationem habet*; pro μηδένα περὶ τῶν, ἃ vel ὧν ἔπαθεν, ὑπολ. &c. [37] Sic, οἷς ἔχει φίλοις προσηνῶς τε καὶ φιλανθρώπως ἀεὶ προσφέρεται, *quos habet amicos, suaviter eos semper humaniterque tractat.*

XIII.

36 Jungitur etiam cum nomine substantivo, pro ὡς. i. e. *Quam.* Plut. in vit. Cic. pag. 870. lin. 33. Ἐκέλευσαν ᾗ τάχος χωρεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα. *Jusserunt, qua poterat celeritate, ad virum properare.* Ubi, ᾗ τάχος, pro, ὡς τάχιστα. cum quo adverbio etiam construitur apud Phil. Jud. de Vita Moys. lib I. Ἧι τάχιστα προτρέπειν ἀναζεύγνύναι. *Quam citissime possent, jubet castra movere.*

37 Plane ut nos utimur singulari, Het geen v. c. Διὰ μνήμης ἔχει οὐδὲν ὧν ἔμαθεν. Hy heeft niets onthouden van het geen hy geleert heeft. Sequens autem exemplum minus ad rem adpositum est. Nam articulus οἷς non involvit nomen φίλοις, sed ei additur eodem casu, more Atticorum proprio, licet verbum ἔχει Accusativum poscat: & ordo est, προσφέρεται φίλοις, οἷς ἔχει.

38 Nec

Subjunctivus art. praepositus.

XIII. Graecis hoc cum Latinis commune est, ut subjunctivus Articulus Pronomen antecedat elegantius, quam sequatur. Demosth pro Cor. ipso statim in limine, Ἔπειθ', ὅπερ ἐστὶ μάλιστα ὑπὲρ ὑμῶν, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν. id est, *Deinde, quod vestra maxime interest, id ut Dii vobis in animum inducant* [38]. Est enim hic, παραστῆσαι, *mentem injicere.*

XIV. Neutrum singulare ὃ, maxime apud Thucydid. aut saepe vacat, aut idem est quod καθ' ὃ, *in quo.* Insignis est locus ille lib. 2. ubi ὃ, in duo membra sic tribuitur, ut per sese vel omnino pendeat, vel utrumque resolvatur in καθ' ὃ. Sic enim ait: Ὃ τοῖς ἄλλοις, ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. *Quo quidem in genere, caeteris audaciam ignoratio, consideratio timiditatem affert:* ubi ὃ, duobus nominibus ἀμαθία, & λογισμὸς explicatur. [39]

XV.

38 Nec hac elegantia destituuntur sacri scriptores. Sic Marc. VI. 16. Ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐστιν. *Quem ego decollavi Joannem, hic est.* Pro, *Hic est Joannes, quem* &c. Confer Matth. XXVI, 48. Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστιν. *Quem osculatus fuero, is est.*

39 Optime: sed ob id ipsum Articulus ὃ neque abundat, neque pro καθ' ὃ ponitur, ut Noster & Hudsonus putant. Minus arridet H. Stephani conjectura, pro ὃ legentis ὅπου vel ὅπουγε. Mira est verborum structura, & egregium profundi linguae Graecae idiomatis specimen exhibet. Verba sunt lib. II. cap. 40. Διαφερόντως γὰρ δὴ καὶ ΤΟΔΕ ἔχομεν, ὥστε τολμᾶν τε οἱ αὐτοὶ μάλιστα, καὶ περὶ ὧν ἐπιχειρήσομεν, ἐκλογίζεσθαι. Ὃ τοῖς ἄλλοις &c Ubi ὃ refero ad praecedens τόδε, quod ut explicatur per duo verba, τολμᾶν & ἐκλογίζεσθαι, ita ὃ per duo nomina ἀμαθία καὶ λογισμός. Ipsa verba ita reddo: *Hoc vero prae aliis eximium habemus, ut & iidem quam maxime audeamus, & diligenter ea consideremus, quae adgressuri sumus: id quod aliis non ita usu venit*, vel, *aliis non item, quorum imperitia audaciam, & consideratio cunctationem parturit:* adeo ut τὸ φέρει non modo ad duos Nominativos ἀμαθία & λογισμὸς referatur, sed etiam ad Articulum ὃ. q. d. ὃ, nempe τολμᾶν [ἀμαθῶς scilicet, i. e. μὴ προδιδαχθεῖσι λόγῳ] καὶ ἐκλογίζεσθαι, ἄλλοις φέρει θράσος καὶ ὄκνον, τὸ μὲν ἀμαθία, τὸ δὲ ὄκνον λογισμός. *Quod, nempe audere & deliberare, in illis parturit audaciam & cunctationem: audaciam quidem imperitia, cunctationem vero deliberatio.* Hic si ὃ plane abundaret, inter τοῖς & ἄλλοις necessario conjunctio δὲ interseri, vel si qua alia aptior vocula, quae haec cum praecedentibus, utpote opposita, connecteret, addi debuisset.



Digitized by Google

ἅτε, utpote. XV. Neutrum plurale ἃ, cum particula τε, significat *utpote*, vel *quippe*: ut, ὑπ' ἐνεστῶτος πολέμου, ἅτε κάκιστος ὤν, μέγιστον ἐφοβήσατο φόβον, *propter imminens bellum, utpote ignavissimus, summo timore perculsus est.* Dicunt etiam, ἅτε δὴ, & οἷα δὴ, eodem sensu.

ἃ cum verbo, pro nomine. XVI. Idem neutrum in dandi casu numeri utriusque, maximeque pluralis, cum opportuno verbo conjunctum, pro substantivo ejusdem significationis, ac verbum illud usurpatur. Demosth. pro Corona. οἷς γὰρ εὐτυχήκεισαν ἐν Λεύκτροις, (de Thebanis loquitur) οὐ μετρίως ἐκέχρηντο· verbatim, *iis quibus felices in Leuctris fuerant*, id est, τοῖς εὐτυχήμασι, *sua illa apud Leuctra felicitate minus moderate usi erant*. Ibid. Ἐν οἷς ἡμάρτανον οἱ ἄλλοι, καὶ κακῶς ἐφρόνουν, αὐτὸς παρεσκευάζετο, pro τοῖς τῶν ἄλλων ἁμαρτήμασι, καὶ τοῖς ἄφροσι λογισμοῖς. *Aliorum peccatis stolidisque consiliis instructior fiebat.*

XVII. Hic articulus apud Atticos, nomen aliquod diverso in genere sequitur, ita ut sensus pendeat, ac necessario phrasis alias in voces resolvi debeat, ut explicari commode possit. Tale est illud Thucydid. ex lib. 2. in oratione Periclis, qua parentes eorum consolatur, qui pro patria occubuerant. Τὸ δ' εὐτυχὲς, inquit, οἳ ἂν τῆς εὐπρεπεστάτης λάχωσιν, ὥσπερ οἵδε μὲν νῦν, τελευτῆς, ὑμεῖς δὲ λύπης, verbatim, *Felicitas autem, qui honestissimum sortiuntur, ut illi nunc, exitum, vos vero dolorem.* Ubi articulus οἳ cum εὐτυχὲς, nullo modo construi potest. Ita ergo sententiam exple, τὸ δὲ εὐτυχὲς τούτοις ἂν παραγγένοιτο, οἳ ἂν, &c. vel, τὸ δ' εὐτυχὲς τότε ἂν γένοιτο, εἴ τινες ἂν τῆς εὐπρ. &c. aut alio simili modo: [40] id est, *Illis autem vere felicitas obvenit, qui honestissimum, vel ut illi, exitum, vel ut vos ipsi, dolorem, sortiantur:* vel, *In eo autem sita felicitas est, si qui*, &c.

XVIII.

40 Ita ad verbum clarissimus Hudsonus ad hunc locum, qui est cap. 44. Ut ingenue dicam, durior illa videtur mihi Ellipsis. Locus difficultate non caret. Ait Pericles, se parentes eorum, qui pro patria occubuerant, non magis deflere, quam consolari. Comploratio nis caussam, subdit in his verbis: Ἐν πολυτρόποις γὰρ ξυμφοραῖς ἐπίστανται τραφέντες. *Nam variis fortunae casibus agitari se sentiunt.* Deinde hanc addit consolationem: Τὸ δ' εὐτυχὲς, &c. Quid, si dicamus, esse μετάθεσιν, & ita verba transponamus: οἳ δὲ, τὸ εὐτυχὲς &c. Et sensus erit: *Variis se fortunae casibus jactari sentiunt, sed qui (quae ipsorum est felicitas) honestissimum, ut illi [mortui sc.] vitae exitum, vel, ut vos, dolorem sortiantur.* Quomodo post εὐτυχὲς nihil aliud, quam verbum ἐστι, subauditur.

41 Di-

XVIII. Ἄττα spiritu aspero saepe Attici, maxime Plato, pro τινὰ usurpant, [41] partim interrogative, partim indefinite. Interrogative quidem, ut Demosthenes, Πῶς, καὶ ἄττα διελέχθη; *quomodo, & Quaenam locutus est?* Indefinite vero, ut Plato secundo de Rep. Εἴ τις ἐρωτώῃ αὐτά, ἄττα ἐστίν. *Si quaesierit quispiam, quaenam ista sint.* ἄττα, pro τινά.

XIX. Ἄττα spiritu leni, aliquando significat *nonnulla, quaedam:* ut ἄλλ' ἄττα, *alia quaedam:* ὀλίγα ἄττα, *pauca quaedam.* Alibi vero, ornatus causa tantum adhibetur: ut πολλὰ ἄττα μάτην διὰ σπουδῆς ἔσχεν, *multa studiose frustra curavit.* Aliquando idem valet, quod particula expletiva, *nam*, apud Latinos; maxime cum πόσα, vel ποῖα· ut ποῖα ἄττα διεπράξατο; *quaenam perfecit?* πόσα ἄττα; *quotnam?* ἄττα, pro τινά. ἄττα, nam.

XX. Eadem vox est ὑποκοριστική, id est, adulantis atque blandientis, qua minor majorem blande appellat: quo sensu a veteribus quoque Romanis usurpata est, authore Festo; ut τέττα amici minores, seniores appellando, dicere soliti erant. [42] ἄττα, blandientis est.

41 Dicitur enim ἄττα quasi ἄτινα. Vid. Harpocrat. Ammon. Suid. & Thom. Mag. in V.

42 Coronidis sit instar id, quod cum Latinis commune est Graecis: nempe Articulum hunc in oratione obliqua in Accusandi Casu poni, more nostratibus inaudito. Ita AEschin. contra Ctesiph. pag. 288. *Ajebat*, εἶναι πολλοὺς ἄλλους τῶν Ἑλλήνων, ΟΥΣ ΒΟΥΛΕΣΘΑΙ &c. Pro, οἳ ἐβούλοντο. *Esse e Graecis alios multos, quos velle.* Pro. *qui volebant.* Et Plato in Phaedr. pag. 272, lin. 41. Τοῦτο δ' εἶναι τὸ εἰκός, ὯΙ ΔΕΙ͂Ν προσέχειν τ' μέλλοντα τέχνῃ ἐρεῖν. *Hoc vero esse verosimile, cui attendere eum oportet, qui arte dicturus est.* Latinis hoc itidem frequens est. Sic Corn. Nep. in Vit. Themistoclis, cap. 7. *Nam illorum urbem, ut propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam jam bis classem regiam fecisse naufragium.* Et alibi. Et Curt. lib. VII. cap. 4. §. 6. *Venturos autem Chorasmios & Dabas, Sacasque & Indos, QUORUM NEMINEM adeo HUMILEM ESSE, ut humeri ejus non possent Macedonis militis verticem aequare.*



Digitized by Google

# C A P U T III.

## *De nomine.*

## S E C T I O I.

### *De nomine in universum: ac primum de substantivo.*

### R E G U L A I.

Casuum, numerorum, generumque mutatio.

NOTANDUM est apud Atticos, maximeque Plat. creberrimas esse casuum † & numerorum † mutationes, imo

43 Sic a Nominativo ad Accusativum temerarius fit transitus apud AElian. V. H. lib. II. cap. II. init. ΣΩΚΡΑ'ΤΗΣ 'ΙΔΩ'Ν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν τριάκοντα τοὺς ἐνδόξους ἀναιρουμένους, καὶ βαρύτατα τοὺς πλουτοῦντας ὑπὸ τῶν τυράννων ἐπιβουλευομένους, 'Αντισθένει φασὶ ΠΕΡΙΤΥΧΟ'ΝΤΑ εἰπεῖν. *Socratem videntem, imperantibus triginta Tyrannis summos viros interfici, & divites gravissimis insidiis a Tyrannis peti, in Antisthenem incidentem dixisse ajunt.* Ubi, Σωκράτης ἰδὼν, pro, Σωκράτην ἰδόντα. Confer Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. II, pag. 39. 'Ο δὲ 'ΑΣΣΥ'ΡΙΟΣ 'Ο Βαβυλῶνά τε "ΕΧΩΝ καὶ τὴν ἄλλην 'Ασσυρίαν, ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱππέας μὲν "ΑΞΕΙΝ οὐ μεῖον δισμυρίων. pro ἄξει, vel τὸν 'Ασσύριον ἄξειν *Assyrius vero, qui Babyloni & reliquae Assyriae imperat, equitum, opinor, non pauciores viginti millibus ducturus est.* Contra ab accusativo ad nominativum transit Homerus Il. B. vs. 350.

Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα ΚΡΟΝΙ'ΩΝΑ.
"Ηματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
'Αργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
'ΑΣΤΡΑ'ΠΤΩΝ ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα ΦΑΙ'ΝΩΝ.

*Ajo enim, Saturnium potentissimum annuisse illo die, quo citas naves conscenderunt Argivi, Trojanis caedem & fata ferentes, fulgurans dextra, fausta signa ostendens.* Ubi ἀστράπτων & φαίνων non bene respondent praemisso accusativo Κρονίωνα. Cujusmodi alia ἀκαταλλήλως posita ibidem refert Eustathius p. 236. Item Apostolus in ep. ad Rom. cap. II, 8. Ubi ait, Deum unicuique dignum factis praemium redditurum, justis quidem (ut plura in brevius contraham;) ζωὴν αἰώνιον· injustis vero θυμὸς καὶ ὀργή. pro θυμὸν καὶ ὀργήν. Similem casuum ἀνακολουθίαν jam olim in Terentio observarunt, in Hecyr. III, 1, 6.

*Nam NOS OMNES, quibus alicunde aliquis objectus est labos,*
*Omne*

Digitized by Google

imo etiam aliquando generum: quae saepissime fallent, nisi caveantur.

*Omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est, lucro est.*

Ubi τὸ *lucro est* non bene convenit cum superiori, *nos omnes*. Cujusmodi ἀκατάλληλα, si nemini alii, saltem conveniunt Comicis aliisque familiarem sermonem hominum, qui non raro, dum loquuntur, aliud que animo occurrit, dicendi genus mutant, imitantibus. Plura hac de re habet Th. Linacer de Emendat. structur. Lat. Serm.

44 Numerorum Enallage non tantum trita est in Atticismo, quando Nomen Plurale Neutrum Singulari Verbo cohaeret, vel in Zeugmate, Latinis etiam cognito; sed & Numerale δύο, etiam cum Dualiter declinatur, Substantivum Plurale post se habet. Ita apud Aristid. pro Quatuorviris, pag. 481. ΔΥΟΙ͂Ν τῆς δικαιοσύνης ΜΕΡΩ͂Ν ὌΝΤΩΝ. *Cum sunt duae justitiae partes.* Et apud Theophrast. in Charactere Adulatoris: ΔΥΟΙ͂Ν σοι ἩΜΕΡΩ͂Ν οὐκ ἐντετύχηκα. *Biduo te non conveni.* Ad Plurale a Singulari transit Homerus Il. A. ubi Jupiter ait

> ὋΝ δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε Θεῶν ἐθέλοιμι νοῆσαι,
> Μήτι σὺ ΤΑΥ͂ΤΑ ἝΚΑΣΤΑ διείρεο.

*Quod* [*consilium*] *ego seorsim a Diis volo meditari, ne tu singula haec perscrutare.* Ubi ταῦτα ἕκαστα non bene convenit cum praecedenti ὃν μῦθον. Latinis talia parciora, quippe qui arctioribus analogiae regulis teneantur. Ita tamen Cicero lib. X. ad Att. *Multas a te accepi LITERAS eodem die, omnes diligenter scriptas. EA vero, quae voluminis instar ERAT, saepe LEGENDA, sicuti facio, in QUA non frustra laborem suscepisti.* Pro, *eae erant legendae, in quibus:* nisi mavis intelligere *epistolam:* nam *litera* in singnum. soli dixere Poëtae. Vide sis Martin Phileticum ad Ciceronis epist. ad fam. quae ordine decima quinta est in edit. Ascensiana CIƆIƆX. Nec obstat, quod lib. XIV. ad Att. ep. 16. dicit: *Herodi autem mandaram, ut mihi κατ' μίτον scriberet: a quo adbuc NULLA LITERA est.* Ubi *litera* elementum verius, quam epistolam notat. Haud absimilis est appositio diversi numeri apud Sil. Ital. lib. XI, vs. 25.

> *Jam vero Eridani TUMIDISSIMUS ACCOLA, CELTAE*
> *INCUBUERE malis Italum.*

Aliud est, quod legere est apud Terent. Eun. I, 2, 88.

> - - - *Porro EUNUCHUM dixti velle te,*
> *Quia solae utuntur HIS reginae.* - - -

Ubi non licuit dicere *utuntur hoc*; sic enim intelligeremus, reginas eodem eunucho uti, quem Phaedria mercatus erat: sed numerus pluralis idoneus est toti generi indicando; confer euang. Matth. cap. XXVII, 44. & Marc. XV, 32. coll. cum euang. Luc. cap. XXIII, 39. Joann. V, 16. & Act. Apost. VII,

VII, 35. coll. cum comm. 27. Et Virg. Ecl. III, vs. 16.

*Quid DOMINI facient, audent cum talia FURES.*

Pro, *Quid dominus tuus AEgon faciet, cum tu fur talia audeas.* Imo praecedente singulari dixit idem lib. AEn. VIII, 427.

*FULMEN erat, toto genitor QUAE PLURIMA coelo*
*Dejicit in terras.* - - -

i e. *Fulmen erat, ex eorum genere, quae* &c. Adde Terent. Heaut. II, 4, 13. Aptissima est haec loquendi ratio, ubi prodest rem amplificare, convenitque iratis, indignantibusque. Ita Hannibal apud Lucianum Dial. Mort. Alexandro sua vitia objiciens ait: Καὶ ἐμιαιφόνει ἐν ΤΟΙ͂Σ ΣΥΜΠΟΣΙ´ΟΙΣ ΤΟΥ`Σ ΦΙ´ΛΟΥΣ. *Et in conviviis amicorum caedibus se inquinavit*, cum tamen de uno Clito hoc constet. Intelligit, eum, qui hoc Clito fecit, aliis etiam, si quando ira & vinum juberet, non parciturum fuisse. Caeterum, quia haec sensum magis, quam verba spectant, non Graecorum propria, sed aliis etiam communis loquendi ratio habenda est, ideoque in hoc commentario proprie locum habere non debent. Liceat tamen ob nobilem hunc enallages usum etiam per Latina exempla paulum excurrere. Sceleris atrocitatem hac enallage augens Simo apud Ter. Andr. V, 4, 7. ait:

- - - *Tune hic HOMINES ADOLESCENTULOS.*
*IMPERITOS rerum, EDUCTOS libere, in fraudem illicis?*

Solum ille Pamphilum intelligit, innuens hujus exemplo Critonis consueta scelera. Similiter AEneae nuptias suggillans Juno ait apud Virg. AEn. lib. X, vs 79. & 81.

*Quid SOCEROS legere, & GREMIIS abducere PACTAS?*
*Tu potes AEneam manibus subducere GRAJUM.*

de solo Latino, sola Lavinia, soloque Diomede. Irarum furore acta Amata sic loquitur lib. VII, AEn. vs. 359.

*EXULIBUS ne datur ducenda Lavinia TEUCRIS?*

de solo AEnea, ubi & indignationis indicium est, ut & lib. XII, vs. 799. Ubi Jupiter Junoni:

*Mortalin' decuit violari vulnere Divum,*
*Aut ensem (quid enim sine te Juturna valeret?)*
*Ereptum reddi TURNO, & vim crescere VICTIS.*

*Victis*, cum praecedat *Turno*; nisi, quod tamen minus arridet, per *victos* intelligere quis malit, *Rutulos*, quorum res Turno vincente vel cadente, starent caderentve. Sed clarius vs. 947. ubi AEneas Turno parciturus, nisi conspectus baltei, quem Pallanti interfecto exuerat ante, nunc ipse gestabat, animum ad misericordiam pronum revocasset, ita loquitur *furiis accensus & ira terribilis*:

- - - *Tune hinc spoliis indute MEORUM*
*Eripiare mihi? PALLAS te hoc vulnere, PALLAS immolat.* - - -

Mu-

Digitized by Google

Musae suae audaciam, post recitatam Junonis apud superos orationem, hoc modo auget Horatius lib. III, od. 3. in fine.

*Non haec jocosae conveniunt lyrae.*
*Quo, Musa, tendis? Desine pervicax,*
*Referre SERMONES DEORUM, &*
*Magna modis tenuare parvis.*

Quis non majorem videt verborum emphasin, quam si dixisset *sermonem Junonis?* Non absimili modo apud Curtium lib. IV, cap. 10. init. milites ob lunae defectum sollicitos, & rerum suarum trepidos, ita querentes audias: *Jam nec flumina posse adiri, nec SIDERA pristinum praestare fulgorem.* Lunam intelligunt, sidera dicunt, quo periculi perspiciatur magnitudo. Sed satis de his multa: confer Virg. lib. Aen. VII, vs. 98. VIII, 379. VI, vs. 616. & Curtium cap. cit.

Generis permutationis exemplum habet Thucyd. lib. I, cap. 59. Τρέπονται ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, ἐφ᾽ ὅπερ καὶ τοπρότερον ἐξεπέμποντο. *In Macedoniam se converterunt, quo antea etiam missi fuerant.* Ubi ἐφ᾽ ὅπερ non bene referri potest ad praecedens Μακεδονίαν, nisi substantivum tacite subaudiatur, puta ἔργον, vel aliquid opportunius; ut sensus sit: Τρέπονται ἐπὶ τὸ ἔργον τὸ ἐν Μακεδονίᾳ, ut explicat Stephanus hunc locum. Atque hujus locutionis ratio ita quidem constare potest, tolliturque omnis ἀταξία. Et sane solent Graeci Articulum Praepositivum Neutri Generis τὸ vel τὰ praemittere Nominibus propriis locorum, mediante Praepositione. Sic Aristoph. in Avib. vs. 1369. Ἐς τἀπὶ (pro τὰ ἐπὶ) Θρᾴκης ἀποπέτου. *Avola ad ea, quae sunt in Thracia.* vel simplicius, *Avola in Thraciam.* Quae verba sic explicantur convenienter structurae Thucydidis: Ἐς Θρᾴκην ἀπόπτευ, ἐφ᾽ ἅπερ vel ἐφ᾽ ὅπερ σε πέμπω. At obscurius est illud Thucydidis lib. II. cap. 47. Ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, ΛΕΓΟ´ΜΕΝΟΝ μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι. *Morbus primum invadere coepit Athenienses, qui quidem antea dicitur multas regiones invasisse.* Ubi λεγόμενον in Neutro, & praecedens νόσος in Foeminino Genere. Scholiastes putat respexisse Auctorem ad vocem νόσημα, & addit simile exemplum ex Homero; quem adi. Atque hoc loquendi genus Thucydidi familiare esse, auctor est Suidas; ita enim ille de Thucydide: Οὗτος ὁ συγγραφεὺς μεταβαίνειν εἴωθεν ἀπὸ τῶν θηλυκῶν εἰς οὐδέτερα. *Hic Historicus a Foeminino ad Neutrum Genus transire solet.* Additque locum modo a me ex lib. I. citatum. Contra ea a neutro ad foemininum transit simili temeritate Lucianus in Dial. Antilochi & Achillis. ΤΟ` ΔΥΣΤΗΝΟΝ ἘΚΕΙ͂ΝΟ ΔΟΞΑ´ΡΙΟΝ προετίμων τοῦ βίου. νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς ἘΚΕΙ´ΝΗ μὲν ἀνωφελής. *Infelicem illam gloriolam vitae praetuli: nunc vero didici, quam illa sit inutilis.* Hic τὸ ἐκείνη diverse

caute ac diligenter attendantur; quasque tyrones facile imi-

verso genere refertur ad δοξάριον. Potuit respicere ad cognatam vocem δόξαν, quae, licet longius, praecedit, in verbis Antilochi.

45 Fit enim non raro, ut in scriptoribus constructiones inveniantur, quae prima fronte Enallagen admittere videntur, cum, re propius inspecta, omnia Analogiam sequuntur. Ita Enallagen Casus agnoscit Sylburgius in his Pausaniae verbis, libro Eliacorum posteriori, pag. 352, lin. 35. Ubi ait, cladem quampiam accidisse δευτέρα Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, ἣν Δάμων Θούριος ἐνίκα τὸ δεύτερον, ΤΑΥ'ΤΗΣ ἔτει δευτέρῳ ΤΗ͂Σ ὈΛΥΜΠΙΆΔΟΣ. i. e. *Olympiadis centesimae secundae anno secundo, cum Damon Thurius secundum victor extitit.* In quibus primo adspectu τὸ, ταύτης τῆς Ὀλυμπιάδος non bene convenire videtur τῷ, δευτέρᾳ Ὀλυμπιάδι. Res autem sic se habet: Pausanias rem, cujus mentionem facit, ait accidisse Olymp. CII. deinde ubi addidit, quis victor fuerit, quasi per oblivionem annum omisisset, repetens ait, factum fuisse ἔτει δευτέρῳ ταύτης τῆς Ὀλυμπιάδος. Qualia plurima cum in lectione Auctorum occurrant, plurimorum hoc instar sit. Caeterum δευτέρα ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν elegantius quam δευτέρα καὶ ἑκατοστῇ. Vide infra ad Sect. 2. Reg. 13. Neque etiam enallagis adnumeravero, cum nomen ad praecedens aliud nomen per appositionem relatum, diverso casu effertur, si verbum additum utrique casui jungitur. V. G. Dicitur λαλεῖν πρός τινα & λαλεῖν τινι, quae duo conjungit Lucas in Euang. cap. I, com. 55. Καθὼς ἘΛΆΛΗΣΕ ΠΡῸΣ ΤΟΥ`Σ ΠΑΤΈΡΑΣ ἡμῶν, ΤΩ͂ι Ἀβραὰμ καὶ ΤΩ͂ι ΣΠΈΡΜΑΤΙ αὐτοῦ. *Sicut locutus est patribus nostris, Abrahamo & ipsius semini.* Ubi τὸ, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι non bene consentit τῷ, πρὸς τοὺς πατέρας.

Est & alia ἀνακολουθίας species, cum claudicat sensus, nec eodem, quo coepta est, pede continuata hiat oratio. Talis est illa AEliani, lib. IX. V. H. cap. 24. Ubi sic incipit: Σμινδυρίδης ὁ Συβαρίτης ἐς τοσοῦτον τρυφῆς ἐξώκειλε. *Smindyrides Sybarita eo luxuriae est prolapsus.* Deinde cum Analogice post τοσοῦτον sequi deberet, ὡς, ὥστε, ὅσον, vel simile quid, omnino mutat sententiam, ita pergens: Καὶ γὰρ τοι Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾶν, καὶ τῷ βίῳ διαῤῥεῖν. Ὁ δὲ Σμινδυρίδης καὶ πλέον. *Etenim omnes Sybaritae deliciis & vitae dissolutae dediti sunt, sed Smindyrides adbuc amplius.* Alia hujusce generis ἀνακόλουθα omitto, tum quia vix cuiquam sunt imitanda, tum quia praeter plurima, quae ἀνακολουθίας falso sunt suspecta, ut jam uno alterove exemplo planum feci.

imitari non oportebit. Demosth. pro Cor. eum dixisset, Λέγεις ἃ δεῖ προσεῖναι τῷ δημοτικῷ, ὥσπερ ἀνδριάντα ἐκδεδωκὼς κατὰ συγγραφήν· id est, *Ea commemoras, quae in homine populari esse debeant, perinde ut si statuam aliquam elaborandam ex syngrapha locasses:* addit, ἢ λόγῳ τοὺς δημοτικοὺς, ἀλλ' οὐ τοῖς πράγμασι γινωσκομένους, in accusativo, cum praecedentia in nominat. dixisset [46]: id est, *aut quasi populares homines, verbis, non rebus ipsis agnoscerentur:* ὥσπερ enim cum accusat. construi potest.

**Substantivum in fine.**

II. Substantiva membrum eleganter aut periodum terminant, praemisso adjectivo, & verbo interposito: ut, τῆς κατὰ τὴν Ἑλλάδα κυριολεξίας μετὰ πάσης ἔχεσθαι τῆς φιλοπονίας, *omni studio Graecae dictionis proprietatem sectari:* sic, πάσαις δεξιώσασθαι ταῖς φιλοφροσύναις, *omnibus humanitatis officiis colere.* [47]

III.

cimus, caetera perpauca, ex imprudentia potius excidisse, quam ornatus gratia orationi inserta videntur. Et sane quod in nobis, qui hanc linguam non vernaculam habemus, sed taedioso labore ejusdem cognitionem comparare debemus, ferula dignum vitium clamarent, id in antiquis scriptoribus elegantiae tribuunt Grammatici.

46 Non mirum; nam prius participium refertur ad personam immediate praecedentem, sed posterius ad diversam ab hac. Estque eadem ratio particulae ὥσπερ, quae est particulae ὡς. Vide omnino, quae dicemus ad Cap. VI, Sect. I, Reg. I. ubi patebit, Demosttheni ex recepta apud optimos scriptores & praesertim Atticos, consuetudine non licuisse utrumque Participium per Nominandi vel Accusandi casum efferre. Differentia hoc modo constituatur. *Fratrem persequitur, quasi ab ipso injuria adfectus.* Καταδιώκει τὸν ἀδελφὸν, ὥσπερ vel ὡς ἨΔΙΚΗΜΕ΄ΝΟΣ ὑπ' αὐτοῦ. At, *Fratrem persequitur, quasi ipsum injuria adfecisset.* Καταδιώκει τὸν ἀδελφὸν, ὥσπερ ἨΔΙΚΗΚΟ΄ΤΑ αὐτόν. Ubi ἠδικημένος in Nominativo convenienter casui, qui latet in Verbo καταδιώκει & ἠδικηκότα in Accusativo, non quia ἀδελφὸν in eo Casu ponitur, sed quia ὥσπερ post se Accusativum habet diversae personae Ut est apud AEschin. contra Ctesiph. pag. 201, lin. 34. Οὐδὲ γὰρ Φιλάμμωνα φήσει τὸν πύκτην Ὀλυμπιάσι στεφανωθῆναι, νικήσαντα Γλαῦκον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον πύκτην, ἀλλὰ τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀγωνιστάς. ὩΣΠΕΡ ἩΜΑ͂Σ ἈΓΝΟΟΥ͂ΝΤΑΣ, ὅτι τοῖς μὲν &c. *Negabit enim Philamonem pugilem in ludis Olympicis coronatum fuisse, cum Glaucum, veterem illum pugilem vicisset, quasi nos ignoraremus, pugilibus* &c. Si jam dixisset: *Quasi ipse ignoraret*, posuisset in Nominativo, ὥσπερ ἀγνοῶν αὐτός.

47 Fit hoc etiam, adjectivo

Substantiva quae subaudiuntur. ὁδός.

III. Substantiva quaedam, ac praesertim ὁδὸς, *via*, γραμμὴ, *linea*, μερὶς, *pars*, vel *portio*, μέρος, idem, eleganter subaudiuntur. Ut εὐθείας ἐκτραπῆναι, vel ἐξεστηκέναι, vel διαμαρτεῖν, subauditur ὁδοῦ, *a recta via aberrasse*: sic, τὴν ἐπὶ παιδευμάτων ἰέναι, supple ὁδὸν, *rectam ad eruditionem viam insistere*. Quod etiam uno verbo εὐθυωρεῖν, vel εὐθυπορεῖν dicitur. Sic apud eos creberrimum est, ἐναντίαν ἰέναι, vel ὑπ' ἐναντίας φέρεσθαι, subintellecto substantivo μερὶς, vel ὁδὸς, id est, *contraria via ferri*: ἄγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ, id est, *ad mortem rapi*.

δίκη.

IV. Subauditur etiam δίκη, in rebus forensibus, ut δι' εὐθείας, vel κατ' εὐθεῖαν ἀνταγωνίζεσθαι, *candide, sincere, cum adversario, & quasi recto pede contendere*; [48] quod etiam dicitur εὐθυδικίᾳ χρῆσθαι, vel εὐθυδικεῖν. Sic κρίνεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ, subint. δίκην ἤσαν, id est, *capitis causam dicere*.

ἡμέρα.

V. Subauditur etiam ἡμέρα, *dies*: nam τῇ προτεραίᾳ, id est, *pridie*, quod Plutarchus in Theseo dixit, Μιᾷ πρότερον ἡμέρᾳ, cum gignendi casu, τῶν Θησείων, id est, *Pridie festi in Thesei honorem instituti*: & τῇ ὑστεραίᾳ, id est, *postridie*, cum gignendi etiam casu, quod forte dici non possit μιᾷ ὕστερον ἡμέρᾳ [49].

Substantiva quaedam per ellipsin

[Exemplis reg. hisce subjectis adde, si lubet, sequentia, quae frequenter etiam per ellipsin subintelliguntur: qualia sunt, ἀπόφθεγμα, γωνία, γνώμη, διάστημα, δόμος vel οἶκος, ἐνδύματα vel ἱμάτια, εἷς, ἑορτάσιμοι ἡμέραι, ἡλικία, μοῖρα, ὄντες, ὄρα,

non praecedente. Arrian. de Exp. Al. lib. I. cap. 18. in fine. Γνοὺς, ὅτι ὁμοῦ τοῖς αἰτίοις καὶ οὐ ξὺν δίκῃ τινὰς, τοὺς μὲν κατ' ἔχθραν, τοὺς δὲ καθ' ἁρπαγὴν χρημάτων, ἀποκτενεῖ, ξυγχωρηθὲν αὐτῷ, ὁ δῆμος. *Animadvertens, populum, potestate sibi facta, una cum sontibus etiam quosdam immerito, partim odio, partim spe praedae, interempturum*. In quibus verbis observa obiter, participium ξυγχωρηθὲν impersonaliter usurpari. Vide infra ad Cap. VI. Sect. I. §. 5.

48 Supplet ellipsin ex veteri poëta Suidas in v. Ἰθεῖα.

- - - Οὐ γὰρ ἀφαυρῶς

Ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα δίκης.

*Non leviter enim novit ex Jove lances rectae justitiae.*

49 Non dubito; nam, quemadmodum dicunt, δευτέρῳ ἔτει τούτων, *Secundo post baec anno*: τρίτῃ ἡμέρᾳ αὐτοῦ ἥκοντος, *Tertio die, postquam venerat*: ut ostendam ad Sect. 2. r. 16. cur eadem plane syntaxi non liceret dicere μιᾷ ἡμέρᾳ ὕστερον τούτων? cum genitivus non ab ὕστερον, sed ab adjectivo numerali regatur. Locus Plutarchi non ita longe est ab initio, cui adde, si vis, Herodotum in Urania, cap. 27.



ized by Google

ἀγα, πράγματα vel ὄντα, συγγράμματα, τέχνη, τιμωρία, τρίχες, ὕδωρ, ὕπνος, ὑπόνοια vel ὑπόληψις, χείρ, χρόνος.[50]

Τὸ τοῦ Σόλωνος, sc. ἀπόφθεγμα; *Solonis dictum.*[51]

Πρὸς ὀρθὴν, sc. γωνίαν, *ad rectum angulum.*

Τὴν ἐμὴν συνῆκας, supple γνώμην, *meam intellexisti sententiam.*

Διὰ τοσούτου, sc. διαστήματος, *tanto intervallo.* Vid. cap. 9. sect. 2. reg. 6.

Εἰς ᾅδου, suppl. δόμον vel οἶκον, *ad inferos*[52]

Οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, scil. ἱμάτια vel ἐνδύματα, *qui mollia vestimenta gestant.* Matth. 11: 8.[53]

Ὁ Πλάτων ἦν τῶν σοφῶν, sc. εἷς.[54] *Plato erat sapientum unus.*

Ἐν ταῖς Διονυσίοις, sc. ἑορτασίμοις, *in Bacchi festis diebus.* Demosthen. orat. de pace. vid. cap. 9. sect. 3. r. 6.

Τὴν ἀρετὴν ἐκ νέας ἄσκει, sc. ἡλικίας. *virtutem a pueritia exerce.* Synes.[55]

subaudita. Ἀπόφθεγμα. Γωνία. Γνώμη. Διάστημα. Δόμος vel οἶκος. ἐνδύματα vel ἱμάτια. εἷς. ἑορτάσιμοι ἡμέραι. ἡλικία.

50 Quae addere his operae pretium visum est, suis quaeque locis, ne ordo turbetur, addidi, nec ea tamen multa, quia de his peculiarem aureum libellum conscripsit L. Bos, qui consulendus.

51 Huc refer id, quod diximus ad cap. I. R. 17.

52 Nec tantum hoc modo ἐλλειπτικῶς, ἐν cum genitivo construitur nominis proprii vel appellativi, sed etiam articuli. Ita Herodot. lib. I. cap. 133. Ὁ στέγαρχος, ΕΝ ΤΟΥ ἂν ἐόντες βουλεύονται. *Dominus illius domus, in cujus aedibus consultaverint.*

Δρόμον intelligit L. Bos in phrasi, τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς. & plenam locutionem probat ex Aristoph. Vesp. vs. 375. Ellipticam invenies apud Aristidem pro Quatuorviris, pag. 430. Καὶ ταῦτα τὸν περὶ τῆς ψυχῆς τρέχων. In quo tamen loco, ut & plerisque aliis accusativi κίνδυνον mihi potior ellipsis videtur: atque ita nostro idiomati haec Graeca locutio optime quadrat; nam ut Graeci dicunt τρέχειν κίνδυνον, eodem modo nos, **Gevaar loopen.** Nec dedignantur Galli dicere: *Courir danger.* Supplet ellipsin Dionysius Hal. in Isocrate pag. 98. in fine. ΤΟ͂Ν περὶ ψυχῆς ΤΡΕ͂ΧΟΝΤΙ ΚΙ͂ΝΔΥΝΟΝ ἐν δικασταῖς τὰ κομψὰ καὶ θεατρικὰ καὶ μειρακιώδη ταῦτα οὐκ οἶδα, ἥντινα δύναιτο ἂν προσφέρειν ὠφέλειαν. *Capitis caussam in judicio dicenti, sive, capite apud judices periclitanti nescio quomodo venusta ista & theatrica & juvenilia possint aliquid utilitatis adferre.*

53 At ibi ἱμάτια praecedit eodem versu: atque adeo otiosa praecedentis Nominis est repetitio.

54 Vel τίς. Vide, quae notabimus ad Sect. 2, R. 4. & 11, R. 11.

55 Μάχη subauditur apud Pauf.



Digitized by Google

μοῖρα. Ἐσύλησε τὴν Κελτικῆς τὴν πρὸς τὰς ἀνατολάς, *spoliavit Galliae partem, quae spectat ad ortum.*

ὄντες. Οἱ ἐν τῷ τέλει, suppl. ὄντες· τελέσι ἐν τῇ ἀρχῇ. vid. infra Sect. II. §. 2. [56]

ὥρα. Lysias pro Erat. Ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς πεύσεται. *Vide sis, cave sis, ne quisquam haec audiat:* ἔλλειψις Attica: deest enim ὅρα. vid. cap. 7. sect. 10. reg. 6.

πράγματα vel ὄντα. Τὰ τῶν φίλων κοινά. *Amicorum omnia communia:* sc. πράγματα vel ὄντα. [57]

συγγράμματα. Τὰ τοῦ Ἡροδότου. sc. συγγράμματα. *Herodoti scripta.*

τέχνη. Γραμματικὴν ἔμαθε, supple τέχνην.

τιμωρία. Ἀξίαν ἀποτίνειν. sc. τιμωρίαν. *Dignam poenam solvere.*

τράπεζα. Ἀπὸ τῆς αὐτῆς σιτεῖσθαι. *Ejusdem mensae cibis uti*, supple τραπέζης.

τρίχες.
Τέκνα, πόνοι· πήρωσις, ἄπαις βίος· αἱ νεότητες,
Ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.

Epigr. graec. lib. 1. cap. 13.

ὕδωρ. Ποτήριον ψυχροῦ, scil. ὕδατος. *poculum frigidae, sc. aquae.* Mat. 10. 42.

ὕπνος. Lucian. in Dialog. *Cyclop. & Neptuni.* Ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης ὦ τέκνον. *Ut alte dormivisti fili.* sub. ὕπνον.

ὑπόνοια vel ὑπόληψις. Μυρίους ἄλλους διὰ κενῆς ἀνεπλάττομεν ἡμῖν φόβους. *Infinitos alios metus nobis ipsis temere fingebamus.* Dionys. Halicarnass. lib. 6.

Paus. in Atticis, Πρὸ τῆς ἐν Λεύκτροις. *Ante pugnam Leuctricam.* Μέρος subauditur in illo Platonis Τὸ πολὺ τῆς Ῥητορικῆς. *Praecipua pars Rhetorices.* Vide, quae notabimus ad finem Sect. 5. Similiter apud Arrian. de Exp. Al. lib. 3. cap 7. Τῆς σελήνης τὸ πολὺ ἐκλιπὲς ἐγένετο. *Luna maximam partem defecit.* Nomen μέρος additur eodem libro, cap. 24. Ἐπελθὼν δὲ τὸ πολὺ μέρος τῆς χώρας τῶν Μάρδων. *Cum maximam partem Mardorum regionis invasisset.* Idem nomen, praeterquam quod in multis adjectivis & quibusdam verbis reticetur, quorum magna turba apud L. Bos, desideratur etiam in pronomine τοῦτο· ut in illo Platonis in Gorg. p. 493. Τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσίν. *Animae pars haec, in qua cupiditates sunt.*

56 Eodem modo, οἱ ἐν ταῖς αἰτίαις vid. infra ad Cap. IX. Sect. 3. §. 12.

57 Ut apud Latinos vox *Casus* fere omittitur, ita apud Grammaticos Graecos πτῶσις subaudiri solet. Ita v. g. Scholiastes Aristophanis in Plut. ad vs. 93. Ἰστέον, ὅτι ἡ διὰ πρόθεσις οὐ μόνον γενικῇ συντάσσεται, ὅταν δηλοῖ ἐνέργειαν, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ. *Sciendum est, praepositionem διὰ non solum cum genitivo construi, quando effectionem significat, sed etiam cum accusativo.*

6. ubi subaudiri videtur ὑπονοίας vel ὑπολήψεως, vel al. simile, quod *suspicionem* significet. vid. c. 9. sect. 2. reg. 3.

*Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει, τῇ δ' ἑτέρᾳ ἦ τὸ πῦρ.* χείρ.

*Una manu aquam, altera ignem ferebat.*

Marc. 9. 15. ἐφ' ὅσον. sc. χρόνον. [58] χρόνος.

Item apud Latinos substantiva saepe per ellipsin istam subaudiuntur: ut

*Aqua* deest in his formulis, *calida* lavari: *frigidam* bibere. Aqua.

*Ars* vel *scientia* vel *facultas* in *Grammatica*, *Rhetorica*, *Musica*, ut Graecis *τέχνη ars*, *δύναμις facultas*, vel simile. Ars.

*Arvum* in *Novale*. Arvum.

*Caro* in *agnina*, *bubula*, &c. Caro.

*Dies* in *prima* & *novissima*. Ovid. 1. Fast. Dies.

*Bruma novi prima est, veterisque novissima solis.*

Sic Graeci τῇ προτεραίᾳ, τῇ ὑστεραίᾳ, sive τῇ ἐπιούσῃ.

*Febris* in *tertiana*, *quartana*, *quotidiana*. Febris.

*Festa* in *Agonalia*, *Saturnalia*, *Terminalia*, & similibus. Festa.

*Finis* in *hactenus*, *quatenus*, nam integre fit, *hac fine tenus*. Finis.

*Frater* in *Germanus*. Frater.

*Homo* in *adolescens*, *amicus*, *familiaris*, &c. Homo.

*Manus* in *dextra*, *sinistra*. Manus.

*Nummus* in *quinarius*, *denarius*. Nummus.

*Ventus* in *Favonius*, *subsolanus*, *Africus*. Sic Graecis ἐτησίαι, quasi dicas *anniversarii*, puta ἄνεμοι. *venti*, *flatus*. Ventus.

*Verba* in istis, *paucis* te volo, quid opus est *multis*? *Homeri illud*, ut Graecis Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο, nempe ἔπος *verbum*. Verba.

*Vestes* in *Sericae*, *Coae*, *Bombycinae*. Vestes.

*Vinum* in *mustum*, *merum*, *Falernum*, *Massicum*. Cl. Vossius plura enumerat, sed haec usitatiora. Vinum.

Ἥμερος *mansuetus*. ἡμέρα non est vocabulum per se, sed subauditur, inquit Eustathius, φάσις vel κατάστασις τοῦ ἀέρος. *illuminatio mitis*, *aut placida aëris constitutio*. Dies ἡμέροις ζώοις *mansuetis animalibus*, h. e. *hominibus*, *nox feris opportunior*. [59] Ab eodem argumento Latini dicunt *mane* & *immanis*. ἡμέρα.

58 Addit χρόνον Paulus ep. ad Gal. cap. 4.

59 Aliam etymi rationem monstrat Socrates apud Platonem in Cratyl. pag. 418. Ubi docet, antiquos non ἡμέραν, sed ἱμέραν dixisse; & paulo post addit, inde dictum esse, ὅτι ἀσμένοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἱμείρουσιν ἐκ τοῦ σκότους τὸ φῶς ἐγίγνετο. *Quod desiderantibus hominibus e tenebris lux sit exorta.* Derivatur igitur ex ejusdem sententia ἐκ τοῦ ἱμείρειν. Quia lux est desiderabilis.



Digitized by Google

*nis*. Varro lib. 5. ling. Lat. *mane*, quod tum *manat dies ab oriente:* nisi potius, quod *bonum* dicebant antiqui *manum*. Ad cujusmodi religionem Graeci quoque cum *lumen adfertur*, solent dicere φῶς ἀγαθόν.

Ἐπειδὴ ἦν πρὸς ἡμέραν, *quum luceret*.

——— ἑσπέραν, *quum advesperasceret*.]

ὁδός. φωνή. λέξις. VI. Satis dici non potest, quodnam substantivum intelligatur in hoc Plutarchi exemplo, in Fabii Maximi vita. Τὴν ἧτταν ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος ἀπ' εὐθείας οὐκ ἔφρασεν, id est. *Acceptam cladem nuncius, uti res erat, aperte ingenueque non retulit*. videtur tamen subintelligi ὁδοῦ, ut tota phrasis sit metaphorica; vel φωνῆς, λέξεως, διηγήσεως.[60]

οὐδετέρᾳ ληπτός. VII. In dandi casu singulari οὐδετέρᾳ, id est, *neutra*, subauditur etiam aliquid, ut χειρὶ, μερίδι,[61] aut aliud simile, cum verbali ληπτὸς, *capiendus:* est enim ἄνθρωπος οὐδετέρᾳ ληπτὸς, *homo tam solers ac providus, ut neutra parte*, aut potius *nulla*, vel (quod melius) *nulla ratione capi possit*. Themistius or. 10. Καίτοιγε προήγορον εἶχον οὐδετέρᾳ ληπτόν· *Tametsi patronum habebant, qui nullo modo capi posset*, id est, *omni ex parte tutum, ac tectum*. Huic aliquatenus opponitur θατέρᾳ ληπτὸς, id est, *altera ex parte captu facilis*. Eusebius Demonstrat. l. 4. c. 9. de daemone loquens. Δεινὰ δὲ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπειλήσας θατέρᾳ ληπτοὺς τοῖς προβολίοις ἀνθρώπους εὕρατο. id est, *At gentibus omnibus gravia minatus cum esset, alia ratione suis ipse venabulis captu faciles homines reperit*. Intelligit autem voluptatis illecebram, de qua ibid.

**Neutra defective posita.** VIII. Nomina quaedam neutra multitudinis numero, fere ἐπιρρηματικῶς usurpantur; ac potissimum cum sequentibus verbis junguntur, ἑορτάζειν, *festum celebrare*, πανηγυρίζειν, *conventu publico aliquid celebrare*, & θύειν, *sacrificare*. Hujusmodi sunt,

60 Vel ψυχῆς, γνώμης, διανοίας. Vide Cl. L. Bos, Ellips. in v. ψυχή. Pro defectu genitivi ὁδοῦ facit Terentii locus (si modo Graeca ex Latinis illustrare licet) in Heaut. IV, 2, 28. *Imo ut RECTA VIA rem narret ordine omnem*. Pro eodem dicitur ἀπὸ τοῦ εὐθέος. Thucyd. lib. III, cap. 43. Καθέστηκε δὲ τἀγαθὰ ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα, μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν. *Ita humana se habent, ut bonae sententiae, cum directe & aperte dicuntur, nihilo minus sint suspectae, quam malae*. Proximum est subaudire θυμοῦ. Confer, quae dicam ad Cap. IX, sect. 1, reg. 16.

61 Eandem ellipsin notat, & eodem exemplo confirmat L. Bos in v. χείρ.

62 Cum

sunt, τὰ σωτήρια, id est, *ea quae pro salute recuperanda, vel recuperata fiunt:* τὰ χαριστήρια, *quae in gratiarum actionem:* τὰ μειλίχια, & τὰ ἱλαστήρια, *quae valent ad placandum & conciliandum numen:* τὰ διαβατήρια, *ad*, vel *ob felicem transitum:* τὰ ἐπινίκια, *ob victoriam:* τὰ εἰσιτήρια θύειν, *ob felicem, Athenis, ingressum in ordinem senatorium, sacrificium persolvere:* τὰ εὐαγγέλια, *quae ob felicem nuncium:* τὰ γενέθλια, *quae in natalis diei memoriam:* τὰ γαμήλια, *quae ob laetiorem nuptiarum diem:* τὰ καθιδρύσια, *ob sedem aliquam primum ac feliciter occupatam:* τὰ ἐτήσια, *anniversaria:* τὰ κουρεῶτις, *quae in ejus diei memoriam, quo inter juvenes olim Athenienses pueri censebantur.* Quae postrema quinque conjungit B. Gregorius Nazianz. orationis 4. initio. Dicunt ergo εὐαγγέλια θύειν, id est, *victimam ob laetum nuncium immolare:* τὰ σωτήρια πανηγυρίζειν, *recuperatam, aut conservatam salutem, publica solennique laetitia celebrare*, &c. similiter.

IX. Genitivus etiam interdum apud Atticos, praecipueque Demosthenem & Xenophontem, cum verbo activo conjungitur accusativi loco. [62] Demosthenes 1. Olynth. Λαμβάνειν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ. *Aliquid ex regionis fructibus decerpere.* Xenoph. in Oratione de Agesilao: Τῶν κατὰ κράτος ἀναλώτων τειχέων τῇ φιλανθρωπίᾳ ὑπὸ χεῖρας ἐποιεῖτο, pro τὰ τῶν τειχέων ἀνάλωτα· quod affine est gallico idiotismo, *il prenoit des villes par sa courtoisie:* nam particula *des*, genitivi nota est. Idem: καὶ καταδύειν οὐκ εἴα στρογγύλων πλοίων; *il ne permettoit pas qu'on enfonçast des navires rondes.* Idem, Ἐς δὲ τῶν μειζόνων ἐμβαίνειν, ait, pro εἰς τὰ μείζονα. *Monter en des grands vaisseaux.* Idem lib. 3. hist. Οἱ δὲ ἔπεμψαν τῶν ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἱππευσάντων. id est, *Illi autem miserunt ex iis, qui sub triginta viris equites fuerant.* Demosth. 2. Olynth. Μὴ μόνον πόλεων καὶ τόπων φαίνεσθαι προϊεμένους. *Non tantum urbes & loca illa palam negligere, ac perdere.* [63]

Genit. cum verbo acti-vo.

SE-

62 Cum scilicet non tota res, sed ejusdem pars intelligitur, ut ex subjectis exemplis patet.

63 Quae de Substantivis in genere, deque ejus Casibus, observanda putavi, quibusque in superioribus locus satis commodus dari non potuit, ad hujus Capitis calcem adjicere visum est. Ac primo quidem nota de Nomine Substantivo, quando conjungitur cum Nomine Possessivo a Proprio derivato, Possessivum illud per Nomen Proprium, Substantivum autem in Adjectivum cognatum verti debere, Poëtice. Est praecipuus hujus idiomatis usus, ubi de persona eximiae dignitatis sermo est. e. g.

e. g. Hom. in Boeot. vſ. 173.

Υἷεες, υἱωνοί τε ΒΙ'ΗΣ 'ΗΡΑΚΛΗΕΙ'ΗΣ.

*Filii & nepotes roboris Herculei.* Pro Ἡρακλῆος βιαίου, *Herculis robuſti.* Eodem modo vſ. 165.

Ὃν τέκετ' Ἀστυόχεια ΒΙ'Ηι 'ΗΡΑΚΛΗΕΙ'Ηι.

*Quem peperit Aſtyochia robori Herculeo*, pro, *Herculi robuſto.* Imitatus eſt Horat. lib. 1. od. 3.

*Perrupit Acheronta HERCULEUS LABOR.*

Pro Adjectivo illo, quod mutua permutatione pro Subſtantivo Nominis Proprii ponebatur, non raro ipſum Nomen in Generandi Caſu ponitur, & cum Subſtantivo regente ſignificat ipſum illum, qui per ſecundum Caſum exprimitur. Ita modo citatus Homerus in lib. Γ. Iliad. vſ. 105, ait:

Ἄξετε δὲ ΠΡΙΑ'ΜΟΙΟ ΒΙ'ΗΝ.

*Adducite vero Priamum.* Ubi *Priami vis* pro ipſo Priamo. Eadem ſignificatione vox μένος uſurpatur eidem lib. Od. Θ. init.

Ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆς ἱερὸν ΜΕ'ΝΟΣ 'ΑΛΚΙΝΟ'ΟΙΟ.

*Surrexit e lecto praeſtantiſſimus Alcinous.* Et cognata vox ἲς lib. Π. in fine.

Ὣς φάτο· μείδησεν δ' ἱερὴ "ΙΣ ΤΗΛΕΜΑ'ΧΟΙΟ.

*Sic dixit, & riſit praeſtantiſſimus Telemachus.* Vel Genitivus ille eſt Nominis Appellativi, ut in illo Heſiodi, in Scut. Herc. vſ. 144.

Ἐν μέσσῳ δὲ ΔΡΑ'ΚΟΝΤΟΣ ἔην ΦΟ'ΒΟΣ.

*In medio vero draconis erat terror.* i. e. *draco terribilis.* Nec deſtituuntur hac elegantia Latini. Ita Maro lib. XII, AEn. vſ. 199.

- - - *Terram, mare, ſidera, juro,*
*Latonaeque genus duplex, Janumque bifrontem,*
*VIMque DEUM infernam.* - - -

Hinc ſunt, qui haec verba apud Virg. AEn. IV, vſ. 132.

*Maſſylique ruunt equites & odora CANUM VIS,*

ita interpretantur, ut, *canum vis*, idem ſit, quod *ipſi canes*: quamvis Servius explicet, *multitudo.* Certe *multitudo* ſive *copia* intelligitur in rebus inanimis certius, ut in illo Horatii lib. IV, od. 11.

- - - *Eſt in horto,*
*Pſylli, nectendis apium coronis,*
*Eſt HEDERAE VIS.*

Huc refero illud Salluſtii, B. C. cap. 49. *Quia in tali tempore tanta VIS HOMINIS magis leniunda quam exagitanda videbatur.* Invenitur & per adpoſitionem apud Horat. Epod. od. 6.

*Nam qualis aut Moloſſus aut fulvus Lacon,*
*AMICA VIS paſtoribus &c.*

Clarius exemplum habet Phaedrus, lib. 1. Fab. 13.

*Tum demum ingemuit CORVI deceptus STUPOR.*

Pro, *corvus ſtupidus.* Eſt & ubi Graeci per Adpoſitionem efferunt, ut: ΛΑΙ'Σ, 'Η μεγάλα ΚΛΕ'ΟΣ. *Lais; fama magna.* Strattis apud Athen. lib. XIII, pag. 589. pro *famoſiſſima.*

Huc refer & Subſtantiva pro Adjectivis poſita. Sic, ὦ φιλότης, pro, ὦ φίλε, apud Platonem

Digitized by Google

tonem in Phaedr. pag. 228. & Ariſtid. pro IVviris, pag. 434. Εἶεν, ὦ φιλότης Eſto, amice. Similiter Herodot. Clio, cap. 32. Πᾶς ἐστιν ἄνθρωπος συμφορή. *Omnis homo eſt calamitas*: pro, *calamitoſus*. Nec abſimile eſt Latinum illud, *ſcelus*, pro, *ſceleſto*. Eſtque haec locutio inter Latinos, ſi cui alii, Praedro utique familiariſſima. Sic lib. 1, Fab. 3.

*Nec hanc repulſam tua ſentiret CALAMITAS.*

Et Fab. 4. *Decepta AVIDITAS demiſit cibum.* Fab. 5.

*Sic totam praedam ſola IMPROBITAS abſtulit.*

Pro, *improbo leone*. Et paſſim apud eundem. Nec tamen ubique hunc idiotiſmum adſequuntur Latini; perperam enim verba haec Graeca, Ἀνάγκη δυοῖν θάτερον, verteres: *Neceſſitas duorum alterum*. pro, *Alterutrum neceſſe eſt*.

Deinde, Nomina Propria urbium, aliorumque locorum, ſi ſunt compoſita ex duobus declinabilibus, Graeci disjungere ſaepiſſime ſolent. Sic pro Μεγαλόπολις, dixere Μεγάλη πόλις. Ἡλίου πόλις. *Heliopolis*. Κοίλη Συρία. *Coeleſyria*. Κυνὸς κεφαλαί. *Cynocephalae*. Imo disjuncta illa Nomina aliquando transpoſitionem patiuntur, & vocula interponitur. Sic Συρία ἡ Κοίλη. apud Arrian. Exp. Al. lib. II, cap. 13. ſimiliter Zoſim. lib. I, cap. 4. Ἐπὶ τὴν μέσην διέβη τῶν ποταμῶν. pro, ἐπὶ τὴν Μεσοποταμίαν. *Tranſiit in Meſopotamiam*. At non item hoc fit in Gentilibus inde derivatis, ut, Ἀρεοπαγίτης, Μεγαλοπολίτης.

De Caſibus, praeter Enallagen initio hujus Capitis obſervatam, ſequentia notentur. Et primo quidem Nominativus abſolute ponitur, ubi tamen ſequens vocabulum alium caſum exigit, quem tunc pronominum aliquod, relatum ad praecedens Subſtantivum, adſumit. Exempla rara, nec ubivis obvia. Vide apud Philoſtr. de vita Apollonii Tyanenſis, lib. IV, cap. 28. ubi agit de Milonis ſtatua; Ῥόαν δὲ, inquit, ξυνέχει τῇ ἀριστερᾷ, Ἡ δὲ ΔΕΞΙΑ, ὀρθοὶ τῆς χειρὸς ΕΚΕΙΝΗΣ οἱ δάκτυλοι. *Malum Punicum ſiniſtra tenet: dextrae vero digiti ſunt recti*. Pro, τῆς δεξιᾶς δὲ οἱ δάκτυλοι. In quotidianis ſermonibus non raro ſic loquuntur noſtrates: Maar zyn regterhand / daer van waren de vingers regt. Adde Apocalypſ. Joann. cap. 2, 26. Καὶ Ὁ ΝΙΚΩΝ, καὶ Ὁ ΤΗΡΩΝ ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, δώσω ΑΥΤΩι ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν. *Qui vincit & ſervat uſque ad finem opera mea, dabo ei poteſtatem in gentes*. Pro τῷ νικῶντι καὶ τῷ τηροῦντι, abſente αὐτῷ, vel etiam praeſente, ut loquitur Idem ibid. com. 7. Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν &c. Adde Daniel. cap. I, 17. Confer etiam geminum locum Exod. XXXII. init. & Act. Apoſt. c. VII, 40. Qui autem vere Atticum leporem & priſcam Graecorum elegantiam amant, ita non locuti ſunt: ut nec inter Graecorum ele-

elegantias recensere velim nominativum ita absolute positum, ut sensus omnino pendeat. Fit hoc a recentioribus in temporum designatione. Ita in Euang. Lucae cap. IX; com. 28. Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἩΜΕΡΑΙ ὀκτὼ, καὶ &c. *Factum est post hanc orationem habitam, exactis fere octo diebus, ut &c.*

Secundo, Genitivo casu Nomen Appellativum ad praecedens (non Substantivum, sed) Adjectivum per Adpositionem refertur. Ita Arrian. Exp. Al. lib. II, cap. 15. Εὐθυκλέα, Λακεδαιμόνιον ὄντα, ΠΟΛΕΩΣ ἐπιφανοῦς. *Euthyclem natum Lacedaemone, urbe celebri.* Ubi πόλεως in secundo Casu refertur ad Λακεδαιμόνιον. Huc refer, cum pronomen vel adjectivum, praecedens substantivum respicit, quod non additur, sed per cognatum substantivum vel verbum vel adverbium intelligitur. Sic loquitur Joannes in Euang. cap. VIII, comm. 44. de diabolo: ΨΕΥΣΤΗΣ ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ ΑΥΤΟΥ. Ubi τὸ αὐτοῦ non debet referri ad τὸ ψεύστης, sed ad cognatum ψεῦδος, ita ut dicatur *pater mendacii.* Similiter adjectivum respicit substantivum, quod praecedenti verbo implicite inest apud Hom. Il. ψ, vs. 561.

> - - - Ἐγὼν, αὐτὸς ΔΙΚΑΣΩ, καί μ' οὔτινά φημι
> Ἄλλον ἐπιπλήξειν Δαναῶν· ἸΘΕΙΑ γὰρ ἔσται.

Ubi ἰθεῖα faemininum non bene respondet verbo δικάσω, sed ad cognatum substantivum δίκη referri debet. *Ipse ego*, inquit, *judicabo, neque quenquam Danaorum puto me reprehensurum esse; meum enim judicium erit justum.* Ubi Eustathius pag., ed. Rom. 1316. Τὸ δὲ ἰθεῖα, ἐλλειπτικῶς καὶ αὐτὸ εἴρηται· εἴληπται γὰρ ἀπὸ κοινοῦ τὸ δίκη ὄνομα ἐκ τοῦ δικάσασθαι ῥήματος· εἰς δὲ σαφήνειαν τῆς τοιαύτης λέξεως χρήσιμον καὶ Ἡσιόδου τὸ, Ἰθείαν ἔνειμαν, ἤγουν τὴν εὐθυτάτην δίκην. Ἔστι δὲ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ σχῆμα τοιοῦτον, ἔνθα ἑπταχῆ διαμοιρᾶται ὁ Ἑρμαῖος. i. e. *Illud* ἰθεῖα *elliptice dictum est: assumtum est enim communi sensu nomen* δίκη *ex verbo* δικάσασθαι. *Ad hujusmodi locutionis explicationem conducit & hoc Hesiodi,* ἰθείαν ἔνειμαν, *sive,* τὴν εὐθυτάτην δίκην. *Est & in Odyssea talis loquendi ratio.* Locum, quem respicit, invenire est lib. Ξ, Odyss. vs. 349.

> Καὶ τὰ μὲν ἙΠΤΑΧΑ πάντα διεμοιρᾶτο δαΐζων,
> ΤΗΝ μὲν ἴαν νύμφῃσι καὶ Ἑρμῇ Μαιάδος υἱῷ
> Θῆκεν ἐπευξάμενος, ΤΑΣ δ' ἈΛΛΑΣ νεῖμεν ἑκάστῳ.

*Et omnia quidem in septem partes dividens partitus est: unam Nymphis & Mercurio Majae filio apposuit precatus, alias singulis distribuit.* Ubi τὸ, τὴν μὲν & τὰς δ' ἄλλας respondent τῷ μοίρα implicite intellecto in adverbio ἑπταχα; est enim ἑπταχα idem, quod εἰς ἑπτὰ μοίρας.

Tertio, observetur Dativi Casus usus hic quadruplex. Primus est, quo pro Genitivo ponitur, ut: Τῷ Ἀνδραίμονι ὁ τάφος. Pro, τοῦ Ἀνδραίμονος. *Andraemonis sepulcrum*; apud Pausan. Ach. pag. 401. Sed & hoc cum Grae-

Graecis commune habent Latini. Ita enim Virg. AEn. VI. vs. 596. de Tityo,

- - - *Per tota novem CUI jugera corpus*
*Porrigitur.*

Pro, *cujus corpus.* Similiter Ovid. lib. met. XV, vs. 46.

*OMNIBUS e nigro color est mutatus in album.*

Pro, *omnium.*

Secundus est, quando Latine redditur per Praepositionem *Propter*, *Ob.* Ita Demosth. ep. III. pag. 115. Μνησίβουλον ἡ τῇ τοῦ βίου σωφροσύνῃ σώσαντες. *Qui Mnesibulum ob vitae frugalitatem servaverunt.*

Tertio Dativus, seu mavis, Ablativus κατ' ἔλλειψιν praepositionum adverbialiter usurpatur. Hujusmodi sunt, δημοσίᾳ *publice.* ἰδίᾳ *privatim.* σχολῇ, pro, μόγις. *aegre, vix.* apud AElian. V. H. lib. IX, cap. 24. σιγῇ: *silentio*, i. e. *adtente*, Plat. Phaedr. pag. 238. lin. 29. Σιγῇ τοίνυν μου ἄκουε. *Adtente igitur me audi.* Sic, δρόμῳ, pro, δρομάδην, apud Arrian. Exp. Al. lib. 1. Ἐπῆγε Ἀλέξανδρος τούς τε Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας δρόμῳ ὡς ἐπὶ τὸν ποταμόν. *Induxit Alexander Agrianas & sagittarios cursim in flumen.* Χρόνῳ δέ. *postea vero, interjecto deinde tempore.* Lucian. in Tox. pag. 621. Ἡσυχῇ. *quiete, paululum.* Herodian. lib. 1, cap. 4. Ὑπερβολῇ. *Excellenter, egregie, supra modum.* Conjungitur cum Adjectivo apud Plut. Apophth. pag. 183. fin. Ἱερείαν ἰδὼν ὑπερβολῇ καλὴν φαινεῖσαν. *Sacerdotem videns forma egregie bona.* His adde Adjectivum τοῖς ὅλοις, *Omnino*, (vernacule, met allen.) Demosth. pro Cor. pag. 318. lin. 40. Τοῖς μὲν γὰρ ὅλοις οὐδὲν μέτριον μοι δοκεῖτε ποιεῖν. *Omnino enim nihil moderatum mihi facere videmini.* Pro eodem etiam dicebant ἅπασι. Vid. infra ad sect. 10, reg. 4. Nec abludit illud Maronis, AEn. IV, vs. 337.

- - - *Nec ego hanc abscondere FURTO*
*Speravi, ne finge, fugam.* - - -

Ubi, *furto*, pro, *furtim.* His similes sunt Latinorum Ablativi Adverbialiter positi, *recta*, *forte*, *sponte*, *hodie*, *pridie*, *postridie*, *hac*, *illac.* Esse enim hos ablativos substantivorum, evincunt adjectiva, quando adduntur. Sic *sponte sua* frequens est. *Forte sua* dicit Virg. lib. AEn. I, vs. 381.

*Nos Troja antiqua (si vestras forte per aures*
*Trojae nomen iit) diversa per aequora vectos*
*FORTE SUA Libycis tempestas appulit oris.*

Quartus usus Dativorum rarior est, quando post Substantiva sequuntur, subaudito Adjectivo ad rem adposito. Talis imprimis Thucydidi placuit, apud quem legere est, ἐπιδρομὴ τῷ τειχίσματι. *Oppugnatio muro*, pro, *muri.* Supple γενομένη. Quod Clariss. Dukerus pluribus illustrat ad Thucyd. lib. V, cap. 46. Quomodo & Latinos locutos fuisse, probat Perizonius ad Sanct. Min. lib. IV, cap. 4. pag. m. 617.

Quarto de Accusativo praeter id, quod notavimus ad

Cap.

Cap. I, Reg. 11. observa sequentia. Accusativo Nominis substantivi, praefixo Articulo, Graeci utuntur eleganter post Adjectivum, quod quantitatem vel qualitatem significat, ubi Latini fere duo adhibent Adjectiva, media Conjunctione *Et*. AEschin. contra Ctesiph. pag. 285, lin. 22. ubi Demosthenes vocatur τηλικοῦτος τὸ μέγεθος κόλαξ. *Tantus magnitudinem adulator*. i. e. *Tantus & ingens adulator*. vel, ut interpres, *Tam insignis adulator*. Eodem modo Isocrat. Paneg. pag. 133. Τοσαύτας τὸ πλῆθος τριήρεις καὶ τηλικαύτας τὸ μέγεθος δυνάμεις. *Tantas multitudinem triremes, & tantas magnitudinem vires*. i. e. *Tantam triremium multitudinem & tam ingentes exercitus*. Subaudiri debet Praepositio κατά. Talia sunt, apud optimos scriptores frequentia. Est tamen ubi pro Accusativo Dativus invenitur, etiam non Articulo vestitus, ut apud Pauf. in Arcad. Μέγιστοι μεγέθει. *Ingenti magnitudine*. Rarior avis est Accusativus Nominis Substantivi ita absolute positus, ut sensus omnino pendere videatur, & non indoctos viros torserit. Thucyd. lib. II, cap. 62. ΤΟ'Ν δὲ ΠΟ'ΝΟΝ ΤΟ'Ν κατὰ τὸν πόλεμον, μὴ γένηταί τε πολὺς, καὶ οὐδὲν μᾶλλον περιγενώμεθα, ἀρκείτω μὲν ὑμῖν καὶ ἐκεῖνα, ἐν οἷς ἄλλοτε πολλάκις γε δὴ ἀπέδειξα οὐκ ὀρθῶς αὐτὸν ὑποπτευόμενον. Quae ita reddit interpres: *Quod autem adtinet ad belli laborem [& ad vestram opinionem,] qua adducti veremini, ne sit diuturnus, nec tamen ideo magis victoriam obtineamus, vobis & illa sufficiant, in quibus jam saepe alias demonstravi, ipsum non recte suspectum esse*. Adde locum ex Act. Apost. Cap. X, 36. Τὸν λόγον, ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. q. d. Οὗτός ἐστιν ὁ λόγος. Vid. Kuhnium ad AElian. V. H. l. 2, c. 13. Confer Euang. Luc. cap. XXI, com. 6. ΤΑΥ῀ΤΑ, ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ. *Quod attinet ad ea, quae spectatis, veniet tempus, quo lapis super lapide non relinquetur*. Denique Accusandi Casus etiam Adverbialiter usurpatur cum durationem temporis notat. Ita Arrian. Exp. Al. lib. I, pag. 31. ΧΡΟ'ΝΟΝ μὲν δὴ ἀμφότερα τὰ στρατεύματα ἐπ' ἄκρου τοῦ ποταμοῦ ἐφεστῶτες. . . . . ἡσυχίαν εἶχον. *Aliquamdiu porro uterque exercitus in summa fluminis ripa subsistens quiete se tenuit*.

S E-

# SECTIO II.

## *De Adjectivo, Comparativo, Superlativo, Numerali.*

### REGULA I.

ADJECTIVUM neutrum sumitur eleganter pro substantivo foeminino, ut τὸ σοφὸν, καὶ τὸ Ἀττικὸν τῆς Ἑλλάδος γλώττης, id est, *dignitas & elegantia linguae Graecae.* Sic, τὸ δεινὸν τῆς φράσεως, *vis dictionis* [64]. Adject. pro subst.

II.

64 Hinc, quia hic idiotismus Graecis longe familiarior est quam Latinis, non raro ad Periphrasin in versione confugiendum esse, satis ostendit elegans Thucydidis locus, l. 1. c. 22. ubi de scriptis suis haec dicit: Ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν, ἀτερπέστερον φανεῖται. *Forsan, quod nulla in illis extant fabularum vestigia, auditu minus jucunda videbuntur.* Aliquando (sed hoc rarius) pro Adjectivo Neutro, Masculinum invenies. Epict. Enchir. Τίνα οὖν χώραν ἕξω ἐν τῇ πόλει; ἣν ἂν δύνῃ, φυλάττων ἅμα τὸ πιστὸν καὶ αἰδήμονα. pro τὴν πίστιν καὶ αἰδῶ. Ita vertitur: *Quem ergo locum, habebo in urbe? Quem poteris, integritate & verecundia conservata.* Nisi mavis subaudire θυμόν· Donatus certe *animum, ingenium, morem* vel *institutum* intelligit in illo Ter. Eun. 5, 8, 36

*Non cognosco vestrum tam superbum.* - - -

Ut & in illo ejusdem: *Antiquum obtines.* In verbis tamen Epicteti commodius subauditur Pronomen σεαυτόν. Ita enim ille eodem modo in praecedentibus; δύναμαι κτήσασθαι τηρῶν ἘΜΑΥΤΌΝ αἰδήμονα, καὶ πιστὸν καὶ μεγαλόφρονα. Ut & in verbis Plutarch. in Caesare pag. 734. Ἐπεὶ γάγε ἄλλα, τῶν ἐμφυλίων αὐτῷ πολέμων πέρας εἰληφότων, ἈΝΈΓΚΛΗΤΟΝ παρεῖχεν. *In caeteris, compositis bellis civilibus, inculpabilem se praestitit.* pronomen ἑαυτὸν intelligitur. At eo modo frequenter ὁ νεκρὸς substantive ponitur pro *Cadavere.* Pauf. in Achaicis. pag. m. 399. in fine. Ἐφέσιοι δὲ ἀνελόμενοι τὸν Ἀνδρόκλου τὸν νεκρὸν ἔθαψαν. *Ephesii autem sublatum Androcli cadaver sepelivere.* Et ibid. p. 397. Τισαμενοῦ δὲ τὸν νεκρὸν Ἀχαιῶν ἐν Ἑλίκῃ θαψάντων. *Tisameni autem cadaver cum Achaei Helicae sepeliverant.* Similiter nomen ὁ νεκυς construi, evincit locus Appian. Alex. lib. I. B. C. pag. mih. 693. Καὶ ἐφέρετο ὁ νέκυς ὁ τοῦ Σύλλα διὰ τῆς Ἰταλίας. *Et ferebatur Syllae cadaver per Italiam.* Sed Adjectivum neutrum, plurale, articulo praefixo, a no-

Adject. & substant. diversi generis.

II. Aliquando adjectivum diversi generis est a substantivo, cum significationis potius, quam vocis, ratio haberi debet: ut κόρη καλλίστη, pro κάλλιστον, *puella pulcherrima.* Ita Synesius μειράκια εὐτυχοῦς, dixit pro εὐτυχῆ, id est, *beatos adolescentes.* Quanquam interdum tota significationis ratio negligitur; [65] ut apud Xenoph. τούτω τὼ ἡμέρα, pro ταύτα τὰ ἡμέρα, *hi duo dies.* At hoc parce tirones imitentur.

Anabaptistarum error notatus.

[ Huic regulae unum tantum exemplum subjungam, idque a sacris literis petitum, Anabaptistarum errori oppositum. Hi enim ex verbis servatoris nostri, Matth. 28, 19. Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς. &c. satis fidenter asserunt relativum αὐτοὺς referri debere ad nomen μαθητὰς in τῷ μαθητεύσατε subintellectum; & nullo modo referri posse ad antecedens ἔθνη. rationem addunt, quod scilicet τὸ αὐτοὺς sit masculini generis, & τὸ ἔθνη neutrius. vid. librum Anglicano idiomate scriptum, qui inscribitur *Paedobaptismi vanitas.*

Textus Matth. 29, 19. clarissime expositus.

Linguae vero Graecae imperiti non animadvertunt usitatissi-

nomine proprio derivatum, significat id, quod ei rei, unde deducitur, praecipue accidit. Obscura verba exemplum illustrabit. τὰ Τρωϊκά. *Res Trojanae* i. e. *bellum Trojanum.* Talia in auctoribus cum occurrunt adjectiva, legentem in memoriam revocare oportet, si quid illustre ei rei acciderit. e. g. Πολλῷ ὕστερος τῶν Τρωϊκῶν γενόμενος ad verbum; *Multo posterior Troicis natus.* Rectius: *Multo post bellum Trojanum natus.* (Nam in mentione rerum Troicarum, quid decennali bello, magis nobilitatum?) apud Thucyd. l. 1. c. 3. Sic apud Isocratem in Panegyrico, Τοὺς περὶ τὰ Τρωϊκὰ γιγνομένους. *Qui Trojani belli tempore vixerunt.*

Cum autem pro plurali singularis occurrit numerus, in quibusdam subauditur substantivum πλῆθος, qualia sunt Τὸ Ἑλληνικόν. *Graeci.* Τὸ Ἰλλυρικόν. *Illyrici.* quod & fit in appellativis, ut τὸ βάρβαρον. *barbari.* τὸ ὑπήκοον, *subditi.* τὸ στρατιωτικόν. *milites.* τὸ πεζικόν. *pedites* de quibus consule Cl. Bos Ellips. Gr. in voce Πλῆθος. Sic apud Romanos hos tres ordines, *senatorium* scilicet, *equestrem* & *plebejum* Dio vocat, ΤΟ' τε βουλευτικὸν, καὶ ΤΟ' ἱππικὸν, καὶ τὸ ὅμιλον. Nonnumquam commodius ἔθνος intelligitur. Ita Τὸ Ἑλληνικόν, cum generaliter Graeca gens significatur. Integre habet Thucydides lib. 1, cap. 24. Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. *Taulantii barbari, Illyricum genus.* Nomen γένος addit Max. Tyr. Dissert. VII, p. m. 45. Τὸ Δωρικὸν ἐν Λιβύῃ γένος. *Dores, qui in Libya sunt.*

65 Hoc tamen non fit extra numerum dualem.

66 Est

simam esse in verbis istis enallagen sive heterosin, in qua attenditur solum τὸ σημαινόμενον (ut loquuntur Graeci) non τὸ ῥητόν. τὸ αὐτοὺς vero referri ad suum antecedens ἔθνη, ἀναντιῤῥήτως docent verba B. Pauli Rom. 2, 14. Ὅταν γὰρ τὰ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος. ubi τὸ οὗτοι manifeste cum τὰ ἔθνη per hanc heterosin sive enallagen concordat sensu, etiamsi genere non concordet. Apud Hom. saepissime usurpatur φίλε τέκνον. idem etiam legitur apud Dionys. Halicarnass. "solutae orationis authorem, περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, in ipso principio: Δῶρόν τοι ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι, &c. ubi φίλε est masculini generis, τέκνον neutrius, & tamen bene concordant κατὰ τὸ σημαινόμενον.

Praeterea, si Anabaptistarum in hunc locum interpretatio admitti debeat, sequeretur hoc absurdi, integrae scilicet aetatis viros (masculinum solum genus) ad baptismum & doctrinam admitti oportere, & penitus excludi sexum foemineum & infantes, cum τὸ αὐτοὺς, secundum illos, sit tantum masculini generis: hoc autem est ἐσχάτως ἄτοπον, impium, & sacris literis contrarium.

Τὸ ἔθνη vero, cum sit nomen περιληπτικὸν, non solum comprehendit utrumque sexum, sed & omnem aetatem, etiam *infantes*; quod satis apparet ex Gen. 25, 23. ubi *infantes* adhuc in utero luctantes diserte vocat Dominus gentes, & per τὸ ἔθνη οἱ ό. interpp. reddunt."] *τὸ ἔθνη comprehendit infantes.*

III.

66 Est tamen locus Homeri, qui extat Od. lib. O. vs. 125.

67 Frequens & haec heterosis est apud Graecos in Articulis subjunctivis, qui cum praecedenti substantivo, genere κατὰ τὸ σημαινόμενον conveniunt, κατὰ δὲ τὸ ῥητὸν differunt. Ut apud Dinarch. contra Demosth. p. 97, lin. 29. Ἐκεῖνοι ἦσαν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἄξιοι σύμβουλοι καὶ ἡγεμόνες ὑμῶν, μὰ Δί' οὐ ΤΑ ΤΟΙΑΥ͂ΤΑ ΚΙΝΑ'ΔΗ, ΟΙ' πεποιήκασι μὲν οὐδὲν, οὐδὲ πράξουσιν, ἀγαθὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως. *Illi erant, o Athenienses, digni consultores & duces vestri, non per Jovem istiusmodi vulpeculae, qui neque quicquam egerunt, neque acturi sunt, pro utilitate Reip.* Neque a tali Generis permutatione abhorruerunt Latinae aures, ut in illo notissimo: *Pars mersi tenuere ratem.* At etiam ulterius procedunt Graeci; apud quos articulus praepositivus genere neglecto substantivi appositi, cui jungitur, cum nomine praecedente convenit. Ita apud Athenaeum lib. Deipnosoph. XIII. pag. 589. Λαῒς, ἡ μεγακλέος.

His addo Adjectivum eleganter, sui substantivi servato quidem genere atque numero, casu tamen differens, cum substan-

Adject. fine verbo substant.

III. Adjectivum neutrum, intellecto fere verbo substantivo, eleganter cum omni genere numeroque conjungitur, ut χρησιμώτατον ἡ νηστεία πρὸς τὴν σωφροσύνην, id est, *jejunium ad conservandam temperantiae virtutem potentissimum est*. sic, ἐνεργητικώτατον αἱ πρὸς θεὸν εὐχαί, *nuncupatae Deo preces potentissimae sunt*, pro χρησιμωτάτη, & ἐνεργητικώτατα. [68]

Genit. plural. pro nominat. singul.

IV. Genitivus, praesertim adjectivorum [69] neutrorum in plu-

stantivum pluralis numeri Gignendi Casum assumsit. Quod constat ex Plat. Gorg. p. 519. lin. 41. Νῦν γοῦν συχνοὺς τείνω ΤΩ͂Ν ΛΟ΄ΓΩΝ, pro τοὺς λόγους. *Nunc itaque longos produco sermones*. Sic apud AElian. V. H. lib. I, cap. 12. Τὰ λοιπὰ τῶν σπερμάτων. Talia sunt & Latinorum: *Convexa vallium; alta montium; opaca locorum*. Substantivo vero necessario praemittendus est articulus, ne perperam dicamus συχνοὺς λόγων. Est & ubi ne genere quidem convenit; sed nulla ejus ratione habita in neutro genere ponitur. Ita Thucyd. lib. III. cap 82, in fine. ΤΑ' δὲ ΜΕ΄ΣΑ ΤΩ͂Ν ΠΟΛΙΤΩ͂Ν ὑπ' ἀμφοτέρων διεφθείροντο *Medii cives* (h. e. qui neutram partem sequebantur) *ab utraque factione perdebantur*. Ubi Schol. Ἤγουν, οἱ μέσοι πολῖται. & Aristid. Serm. Sacr. pag. 505. Οἱ γὰρ φίλοι, ΤΑ' ΠΡΩ͂ΤΑ ΤΩ͂Ν τότε ἙΛΛΗ'ΝΩΝ ὄντες, ἀπελείπον ἀεί. *Amici enim, Graecorum tunc principes, invisebant me continuo*. Pro, οἱ πρῶτοι. Potest subaudiri μέρη, ut constet syntaxis.

68 Intellige Substantivum χρῆμα. Qualia sunt tritissima illa apud Latinos. Virg. Ecl. III.

*Triste lupus stabulis.* - - -

Et ibid.

*Dulce satis humor.* - - -

Et Ovid.

*Turpe senex miles, turpe senilis amor.*

Simili modo nomini foeminini generis subjungit articulum neutrius generis Theognis vs. 317.

Ἀλλ' ἡμεῖς τούτοις οὐ διαμειψόμεθα

ΤΗ͂Σ ἈΡΕΤΗ͂Σ τὸ πλοῦτον, ἐπεὶ ΤΟ' μὲν ἔμπεδον αἰεί,

Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

*Sed nos cum illis non permutabimus virtute divitias, quandoquidem illa semper firma est, opes vero alias alius habet.* Aliquando χρῆμα additur. Vid. infra, Sect. XIII. init. Cum plurali numero singulare neutrum constructum invenies apud Aristoph. in Acharn. vs. 1115.

Πότερον ἈΚΡΙ΄ΔΕΣ ἭΔΙΟ'Ν ἐστιν ἢ ΚΙ΄ΧΛΑΙ.

*Utrum locustae an turdi suavius sit.* pro *suaviores sint*.

69 Imo cujusvis Generis, ut & Substantivorum. Masculini exemplum est apud Plut. in Vit. Cic. pag. 867, lin. 30. Ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ὑπὸ Σύλλᾳ στρατευσαμένων. *Virum nobilem, qui sub Sulla meruerat.* Foeminini, ibid.

Digitized by Google

plurali, pro nominativo singulari neutro, Attice usurpari solet. Demosthenes 2. Olynth. Ὡς ἐστι τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ τῶν αἰσχίστων. *Turpe enim est*, seu potius *turpissimum*: verbatim, *est rerum turpium*, subaudiendo ἕν sic, ἐστι δὴ τῶν πάνυ θαυμαστῶν, ἐς τοσοῦτον προχωρῆσαι τῆς παιδείας. id est, *summa dignum est admiratione, tantos in doctrina fecisse progressus.*

V. Quaedam Comparativa laudem significantia, genus aliquod involvunt excellentiae vel difficultatis, ad quam id, quod gignendi casu conjuncto significatur, aspirare non potest: ut τὸ λόγου κρείττων, *oratione melior*; id est, *excellentior quam ut oratione celebrari pro dignitate possit*: [70] κρείττων ὀργῆς, vel Compar. excel.

ibid. pag. seq. Φουλβία, γυνὴ τῶν ἐπιφανῶν. *Fulvia, mulier nobilis.* Pro ἐπιφανής. Atque adeo hoc Idioma in nulla alia re consistit, quam in defectu voculae τις, de quo vide infra, sect. XI, reg. 11. Substantivi, apud Plat. Theaet. pag. 201, lin. 3. Οὐκοῦν τοῦτό γε βραχείας σκέψεως; *Hoccine est brevis disquisitionis?* vel, *Hoccine brevem disquisitionem postulat?* Supple ἔργον. Id, quod nonnunquam additur. Plena oratio invenitur apud Isocrat. in Nicocl. pag. 68. Ἅπαντα γὰρ ταῦτα σωφροσύνης ἔργα καὶ δικαιοσύνης ἐστίν. *Omnia enim haec temperantiae & justitiae opera sunt.* Sed & hoc cum Graecis commune habent Latini. Ita Corn. Nep. in v. Attici, cap. 13. *Non mediocris est industriae.* Tale est illud Sallustii, B. J. cap. 3. *Frustra autem niti, neque aliud se fatigando, nisi odium quaerere, EXTREMAE DEMENTIAE est.* Alio sensu Graecis magis proprio dicitur quis εἶναι τοῦ λέγοντος, qui vel *ipse* aliquid *dicit*, vel *verbis dicentis persuadetur.* Qua de re vide infra Cap. V, 5. 6. Reg. 13.

70 Exemplum habet Athenaeus lib. XIII. Deipnos. pag. 588. Ὅτι ἡ καλλίστη εἴη καὶ στέρνα κρείττω λόγου παντὸς ἔχοι, ἔλεγεν. *Fuisse eam pulcerrimam, & pectore pulcriore quam ut dici queat, dixit.* Eodem modo dicitur aliquid κρεῖσσον ἐλπίδος, quod *majus* est, *quam ut sperari queat*. Pauf. in Boeot. pag. 563. Ὡς ἑλεῖν τὸ Κερησσὸν σφίσι πειρωμένοις ἐφαίνετο ἐλπίδος κρεῖσσον. Verbatim: *Cum capere Ceressum ipsis tentantibus videbatur spe praestantius.* i. e. *Cum capere desperarent.* Eodem modo Cicero dicit, lib. VII. ep. 6. ad Att. *Est illa quidem impudens postulatio, opinione valentior.* Alio sensu dicitur quis κρείσσων χρημάτων, qui, cum opes possideat maximas, ita se parat, ut iis non serviat, sed imperet. Aristid. pro IVvir. pag. 197. ΧΡΗΜΑΤΩΝ τοίνυν τοσοῦτον γενέσθαι ΚΡΕΙΤΤΟΝΑ. *Pecuniae itaque eum adeo imperasse.* Et pag. 290. Παντὸς ΚΕΡΔΟΥΣ ΚΡΕΙΤΤΩ παρέχειν ἑαυτόν. Verbatim: *Omni lucro*

vel ἐπιθυμίας, *iracundia* vel *cupiditate melior*, id est, *moderatior, quam ut vel cupiditate, vel iracundia vinci possit*: κρείττων ἀπειλῶν, καὶ λόγου στερρότερος, id est, *constantior, quam ut minis terreri, aut verbis decipi queat*.

Comparat. laudis in probrum. VI. Aliquando tamen Comparativum laudem sonans, probro vertitur: ut apud Aristot. Κρείττων τῆς παιδείας. *Eruditione melior*, id est, *in scelere constantior, quam ut praeceptis ullis inde abduci possit*. 71

Comparat. infirmitatis. VII. Contrario sensu usurpatur ἥττων, & ἐλάττων. dicitur enim ἥττων πάθους, *calamitate minor*, qui ab ea vincitur. Plut. Pompejo. Ταῦτα λέγοντες, ἄνδρα δόξης ἥττονα, καὶ πρὸς τοὺς φίλους αἰδοῦς, τὸν Πομπήιον ἐξιάσαντο· *Hac illi oratione Pompejum, qui hominum de se opinioni, suoque erga familiares ac necessarios pudori, facile succumberet, pepulerunt*.

Comparat. cum praepofit. VIII. Caeterum ea Comparativa, aliquando loco genitivi, cum accusativo junguntur, & praepositione κατὰ, 72 vel πρὸς· ut ἐλάττω, ἢ πρὸς τὸ κατόρθωμα, νομίζων εἶναι τὴν δόξαν, pro τοῦ κατορθώματος· *gloriam facinore minorem existimans*: χαλεπώτερον ἢ κατὰ, vel πρὸς ἄνθρωπον, *difficilius, quam ut humanis viribus ferri, vel obtineri possit*: quo sensu male dice-

*lucro se praebere praestantiorem*. sive, *Talem se praestare, qui omne lucrum aspernetur*. Contra ἥσσων χρημάτων, ἥσσων γαστρὸς, dicitur, *qui a pecunia, a gulositate in servitutem rapitur*. AElian. V. H. lib. X, cap. 9. init. Φιλόξενος λίχνος ἦν καὶ ΓΑΣΤΡΟ'Σ ἭΤΤΩΝ. *Philoxenus gulosus erat & ventri deditus*. Sic in Orat. Aristid. modo citata, pag. 243. ubi, κέρδους ἥττων, est, *lucro deditus*.

71 Huc refer illud Thucyd. lib. II, cap. 50. init. ΚΡΕΙ'ΣΣΟΝ ΛΟ'ΓΟΥ ΤΟ' εἶδος τῆς νόσου. *Genus morbi atrocius, quam ut oratione exprimi possit*. Hoc tamen non adeo mirum videbitur tironibus, si observent, vocabulum κρείσσων, quod natura sua significat *valentior*, tum in bonam, tum in malam partem accipi posse pro natura Genitivi, quem post se habet. Sic νόσος κρείττων φαρμάκων, dicitur *morbus nulla sanabilis arte*, seu verbatim, *praestantior medicamine*. i. e. *valentior*. Adposite Ovid.

- - - *Docta plus valet arte malum*.

Graece.

- - - Νόσος κρείττων ἐστὶν ἀκεσορίης.

72 Scilicet in significatione τοῦ *secundum*: nam quando κατὰ tempus notat, alia est ratio. v. c. Pauf. Achaic. pag. 399, lin. 14. ΤΟ' ἱερόν. . . . . ἐστιν ἈΡΧΑΙΟ'ΤΕΡΟΝ Ἢ ΚΑΤΑ' τὴν Ἰώνων ἐσοίκησιν. *Templum jam ante Ionum commigrationem conditum est*.

73 Ita

Digitized by Google

ceretur, ἀνθρώπυ χαλεπώτερον, recte τ̃ ἀνθρωπίνης δυνάμεως, *humana facultate.* [73]

IX. Aliquando idem genitivus, per infinitivum resolvitur: ὡς ἔγνωσαν κρείτ]υς ὄν]ας τὺς πολεμίυς, ἢ ἁλῶναι, pro τ̃ ἁλώσεως, id est, *ut cognoverunt fortiores esse hostes, quam ut vinci capive possent.* [74] Comparat. cum ἢ & infinitivo.

X. Alius est Comparativi usus, a quo Latini prorsus abhorrent, cum genitivus Comparativum sequitur, licet alius casus praecesserit: ut, ταῖς τ̃ μάλιστα τι φρονεῖν διαφερόν]ων ἁπλαῖς φάσεσι προσέχειν δεῖ, ὐχ ἧτ]ον τῶν ἀποδείξεων, ait Aristot. pro ἢ ταῖς ἀποδείξεσιν. id est, *Nihilo minus est nudis sapientum dictis, quam evidentissimis argumentis adhibenda fides.* sic, δικαιότερον δὲ ποιεῖν τὺς οἰκείυς τῶν ὀθνείων, pro ἢ τὺς ὀθνείυς, id est, *aequius est domesticis beneficia conferre, quam alienis.* In his & similibus ne Genitivus occurrens, etsi a Comparativo paulum aliquando remotior, sensum perturbet, videndum an praecedat Comparativum aliquod, tumque Genitivus ille reddendus erit per *quam*, & eum casum, quem verbum Latinum postulabit, ut patet ex superioribus exemplis. [75]

XI.

73 Ita apud Demosth. epist. 3. pag. 114. prope finem. Εἰ δὲ Μοιροκλῆς ἀποκρίνε]αι, ταῦτα μὲν σοφώτερα ἢ καθ' ἑαυτὸν εἶναι. *Si vero Moerocles respondet, haec quidem esse argutiora quam ipse intelligat.* Praepositionem κατὰ in hac acceptione posse omitti, conatur probare Sylburgius ad Pausaniae locum, qui extat in Messeniacis pag. 244 lin. 19. Ἀριστομένην δὲ ἔργα φασὶν ἀποδείξασθαι πλέον τι ἢ ἄνδρα. (Ulterius ille non habet.) Hujus sententiae sensum hunc esse ait: *Aristomenem talia edidisse facinora, quae hominis vires maxima ex parte superarent.* Et vult, ante ἄνδρα subaudiri praepositionem κατὰ. Si haec omnino essent Pausaniae verba, potuisset vera conjicere: sed viri diligentiam effugerunt verba sequentia; nam sensus non est absolutus, & accusativus ἄνδρα non regitur a subaudita praepositione κατὰ, sed omnino dependet a sequentibus, εἰκὸς ἦν Ita enim ait Pausanias: Ἀριστομένην δὲ ἔργα φασὶν ἀποδείξασθαι πλέον τι ἢ ἄνδρα ἕνα εἰκὸς ἦν. Id est: *Aristomenem, ajunt, majora, sive, plura edidisse facinora, quam unum virum verosimile erat*, scil. *facturum fuisse.*

74 Huic infinitivo praecedit particula ὡς. Aristid. ad Capitonem, pag. 529. Εἴτε τι καὶ κρεῖτ]ον ἐν τοῖς λόγοις ἔνεστιν, ἢ ὡς τῦτο τὸ ἆθλον πρέπειν αὐτοῖς. *Sive melius quid nostrae orationi insit, quam ut hoc praemium mereatur.*

75 Non minus a Latinorum consuetudine abhorret, cum Comparativus post se habet

XI. Accidit non raro, maximeque apud Atticos, ut Genitivus ille nonnihil a Comparativo remotior, obscuriorem sensum efficiat. Ubi ergo talis Genitivus occurret, qui dubitationis aliquid afferat, vide continuo, num Comparativum aliquod, aut etiam Superlativum praecedat, quo referri possit. Demosth. pro Cor. [76] Ὁ γὰρ τότε ἐνστὰς πόλεμος, ἄνευ τοῦ καλὴν δόξαν ἐνεγκεῖν, ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις, καὶ εὐωνοτέροις διήγαγεν ὑμᾶς, τῆς νῦν εἰρήνης, ubi τῆς εἰρήνης regitur a Comparat. ἀφθονωτέροις, & εὐωνοτέροις. id est, *Bellum enim, quod tum incumbebat, praeterquam quod* (id enim valet ἄνευ) *illustrem gloriam afferebat, in majore nos rerum ad vitam pertinentium abundantia, & annonae vilitate, quam praesens ista pax, constituebat.* [77]

XII. Genitivum unicae vocis, quae per totam sententiam reddi debet. Estque ille Genitivus Substantivi, quod est Subjectum dicti vel proverbii alicujus, quod fertur inprimis. E. G. Ita Theophrastus περὶ Ἀγροικίας. Φησὶ ΣΥΚΟΥ ὉΜΟΙΟΤΕΡΑ [sc. τέκνα] εἶναι τῷ πατρί. Verbatim: *Ait liberos patri esse similiores fico.* h. e. *Ficum non tam similem fico esse, quam filios patri.* Est autem proverbium: Σῦκον σύκῳ οὐδὲν ὁμοιότερον. *Ficus fico non similior est.* Videndum tamen tironibus, ne hac βραχυλογίᾳ utantur, nisi in illis dictis vel paroemiis, quae in omnium ore versantur, & cuivis adeo notae sunt, ut si vel unicam voculam audiunt, caetera facile conjiciant. Quae nisi cautio adhibeatur, in obscurum aenigma abibit oratio.

76 Pag. m. 325.

77 Comparativorum doctrinae adde sequentia. Nonnunquam comparativus pro superlativo ponitur, ut in Euang. Matth. cap. XVIII, 4. Οὗτος ἐστιν ὁ ΜΕΙΖΩΝ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. *Hic est maximus in regno coelorum.* Ubi μείζων pro μέγιστος. Confer 1 Cor. XIII, 13. Nec absimile illud Virgilii AEn. I.

*Pygmalion, scelere ante alios*
*IMMANIOR omnes.*

Ubi comparativus pro superlativo ponitur, quidquid contra putat H. Steph. ad Corinth. pag 40. *in Latino sermone hunc comparativi usum apud ullum ex classicis scriptoribus vix inveniri:* cum autem *vix inveniri se putare* dicat, addit, tamen, *sicubi apud eorum quempiam inveniatur, non inmerito suspectam sibi librarii fidem esse.*

Contra pro comparativo quandoque superlativum invenies, qui ritu comparativorum genitivum post se habet. Ita in Euang. Joan. I, 15. Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι ΠΡΩΤΟΣ ΜΟΥ ἦν. *Qui post me venit, antevertit me, quia prior me erat.* pro πρότερος. Quae syntaxis etiam servatur in adverbiis; nam, sicut

XII. Superlativus etiam usum habet Latinis ignotum, & cum pronomine reciproco jungitur, ideoque per superandi verbum Latine reddi solet: ut, κατ' ἐκείνην τὴν ὑπόθεσιν ἑαυτοῦ λογιμώτατος ἐγένετο, id est, *in eo argumento tractando, se ipsum eloquentia superavit:* 78 id quod etiam per ad-

sicut dicitur πρῶτός μου, ita etiam dicitur πρῶτόν μου. Id. cap. XV, 18. Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε, ὅτι ἐμὲ ΠΡΩ͂ΤΟΝ ὙΜΩ͂Ν μεμίσηκεν. *Si mundus vos odit, scitote, eum me prius quam vos odisse.* Est quoque ubi positivus invenitur pro comparativo, qui ex sequenti particula ἢ intelligendus est: ut in Euang. Marci cap. IX, 45. ΚΑΛΌΝ ἐστί σοι εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, Ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν. *Melius est tibi ingredi in vitam claudo, quam duos pedes habenti in gehennam conjici.* Simile huic illud Phocylidis:

ΚΑΛΌΝ ξενίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις
Ἢ πλείσταις δολίαισι βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.

*Satius est hospitem excipere tenuibus dapibus statim, quam subdole tergiversando praeter tempus plurimis.* Confer Marc. l. c. comm. 47. & quod infra dicetur in βούλομαι ἤ, cap. VII, sect. 8, R. 5. Est & ubi contra pro positivo comparativus ponitur, quod frequentissimum est in πρεσβύτερος, γεραίτερος, νεώτερος, de quibus abunde H. Stephanus in lib. de Dialect. pag. 38.

78 Vel praemisso genitivo ἑαυτοῦ alio pronomine αὐτὸς, utrumque prima fronte abundare videtur, & in Latina versione haud raro omittitur. Sed, si ad vim locutionis respicitur, habet aliquid, quod Latini vix ac ne vix quidem exprimere possunt. Ita Herodot. Euterp. cap. 124. Ὕψος δὲ, τῇ ὙΨΗΛΟΤΆΤΗ ἐστὶν ΑΥ̓ΤῊ ἙΑΥΤῆΣ, ὀκτὼ ὀργυιαί. *Altitudo vero, qua parte est altissima, octo passuum.* Proprie *Altissima* vel *altior se ipsa.* Ad hunc loquendi morem Belgae proxime accedimus, cum dicimus, Daar zy op haar hoogst is / pronomine ἑαυτῆς patrio more in possessivum mutato.

Huic adde AEschin. Socr. dialog. de Divitiis, ubi vergit ad finem. Ὅταν ἄρα ΑΥ̓ΤΟῚ ΑΥ̓ΤΩ͂Ν τυγχάνωμεν ΦΑΥΛΌΤΑΤΑ διακείμενοι. *Cum itaque nos quam pessime habemus.* & paulo post: Ὥσπερ ΑΥ̓ΤῸΣ ΑΥ̓ΤΟΥ͂ τότε φαίνεται ΒΈΛΤΙΣΤΑ ἔχων. *Ut ipse sibi tunc videtur quam optime habere.* Estque hujus idiomatis plenissima gratia, quando compluribus alicujus virtutibus vel vitiis enumeratis, in illo, quo maxime inter omnia excellit, dicitur αὐτὸς ἑαυτοῦ φαυλότατος, κάλλιστος, χρησιμώτατος &c. Ita de Aristodemo Plutarchus de virt. mul. p. 261. Ἐκ δὲ τούτου γενόμενος τύραννος ἦν μὲν ἐν ταῖς περὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ἐλευθέρους ἀδικίαις ΑΥ-

adverbium superlativi gradus in *α* desinens, eleganter exprimitur, ut, *αὑτῦ τάχιςα ἔδραμεν*, id est, *se ipsum cursus velocitate superavit.*

XIII. De numeralibus sex praecipue notanda sunt. Primum est, *ἐλλείψει* quadam Attica, Genitivum absolute usurpari, alio nomine subintellecto, ut *ἓν*, vel *θάτερον.* Thucyd. lib. 1. p. 25. *Μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς, ἢ σφᾶς αὐτὺς βεβαιώσασθαι.* verbatim, *Nec duorum occupare errent*, id est, *ne altero e duobus excidant*; ubi *δυοῖν*, pro *δυοῖν θάτερον* ponitur, *neu calamitate nos afficiant*, *neu se ipsos tutiores efficiant.*

Secundum est, quod Latini exprimunt per *unde*, & *duode*, id a Graecis per participium verbi *δέω*, cum eo nume-

ΤΟ'Σ 'ΕΑΥΤΟΥ͂ ΜΟΧΘΗΡΟ'ΤΑΤΟΣ. *Hinc ut factus tyrannus est, injuriae, quas in mulieres puerosque ingenuos patrabat, omnia illius superabant flagitia.* Est ubi pronomen *αὐτὸς* desideratur. Egregium exemplum habet Arrianus Lib. III. de Exp. Al. cap. 4. de fonte apud Hammonem, qui meridie aquas habet frigidissimas, vergente ad occasum sole, calidiores, a vespera ad mediam usque noctem, adhuc calidiores: *μέσων δὲ νυκτῶν [τὸ ὕδωρ ἐςὶν]* 'ΕΑΥΤΟΥ͂ ΘΕΡΜΟ'ΤΑΤΟΝ. *Media vero nocte calidissima est aqua.*

Idem pronomen eodem modo cum Comparativo constructum perquam scitam habet elegantiam, cujus pulcrum quaere exemplum apud Thucydidem, Lib. III, cap. 11. *Ὅσον* ΔΥΝΑΤΩ'ΤΕΡΟΙ 'ΑΥΤΟΙ' 'ΑΥΤΩ͂Ν *ἐγίγνοντο.* Verbatim: *Quo potentiores se ipsis facti sunt.* i. e. *Potentiores quam unquam ante fuerunt.* Nam cum antea fuissent iidem, non quidem *κατὰ τὸ ποιὸν*, sed *κατὰ τὸ τί*, hinc eleganter dicuntur potentiores iis, qui antea fuerant. i. e. se ipsis. Ita rogat Socrates apud Plat. lib. IV. de Rep. pag. 421. *Πλυτήσας χυτρεὺς ἀργὸς καὶ ἀμελὴς γενήσεται* ΜΑ͂ΛΛΟΝ 'ΑΥΤΟ'Σ 'ΑΥΤΟΥ͂, *An figulus, qui dives evasit, non fiet se ipso pigrior & negligentior?* i. e. Pigrior, quam ante fuerat.

Caeterum pro superlativi terminatione in *όταἰος* &c. aliquando integrae dictioni praefigitur particula *ζα*, ut *ζάπλυτος. Ditissimus*, apud Herodot. Clio c. 32. *Πολλοὶ μὲν γὰρ* ΖΑ'ΠΛΟΥΤΟΙ *ἀνθρώπων, ἀνόλβιοί εἰσιν. Multi enim hominum ditissimi infelices sunt.* De aliis praefixis, qualia sunt, *ἵππος*, *βῦς*, *πᾶν*, vide infra sect. 5. reg. 1. Pro superlativo *μέγιςος* non semel Pausanias habet, *μεγέθει μέγας* vel *μέγιςος*. ut in Corinthiacis, pag. 103. *Κήτυς ὀςῦν μεγέθει μέγα. Balaenae os maximum*, sive, *ingentis magnitudinis.*

79 Prio-

Digitized by Google

numero qui deest, significari. v. c. *undeviginti annos natus*, Graece duobus modis exprimi potest; uno quidem per Genitivum absol. ἔτη γεγονὼς εἴκοσι, ἑνὸς δέοντος, id est, *annos 20. natus uno deficiente*, pro *undeviginti annos*; altero per Participium cum nomine conveniens, a quo Genitivus regatur numeri, qui deest: ut, ἔτη γεγονὼς εἴκοσι ἑνὸς δέοντα. [79]

XIV.

79 Prioris exemplum habet Demosthenes adversus Leptinem, pag. 371. Πεντήκοντα ΜΙΑΣ ΔΕΟΥΣΗΣ ἔλαβεν αἰχμαλώτους τριήρεις. *Quadraginta novem captivas abduxit triremes.* Alterius Thucydid. lib. II. cap. 2. Ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε πεντήκοντα, ΔΥΟΙΝ ΔΕΟΝΤΑ, ἔτη ἱερωμένης. *Tempore quo Chrysis duodequinquagesimum sacerdotii annum Argis agebat.* Ubi obiter, nota praepositionem ἐπὶ cum genitivo constructam tempus significare, ut suo loco dicam. Eodem modo ejus compositum ἀποδέω construitur. Lucian. in Macrob. p. 831. Περὶ ἔτη, ἑνὸς ἀποδέοντα, ἑκατὸν γεγονώς. *Natus annos circiter nonaginta novem.* Fit tamen ut idem participium diversam ab his structuram sequatur, & conveniens cum persona praecedenti regat secundum casum numeri, non qui deëst, sed cui quid deëst E. G. Ita Arrian. de Exp. Al. lib. I. cap. 15. Ξένοι πεζοὶ μισθοφόροι ὀλίγον ἈΠΟΔΕΟΝΤΕΣ ΔΙΣΜΥΡΙΩΝ. *Peregrinorum peditum conductitiorum circiter viginti millia.* Similem syntaxin habet participium λείπων, ut apud Polybium, lib. V. Πεζοὶ οὐ πολὺ λείποντες μυρίων. *Peditum fere erant decem millia.* Atque haec quidem sufficiant, de numero, qui deest. Numerus autem, qui superest, praeponitur numero secundo in sexto casu posito, praecedente praepositione ἐπί. Sic Pausanias Eliacorum libro posteriori, p. 352. ΔΕΥΤΕΡΑι Ὀλυμπιάδι ἘΠΙ ΤΑΙΣ ἙΚΑΤΟΝ. *Secunda Olympiade supra centum.* Pro, *Olympiade centesima secunda.* Ubi obiter observa, numerum principalem poni pro ordinali, ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, pro ἐπὶ τῇ ἑκατοστῇ. Estque haec constructio imprimis frequentissima in numerandis mensium diebus. Ita enim in Calendario: τρίτη ἐπὶ δεκάδι. *Decimo tertio die.* Ἑβδόμῃ ἐπὶ εἰκάδι. *Vigesimo septimo.* & sic deinceps. Pro praepositione ἐπὶ, etiam utuntur conjunctione καὶ, quae simul efficit, ut numerus minor ex ordinali vertatur in principalem. Ita Herodotus lib. V. narrat, Atheniensibus ab oraculo imperatum fuisse, ut ab AEginetis lacessendis triginta annos abstinerent, sed τῷ ἙΝΙ ΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΩι ἀρξαμένους τοῦ πρὸς Αἰγινήτας πολέμου. Pro πρώτῳ καὶ τριακοστῷ. *Trigesimo primo anno belli contra AEginetas initium facerent.* Plane ut nos vernacule

Semi, ἡμι in compos. XIV. Tertium est, Latinum *semi*, quod numeros integros sequitur, Graece per numerum integrum exprimi, sequente nomine pecuniam significante, & cum ἡμι ἐκ τ͂ ἡμίσου, ἀποκοπῇ, composito: v. c. *duo talenta cum dimidio*, Graecè, τρίτον ἡμιτάλαντον· quod verbatim sonat, *tertium semi talentum:* sic, *quatuor drachmae cum dimidia*, πέμπτον ἡμίδραχμον, *quinta semidrachma.* [80]

Numeralia in αῖος. XV. Quartum est, numeralia in αῖος usurpari solita ad significandum dierum intervallum, quo quis aliquid fecerit: ut, ἀπὸ τῶν Παρισίων ὁρμηθεὶς ἐς τὴν Ροτόμαγον τριταῖος ἀφίκετο. *Parisiis profectus triduo Rotomagum pervenit.* [81]

XVI.

loquimur, siquidem numerus rotundus centenario minor est. Ita enim: het een en dertigste jaar. non autem: het eerste en dertigste. Sic *uno & vicesimo libro* dixit Gellius lib. XIII. cap. 12. Mira hoc in genere est Graecorum βραχυλογία, quam observavit Casaubonus ad Theophrastum; qua numerus major omnino subaudiendus relinquitur. V. G. Ἔτη ἑκκαίδεκα ἀπεδήμησε· τῷ δ' ἙΒΔΟΜΩι ἐπανῆλθεν. Pro, τῷ ἑβδόμῳ ἐπὶ δέκα, vel τῷ ἑβδόμῳ καὶ δεκάτῳ. *Sedecim annos peregrinatus, septimo autem [& decimo] rediit.* Denique numerum principalem Graeci jungunt adverbiis ex numero ortis. Sic in Euang. Matth. cap. XVIII, 22. Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλὰ ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. *Non dico tibi, usque ad septies, sed usque ad septuagies septem.* pro, *septuagies septies.*

80 Nos admodum feliciter: derd' half / . vierd' half. q. d. derde half / &c. Hesych. Τέταρτον ἡμισυ, τὸ τέταρτον ἡμισάτηρον.

81 Vide Herodot. in Erat. cap. 106. ΔΕΥΤΕΡΑΙΟΣ ἐκ τ͂ Ἀθηναίων ἄστεος ἦν ἐν Σπάρτῃ Ubi fallitur interpres vertens: *Iterum Athenis egressus Spartam pervenit.* Verti enim debet: *Postridie quam Athenis egressus est.* Ut Stephanus recte corrigit. Ad verbum: *secundanus ex Atheniensium urbe fuit Spartae.* Arrian. Exp. Al. lib. I. cap. 1. Λέγουσιν, ὅτι ΔΕΚΑΤΑΙΟΣ ἀφίκετο ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Αἷμον. *Ajunt eum pervenisse ad montem AEmum decimo post die quam profectus erat.* Caeterum, quo verbo Latine adjectivum illud numerale circumscribendum sit, locus ipse & rei circumstantia suppeditabit. Ita de Lazaro Martha apud Joann. Euang. C. XI, 39. Ὄζει ἤδη· ΤΕΤΑΡΤΑΙΟΣ γάρ ἐστιν. *Olet jam; nam quartus hic est dies, ex quo sepultus vel mortuus est.* Sic interrogative, ποσταῖος; *quoto die.* Ut Cyrus rogat apud Xenoph. lib. V, Κύρ. παιδ. p. 129. ΠΟΣΤΑΙΟΣ ἂν σὺν τῷ στρατεύματι ἐκεῖσε ἀφικοίμην; *Quoto die cum exercitu eo pervenire possim?* Tempus, ex quo quis dicitur δευτεραῖος &c. in secundo casu ponitur, praecedente praepositione ἀπό. Arrian. lib. cit. cap.

3.

XVI. Quintum est, rarius quidem, aliquando tamen, vocem numeralem secum involvere significationem adverbii *ante*, seu *prius*, quam res aliqua adveniat. Plutarch. in Alexandr. Αὐτὸς ἡμέρᾳ τρίτῃ κατὰ τὰς ὕπνους εἶδεν ὄψιν ἄτοπον. *Ipsimet Alexandro, die tertio*, id est triduo, *antequam ab eo Clitus interficeretur, in somnis foeda species oblata erat* [82]. Numerale involvens adverb. ante.

XVII. Sextum est, spatium temporis, seu numerum dierum, mensium, annorum, quo aliquid fiat, in gignendi [83] casu poni solitum. Demosthenes pro Corona. Ἐξὸν ἡμερῶν δέκα, μᾶλλον δὲ τριῶν ἢ τεττάρων, εἰς τὴν Ἑλλήσποντον ἀφῖχθαι: id est, *Cum liceat dierum decem, imo trium quatuorve spatio, ad Hellespontum pervenire.* Ibid. Ἀκούσεσθε δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν. id est, *Audietis intra duos tresve dies.* Ubi etiam obiter notandum est, dualem in numeralibus illis cum plurali posse conjungi, v. c. δυοῖν cum ἡμερῶν. [84]

SECT.

3. Ἀπὸ δὲ τῆς μάχης τριταῖος ἀφικνεῖται Ἀλέξανδρος ἐπὶ τὸν Ἴστρον. *Tertio post hanc pugnam die pervenit Alexander ad flumen Istrum.*

82 Locum Plutarchi invenies pag. 693. At numerus dierum &c. postquam aliquid fiat vel factum sit, genitivum post se habet ejus rei, a qua incipit computatio Herod. Erat. c. 46. Δευτέρῳ δὲ ἔτεϊ τούτων. *Secundo post haec anno.* Thucydid. lib. VIII, cap. 23. Τρίτην ἡμέραν αὐτοῦ ἥκοντος. *Tertio die postquam eo venerat.*

83 Vel in sexto casu, praecedente praepositione ἐπὶ. Q. Calaber, lib. XII, vs. 143.

- - - Τετέλεστο δ' ἐπὶ τρισὶν ἤματι πάντα.

*Omnia intra trium dierum spatium erant absoluta.*

84 Non satis meo judicio ex addito exemplo hoc constat. Non enim potuisset dicere Demosthenes δυοῖν ἢ τριῶν ἡμέραιν, quod male convenisset cum τριῶν. Caeterum Dualem cum plurali posse conjungi, ex planioribus exemplis patet, qualia supra notavi, Sect. I, initio. Uterque Demosthenis locus extat, pag. 317. His adde septimum, quum numerus ordinalis involvit reliqua numerata, ita ut ipsi singulariter expresso, respondeant relata pluraliter; ut epist. poster. Petri cap. III, init. Ταύτην ἤδη, ἀγαπητοί, ΔΕΥΤΕΡΑΝ ὑμῖν γράφω ἐπιστολήν, ἐν ΑΙΣ διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν. *Has ego jam, dilecti, alteras vobis literas scribo, in quibus sinceram vestram mentem submonitione excito.* Ubi τὸ δευτέραν involvit etiam τὴν πρώτην, quare sequitur ἐν αἷς, pro ἐν ᾗ.

Subjungo octavam numeri ἰδιολογίαν, eamque perelegantem. Ut modo diximus, nu-



Digitized by Google

merum cardinalem ſive principalem pro ordinali poni, ita viciſſim ordinali pro principali utuntur Graeci, ſeu potius ex pluribus unius tantum mentionem faciunt, caeterorum numero in adjectivo ordinali implicite latente. Eſtque hoc frequens imprimis Thucydidi. Vide ſis libro I. cap. 61. Πέμπουσι Καλλίαν τὸν Καλλιάδου ΠΕ'ΜΠΤΟΝ αὐτῶν στρατηγόν. *Mittunt Calliam filium Calliadis, quintum ipſorum praefectum.* Ita verbatim, pro quo rectius Latini: *Mittunt Calliam praefectum cum quatuor collegis.* Pro αὐτῶν legit Stephanus αὐτὸν, quam genuinam lectionem putat. Et ſuo quidem jure; nam in hujusmodi occaſione pronomen αὐτὸς fere ſemper adhibetur, & cum ſubſtantivo eo, ad quod numerus pertinet, convenit. Vide eodem libro, cap. 116. & lib. II, cap. 13. Περικλῆς ὁ Ξανθίππου στρατηγὸς ὢν ΔΕ'ΚΑΤΟΣ 'ΑΥΤΟ'Σ. *Pericles Xanthippi filius dux decimus ipſe.* i. e. *cum novem collegis.* Confer cap. 79. &. lib. III, cap. 3. Κλεϊππίδης δὲ ὁ Δεινίου ΤΡΙ'ΤΟΣ 'ΑΥΤΟ'Σ ἐστρατήγει. *Cleippides autem Diniae filius cum duobus collegis exercitui praefuit.* & cap. 19. Ἐξέπεμψαν ναῦς δώδεκα καὶ Λυσικλέα, ΠΕ'ΜΠΤΟΝ 'ΑΥΤΟ'Ν στρατηγόν. *Emiſerunt naves duodecim & Lyſiclem cum quatuor collegis.* Atque ita paſſim apud eundem. Adde Ariſtidem, orat. pro Quatuorviris, pag. 225. Ἐπὶ Σάμῳ ΔΕ'ΚΑΤΟΣ ΑΥ'ΤΟ'Σ στρατηγῶν. *Ad Samum e decem praetoribus unus fuit.* Vide & ibidem, pag. 286. & alibi saepe. Nec obſtant Polybii verba apud Athenaeum, lib. V, pag. 193. Ἀποδιδράσκων ἐκ τῆς αὐλῆς ἐνίοτε τοὺς θεραπεύοντας, οὗ τύχοι τῆς πόλεως ΑΥ'ΤΩ'Ν ἐφαίνετο ΔΕΥ'ΤΕΡΟΣ καὶ ΤΡΙ'ΤΟΣ. Nam locus eſt mendae ſuſpectus, & ſubſtituit Caſaubonus pro αὐτῶν, ἄλλων ut ſit ſenſus: *Nonnunquam ex aula miniſtris ſe ſubducens, ubivis per urbem otioſe vagans, cum uno alterove comite conſpiciebatur.* Adde, quod mihi hactenus obſervare licuit, conſuetudine in legem abeunte, pronomen αὐτὸς poſt numerum ordinalem ſemper collocari: & ſic dicere debuiſſet, δεύτερος καὶ τρίτος αὐτός. Jam mutato αὐτῶν in ἄλλων, ipſum quidem pronomen deſideratur; ſed & abſque eo, quanquam rarius, conſtrui is numerus poteſt. Exemplum quaere in epiſt. poſteriori Petri, cap. II, 5. Καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ΟΓΔΟΟΝ ΝΩ'Ε, δικαιοσύνης κήρυκα, ἐφύλαξεν. *Et priſco mundo non pepercit, ſed octavum Noë, juſtitiae praeconem, cuſtodivit.* i. e. *Noë cum ſeptem de ſuis.* Similiter apud Herodotum in Melpomene cap. 113. Τὴν Ἀμαζόνα εὗρε ΔΕΥΤΕΡΗΝ, αὐτὴν ὑπομένουσαν. Ubi minus recte interpres: *Reperit Amazonem exſpectantem ſociam.* Corrigit Stephanus: *Amazonem alteram ipſum exſpectantem.* Ego malim: *Amazonem ipſam cum comite, quam unam ſecum duxerat, exſpectantem.* Sic ut ipſa eſſet altera. In cujusmodi locutionibus ſupprimitur numerus

Digitized by Google

rus principalis. v. c. In verbis Apostoli pro, ὄγδοον Νῶε ἐφύλαξε, intelligas, ἑπ͂λα ἐφύλαξε, καὶ ὄγδοον Νῶε. Plenam orationem habet Homerus Il. T, vs. 246.

Ἐκ δ' ἄγον αἶψα γυναῖκας ἀμύμονας, ἔργ' εἰδυίας

ἙΠΤ', ἀτὰρ ὈΓΔΟΆΤΗΝ Βρισηΐδα καλλιπάρηον.

*Eduxerunt autem statim mulieres formosas, operum peritas, septem, sed & octavam Briseida pulcram genas.*

Et lib. B. vs. 313.

Ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοί, νήπια τέκνα,

Ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, πετάλοις ὑποπεπτηῶτες

ὈΚΤΩ· ἀτὰρ μήτηρ ἘΝΑΤΗ ἦν, ἣ τέκε τέκνα.

*Ibi erant passeris pulli, parvuli nati in summo ramo, prae metu foliis occulti octo, sed mater, quae illos pepererat, nona erat.* Nec dubito (nam quo auctore probem, non habeo in praesentia) quin idem idiotismus, ut per adjectivum numeralem enunciative, ita per vocem ποσαπὸς; vel πόστος; interrogative efferri possit. E. G. Quando quis rogat: *Quot collegas habuit imperator?* Gr. Ποσαπὸς ἐστρατήγει; sive, Πόστος ἐστρατήγει αὐτός; Hoc certe Latinis concessum est. Ita enim Horatius scribens ad Torquatum in fine epistolae eum ad coenam vocat, rogatque, ut rescribat, quot convivas simul cum ipso vocari velit.

*Tu, QUOTUS esse velis, rescribe, - - -*

i. e. *Rescribe* vel, *quot sodales una tecum vocari velis*, vel, *quot umbras adducas.* Quomodocunque intelligas, vocula *quotus* Graecorum idioma plane exprimit. Gr. Σὺ δὲ πόστος ἂν θέλοις εἶναι αὐτὸς ἀντίγραφε. Certe ὀλιγοστὸς eadem ἰδιολογίᾳ dixit Berosus apud Joseph. Antiq. l. X, cap. 11. Αὐτὸς ὁρμήσας ὈΛΙΓΟΣΤΟΣ παρεγένετο διὰ τῆς ἐρήμου εἰς Βαβυλῶνα. *Ipse cum paucis per desertum properans Babylonem venit.* Ubi praecedens αὐτὸς non pertinet ad idioma locutionis, sed ad personam praemissam relatum, necessario in versione exprimi debet: neque enim citra expressum numerum adesse solet pronomen, id quod patet ex gemino ejusdem loco apud Joseph. contra Appion. pag. 1045. Ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ, καὶ φυγὼν ὈΛΙΓΟΣΤΟΣ συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. *Praelio victus, & fugiens cum paucis se Borsippenorum urbe clausit.*

# SECTIO III.

*De nominibus* [85] ἀποφρὰς, ἄνθρωπος, ἀρετὴ, ἀρχὴν, αὐτόφωρος.

## REGULA I.

Fasti, nefasti dies.

FASTI Romanorum dies, a Graecis δικάσιμοι & ἔνδικοι· nefasti vero ἄδικοι, & ἀποφράδες vocabantur, voce composita ab ἀπὸ, *sine*, vel, *procul*, & φράζω, *loquor*. (quasi pro-

85 Praemitto, ἀγαθὸς, ἄκρος, ἄλλος, ἄμφω, ἀνὴρ, quemadmodum & in sequentibus alia suo loco εὐταξίας ergo addam, quorum mihi notandus usus visus est. Ac primum quidem Adjectivum ἀγαθὸς, praeterquam quod *bonum*, *peritum* &c. significat, quando cum praecedente Adverbio ὦ tam stricte conjungitur, ut unam vocem efficiat, in Vocandi Casu positum Latini per *Quaeso*, *Obsecro*, vel etiam *Age*, exponunt. Vide Plat. Gorg. pag. 491. lin. 25. Ἀλλ' ὦ 'γαθέ. *Sed o bone*, i. e. *quaeso* vel *agedum*.

Ἄκρος, *summus*, praeterquam quod Genitivum amat Personae vi comparationis, vel potius superlativi Partitivi, etiam rei, in qua quis dicitur esse summus vel praestantissimus, eundem Casum sequentem habet. Plat. Theaet. pag. 152. lin. 44. Καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος· τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος. *Et Poëtarum summi in utroque Poëtices genere: Comoediae quidem Epicharmus, Tragoediae vero Homerus.*

Adjectivum ἄλλος quosdam habet usus notandos.

I. Comparativorum naturam & constructionem sequens Generandi casum post se habet, qui Latine redditur per, *quam* vel *atque*. Ut Ἄλλο ὂν αἰσθήσεως ἐπιστήμη, apud Plat. Theaet. p. 186. fin. *Aliud est scientia quam sensus*. Vel, *Diversa est a sensu scientia*. Quae etiam est structura adjectivi cognati ἕτερος. Eodem modo Latini suo adjectivo *alius* utuntur. Ita Horat. lib. 1. ep. 16. vs. 20.

*Neve putes ALIUM SAPIENTE BONOque beatum.*

II. Plurale Neutrum τὰ ἄλλα, positum ἐλλειπτικῶς redditur: *Aliis de caussis*. apud eundem Apol. Socr. pag. 41. lin. 25. Τά τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονέστεροί εἰσιν. *Etenim aliis de caussis sunt feliciores.* Pro eodem dicitur, Ἔς τ' ἄλλα & ἔς τε τὰ λοιπά. Pauf. Ach. p. 401.

III. Aliquando cum Nomine, imprimis regionis proprio, conjunctum, partitionem notat.

procul a verbis semoti,) quibus causae non disceptabantur. Lucianus eosdem vocat ἀπράκτους, *quibus agitur nihil*; ἐπάρατους, quasi *execrandos*, μιαρὰς, *sceleratos*, ἀπαισίους, *infaustos*.

II. Ἀποφράδες etiam ἄνθρωποι nuncupabantur, id est, *scelerati*: qui & μιάστορες, παλαμναῖοι, ἀλιτήριοι, ἀλάστορες, καθάρματα, ἐναγεῖς, ἐξάγιστοι, ἀποτρόπαιοι, qui a Latinis *sacrilegi* plerumque nuncupabantur. Caeterum vox ἀλιτήριος, cum gignendi casu jungitur, ejus, aut Numinis, cujus sacer aliquis erat, aut rei cujus pestis esset: ut ἀλιτήριος τοῦ Διὸς, *Jovi sacer*: ἀλιτήριος τῆς πόλεως, *reipublicae pestis*: ὦ τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριε, *o Graeciae pestis*.

Ἀποφράδες, scelerati. Ἀλιτήριος.

[De

tat. Sic Σικελία ἡ ἄλλη· *Reliquae Siciliae partes*, apud Plat. ep. 8. pag. 357. lin. 6. similiter apud Thucyd. l. 1. c. 114. in fine: Καὶ Ἀθηναῖοι πάλιν ἐς Εὔβοιαν διαβάντες, Περικλέους στρατηγοῦντος, κατεστρέψαντο πᾶσαν· καὶ τὴν μὲν ἄλλην ὁμολογίᾳ κατεστήσαντο, Ἑστιαίας δὲ ἐξοικίσαντες, αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον. *Et Athenienses rursus in Euboeam trajicientes, Pericle duce, omnem in suam potestatem redegerunt: & reliquas quidem ejus partes certis conditionibus in fidem acceperunt: sed, Histiaeensibus sede sua pulsis, ipsi regionem tenuerunt.*

IV. Ἄλλοτε ἄλλος, sive, ἄλλος καὶ ἄλλος dicitur ille, qui sibi non constat, sed variabilis est. Hinc Plato in Gorg. pag. 482, lin. 9. Ἄλλοτε ἄλλων ἐστὶ λόγων. *Modo hoc ait, modo illud.* Aristid. pro IVviris, pag. 393. Οἱ δ' ἄνδρες ἄλλοι καὶ ἄλλοι παρὰ τοὺς χρόνους. *Hominum mores pro variis temporibus variantur.*

Habet vocabulum ἄμφω hoc peculiare, quod, ubi duorum mentio fit, in Neutro Genere absolute, nulla casus ratione habita, adjungitur sententiae, sic ut omnino pendere videatur. Ita Q. Calaber, παραλειπ. lib. I, vs. 20.

Ἤλυθε Πενθεσίλεια, Θεῶν ἐπιειμένη εἶδος,
ΑΜΦΩ, καὶ στονόεντος ἐελδομένη πολέμοιο,
Καὶ μέγα αἰδομένη στυγερὴν καὶ ἀεικέα φήμην.

*Venit Penthesilea, Dearum praeferens speciem, quam luctuosi belli desiderium incesserat, una cum pudore odiosae turpisque famae.* Potest intelligi παθοῦσα, vel huic simile. Similiter Orpheus de Lapidibus in Chabazio:

ΑΜΦΩ γὰρ, καὶ νοῦσον ἀναψύχεις πυρόεσσαν,
Καί μοι σκορπιόθεν βεβλημένῳ ἦρα κομίζεις.

*Utrumque enim* (sc. *praestas*,) *& morbum refrigeras ignitum, & mihi a scorpio vulnerato opem fers.* Eandem structuram sequitur cognatum ἀμφότερα, ut in illo Platonis, Gorg. pag. 524. lin. 20. Εἴ τινος μέγα ἦν τὸ

[De hac voce ἀποφρὰς [86] vide Luciani Pseudologistam, sive περὶ τῆ ἀποφράδος.

Ἄνθρωπος foemina. De dictione ἄνθρωπος observandum, quod aliquando significet *foeminam*, licet rarius. Dionys. Halicarnass. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Γυμνὴν τὴν ἄνθρωπον ἰδεῖν. *Nudam videre hominem*, id est, *foeminam:* scilicet Candaulis uxorem. [87]

Ali-

τὸ σῶμα φύσει, ἢ τροφῇ, ἢ ἈΜΦΟΤΕΡΑ. *Si cujus magnum esset corpus, vel natura, vel alimento, vel utrumque*, pro, *utroque*.

Vocabulum ἀνὴρ junctum substantivo hominis, studium vel artem aliquam exercentis, in versione Latina commode omittitur. Ut, Λατόμοι ἄνδρες apud Q. Calabr. *Lapicidae*. Βυκόλος ἀνήρ. *Armentarius*. Apud eundem lib. VI, vs. 347. Eodem modo ἄνθρωπος construitur. V Luc. II, 15. Et Matth. XVIII, 23. Deinde, quemadmodum ἄνθρωπος, etiam ponitur pro τὶς, *aliquis;* quod tamen magis Poëticum est. Theogn. vs. 199.

Εἰ δ' ἀδίκως παρὰ καιρὸν ἈΝΗΡ φιλοκερδέϊ θυμῷ
Κτήσεται. - - -

*Si quis vero injuste praeter tempus avaro animo paraverit*. Hom. Il. E, vs. 770.

Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς ἈΝΗΡ ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν·

*Quantum late patentis aëris spatium oculis aliquis perlustrat*. Habet etiam hunc usum nomen *vir* apud Latinos, suaviorem tamen, si cum altero diverso casu jungitur. Horat. lib. III, od. I.

*Est ut VIRO VIR latius ordinet*
*Arbusta sulcis*. - - -

Quod tamen poëtis, quam oratoribus convenientius.

86 Moeris Attic. Ἀποφράδες ἡμέραι Ἀττικῶς· ἐν αἷς τοῖς κατοιχομένοις χοὰς ἐπιφέρουσιν· ἢ αἱ πρὸς πράξεις ἀνεπιτήδειοι. ἀπηγορευμέναι δὲ πρὸς πράξεις, Ἑλληνικῶς. i. e. *Nefasti dies. Attice, quibus mortuis libamina offerunt: vel qui ad actiones non sunt idonei, Communiter: Quibus nefas agere*. Ita Hesychius. Ἀποφράδες ἡμέραι ἑπτὰ, οὕτως ὀνομαζόμεναι, ἐν αἷς ἐναγίζουσι τοῖς νεκροῖς· μεταφέρουσι δὲ τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τοὺς πονηρούς. ἢ ἀπαγορευόμεναι πρὸς τὰς πράξεις. i. e. *Nefasti dies septem, ita dicti, quod illis parentant mortuis. Transfertur etiam vocabulum ad sacrilegos: Vel etiam dicti, quia bis nefas agere*. Ex quibus verbis clare patet triplex hujus vocis notio.

87 Non adeo raro: exempla enim passim obvia. Adi Plutarchum de Aud. Poët. pag. 26. lin. 47. ubi sermo est de Agamemnone Chryseida dimittente: Οὗτος δὲ αὐτὸς εἰς τὴν ναῦν ἐμβιβάζων καὶ παραδιδοὺς καὶ ἀποπέμπων τὴν ἄνθρωπον. *Hic autem ipse eam navi imponens & tradens & dimittens*. &c. Et Athen. lib. XIII. pag. 576. Adde

Digitized by Google

Aliquando de *viro* κατ' ἐξοχὴν dicitur, & opponitur foeminae, non quidem adverse, sed relate: ut AEschines, Ἄνθρωπος καὶ γυνή· *Vir & foemina.* Sic Matth. 19, 10. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι· hic ἄνθρωπος ponitur pro *viro*, quem ἄνδρα Graeci κυριολέκτως nuncupant. Vir, id est maritus.

Interdum ἄνθρωπος vertitur *quidam:* ut Marc. XII, 1. Ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος· *quidam vineam plantavit.* ] Quidam.

III. Ἀρετὴ [88], apud Thucyd. maxime, usus aliquot observandos habet. Primo, sumitur pro *benignitate*, *beneficentia*, *liberalitate*, ut lib. 2. Καὶ τὰ ἐς ἀρετὴν, ἠναντιώμεθα τοῖς πολλοῖς. id est, *Praeterea, benignitatem quod attinet, alia longe nostra, quam vulgi hominum, ratio est.* Sequitur enim, οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες, κτώμεθα τοὺς φίλους, id est, *nec enim accipiendis, sed dandis ultro beneficiis, amicos paramus.*

Et paulo post clarius, ὁ δ' ἀντοφείλων, ἀμβλύτερος· εἰδὼς οὐκ εἰς χάριν, ἀλλ' ἐς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων· id est, *At referendae gratiae debitor, minus alacer est, quod sciat, eam se beneficentiam rependere, non cui habendae gratiae sint, sed qua contractum nomen dissolvat* [89].

IV. Secundo, affini admodum acceptione, humanitatem cum pietate conjunctam significat, qua laborantibus ultro succurrimus. Idem eodem lib. [90] ubi diram luem, quae Athenis incubuerat, luculente describit. Καὶ μάλιστα (sup. διεφθείροντο) οἱ ἀρετῆς τι μεταποιούμενοι· αἰσχύνῃ γὰρ ἠφείδουν σφῶν αὐτῶν. id est, *Maxime vero* (sub. *interibant*) *qui humanitatis ac pietatis sensu ducebantur: eos enim sibi parcere suppudebat.* Sic lib. 4. c. 86. Brasidas, Acanthios ab Atheniensibus abducere dum conatur, metum illis omnem amittendae libertatis eximit,

de Demosth. pro corona, pag. 518. lin. 43. AElian. Var. H. lib. XIII. cap. 33. Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V, non longe ab initio.

88 Ἀρετὴν Socrates apud Platonem in Cratylo significare primo dicit εὐπορίαν, i. e. *facilem & expeditam rerum & consiliorum facultatem.* Deinde λελυμένην τὴν ῥοὴν τῆς ἀγαθῆς ψυχῆς. i. e. *Solutum, & quasi secundo alveo manantem bonae animae fluxum.* Loca Thucydidis invenies lib. II, Cap. 40.

89 Sic pro *Deorum benignitate*, dixit *Deorum virtute* Plaut. in Mil. glor. III, 1, 82. *Deûm virtute, ut transeuntem hospitio accipiam, est apud me comitas.* Et paulo post: *Nam mihi Deûm virtute, dicam propter divitias meas Licuit uxorem dotatam genere summo ducere.*

90 Cap. 51.

91 De

mit: alioqui enim, αὐτοὶ ἂν, inquit, φανοίμεθα ἰχθίονα, (sup. ἀρχὴν) ἢ ὁ μὴ ὑποδείξας ἀρετὴν, καταλάβωμεν, id est, *infestius palam imperium nobis pararemus, quam qui nullam omnino virtutem* (id est, *nullum in conservanda, vel asserenda Graecorum libertate studium*) *ostenderunt*. Profitebantur enim Lacedaemonii, se Graeciam ab Atheniensium tyrannide liberare velle.

V. Tertio, nominis celebritatem & gloriam significat. Idem lib. 1 ubi Corcyraei Atheniensium opem efflagitant, cujus ea sit opportunitas, ἡ φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς ἀρετὴν, οἷς δὲ ἐπαμυνεῖτε, χάριν, ὑμῖν δ' αὐτοῖς ἰσχὺν· id est, *quae cum apud homines gloriam conciliet, tum etiam eos, quorum defensionem suscipietis, obstringat beneficio, vobis denique novam potentiam novasque vires adjungat.*

VI. Quarto, quod minus rarum est, de bonitate cujusque rei propria dicitur, ut de bonitate soli. Thucydid. initio lib. 1. Διὰ γὰρ ἀρετὴν γῆς, αἱ δυνάμεις τισὶ μείζους ἐγγινόμεναι, στάσεις ἐνεποίουν id est, *Nam propter soli bonitatem, opes nonnullorum auctae seditiones excitarunt*. Plat. de legib. Ἀρετὴ τῆς χώρας. *Soli bonitas, foecunditas* [91].

VII. Quinto, virtutis omnis & honestatis officium significat: ut apud eund. lib. 3. [92] Mytilenaei Lacedaemoniorum societatem expetentes, Περὶ γὰρ τοῦ δικαίου, καὶ τῆς ἀρετῆς πρῶτον τοὺς λόγους ποιησόμεθα. *Primum enim de aequi, & honesti officiis dicemus*. Hoc modo proprium cujusque officium, viri, mulieris, senis, adolescentis, magistratus, privati, ἀρετὴ optime dicitur. Sic idem Thucydid. lib. 2. Εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς, ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι. id est, *Quod si de mulierum officio, quae viduae nunc futurae sunt, mentionem fieri abs me oporteat.* ubi etiam notandum, ὅσαι, perinde ut αἱ, sequi post γυναικείας ἀρετῆς, ac si praecessisset γυναικῶν, ut paulo ante observatum est in appendice 3. ad articul. subjunctivum.

Τὴν ἀρχήν.

VIII. Τὴν ἀρχὴν, & τὸ κατ' ἀρχὰς, significat *initio*. Quod etiam rarius dicitur, ἀρχὴν, sine art. Xenoph. 7. expedit. Ὅσῳ γὰρ χαλεπώτερον, ἐκ πλουσίου πένητα γενέσθαι, ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι· καὶ ὅσῳ λυπηρότερον, ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι, ἢ ἀρχὴν μὴ

91 De bona corporis habitudine utitur Plato in Gorg. pag. 517. in fine. Ubi ait, Medicinam praestare caeteris artibus, διὰ τὸ εἰδέναι ὅ, τι χρηστὸν καὶ πονηρὸν τῶν σιτίων ἢ ποτῶν ἐστιν εἰς ἀρετὴν σώματος. *Quia novit, quid in cibis obsit vel conferat ad bonam corporis constitutionem.*

92 Loca Thucydidis extant lib. III. cap. 10. & lib. II, cap. 45.

93 Quan-

Digitized by Google

μὴ βασιλεῦσαι. *Quo gravius est, ex divite pauperem fieri, quam ab initio divitem non fuisse: quantoque molestius, ex rege privatum fieri, quam regem fuisse nunquam* ".

IX. In flagranti delicto deprehensus, dicitur, ἑαλωκὼς ἐπ' αὐτοφώρῳ, vel simpliciter αὐτόφωρος, vel περίφωρος, vel ἐπιπερίφωρος, a verbo Graeco φωρᾶν, quod est *luce palam deprehendere*. Conjunguntur autem tria ista cum verbo εἶναι, vel γίνεσθαι· ut, ὁ φεύγων ἐπ' αὐτοφώρῳ γενόμενος, id est, *reus in flagranti delicto deprehensus:* dicunt etiam ἁλίσκειν παρ' αὐτῷ τὸ ἀδίκημα. Ἐπ' αὐτοφώρῳ.

Φώρ, ὁ κλέπτης. Φωρίον, τὸ κλέμμα. Φωρᾶ τὸ κλέπτοντα καταλαμβάνω· ἀφ' οὗ τὸ ἐπαυτοφώρῳ, ἤγουν ἐπ' αὐτῇ τῇ κλεψίᾳ. Moschopul. περὶ σχεδῶν. Usurpatur igitur hoc vocabulum proprie de iis, qui in ipso furto sunt deprehensi, habentes in manibus, τὰ φωρία, quae furati sunt, a se ipsis proditi. Transfertur postea etiam ad alia facinora & scelera, in quibus quis deprehenditur. *Joh.* 8, 4. ἐπαυτοφώρῳ· *in ipso facto.* i. e. adulterio.

93 Quandoque ita fert sententia, ut τὴν ἀρχὴν exponatur, *prorsus.* Plat. Apol. Socr. pag. 29. lin. 21. Ὅς ἔφη, ἢ τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρο εἰσελθεῖν, ἢ, ἐπειδὴ εἰσῆλθον, οὐχ οἷόν τε εἶναι τὸ μὴ ἀποκτεῖναί με. *Qui dicebat, aut me prorsus non debuisse huc venire, aut, quandoquidem veni, me non posse non occidi.* Et sine articulo apud eundem in Gorg. pag. 478. lin. 24. Ἆρ' οὖν οὕτως ἂν περὶ σῶμα εὐδαιμονέστατος ἄνθρωπος εἴη ὁ ἰατρευόμενος, ἢ ὁ μηδὲ κάμνων ἀρχήν; *Itane, quod ad corpus attinet, felicissimus homo esset is, qui sanatur, an is, qui prorsus non aegrotavit?* Adde Sophocl. Philoct. vs. 1232. ubi Neoptolemo dicenti; *Vis eadem me bis terve repetere?* respondet Ulysses:

Ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην.

*Vellem ne semel quidem nec omnino audivisse.* Pausanias addit praepositionem ἐς in Laconicis pag. 211. lin. 16. Οὕτως οὐδὲ ἰσχυρὸν ἐστιν ἐς ἀρχήν. *Ita omnino absurdum est.*

Alia etiam est hujus voculae significatio, cum construitur cum praepositione κατὰ in quarto casu, sequente adverbio ὅτε. Sic Κατ' ἀρχὰς, ὅτε proprie, *Initio, quum.* elegantius vertitur, *Quamprimum.* Vid. Plat. ep. 3. pag. 310. lin. 19. Κατ' ἀρχὰς, ὅτ' ἦλθον, *Quamprimum venissem.*

# SECTIO IV.

*De Nominibus* ἀφορμὴ, δείλη, δῆλος, δίαιτα, δίκαιος, ἐξούλης, ἐπίδοξος, ἔργον, ἐτεὸν, ἕτοιμος.

## REGULA I.

Ἀφορμὴ vis adversa fugiendi.

De hac voce ἀφορμὴ notanda quae sequuntur. Primum enim significat vim naturae quandam ad perniciosa fugienda; quemadmodum ὁρμὴ utilium appetentia est. Beatus Damascenus ait Christum ostendisse, ἐν τοῖς συστατικοῖς τῆς φύσεως, τὴν ὁρμὴν, ἐν δὲ τοῖς φθαρτικοῖς, τὴν ἀφορμήν· id est, *In iis, quae ad naturae conservationem pertinent, vim appetendi, in iis quae eandem perimunt, vim aversandi.*

Ἀφορμὴ. res familiaris.

Ἀφορμὴ, commoditas, occasio.

Ἀφορμὴ, pecunia Trapezitarum.

II. Secundo apud Atticos idem est quod res familiaris, & domestica: [94] imo & ars quaelibet tolerandae vitae idonea, quam alii passim Graeci, maximeque recentiores, προβολὴν εἰς τὸ ζῆν vocant: ut μηδεμίαν ἀφορμὴν ἔχει τοῦ βίου, id est, quod vulgo dicitur, *il n'a aucun moyen de vivre.* Hinc pro opibus, subsidiis, & commoditatibus sumitur. Cicero, *Amicitia*, inquit, *plurimas & maximas commoditates habet*, ἡ φιλία πλείστας ἔχει καὶ μεγίστας ἀφορμάς. Itemque pro occasione rei gerendae, quae inter praecipuas commoditates numerari solet: ut τοιαύτας λαβὼν τὰς ἀφορμὰς καὶ τὸν ἀντίδικον ῥαδίως ὑποσκελίσαι, *ejusmodi nactus supplantandi adversarii occasiones.* Huc pertinet illud Demosth. Olynth. 2. Πολλῷ γὰρ πλείους ἀφορμὰς, εἰς τὸ τὴν παρὰ θεῶν εὔνοιαν ἔχειν, ὁρῶ ὑμῖν ἐνούσας, ἢ ἐκείνῳ. *Que vous avez beaucoup plus de moyens que luy, d'obtenir la bienveillance des Dieux.*

Ἐνθήκη, pro ἀφορμή.

III. Tertio, iisdem Atticis, pecunia erat, quae ad mensam dabatur, vel inde sumebatur: unde, quod Galli dicunt, *mettre de l'argent a la banque*, Graeci, ἀφορμὴν αὐτῷ παρασκευάζειν πρὸς τῇ τραπέζῃ· quam Graeci recentioris ἐνθήκην vocare solent; tametsi apud illos ἐνθήκη sit etiam id omne quod

94 Ita Xenoph. Memorab. lib. 3. pag. 786, in fine. Τοῖς ἑαυτῶν παισὶ καλλίους ἀφορμὰς εἰς τὸν βίον καταλείπουσι. *Liberis suis pulcriora ad vitam sustentandam subsidia relinquunt.* In hac acceptione non raro additur ἰδία. Demosth. pro Phormione pag. 601. lin. 6. Οὐδὲ τούτοις παρέδωκεν ἰδίαν ἀφορμήν. *Ne his quidem de suo quidquam dedit.*

96 De

quod reponitur, ac reconditur, ut sunt τὰ κειμήλια, *lautior, pretiosiorque supellex, & carior.*

IV. Quarto, idem penitus est quod ὁρμὴ, ut cum Plutarchus Homerum ait, πάντων ζώων ἀφορμὰς ἢ διαθέσεις ὑπογράψαι, id est, *omnium animantium affectiones & proprias conditiones expressisse.* Ἀφορμὴ, conditio.

Quinto, Budaeus existimat significare argumenta cujuscunque disputationis: sed meo judicio, ex locis iis, quae profert, intelligere quivis poterit, significare potius ejusdem argumenti, quas Graeci Rhetores περιστάσεις, Latini *adjuncta* nominant: v. c. cum Dionys. Halicarn. ait de Lysia Rhetore, ὅταν δὲ μηδεμίαν ἀφορμὴν παρὰ τῶν πραγμάτων τοιαύτην λάβῃ· sensus videtur hic, *Ubi vero nullam ejusmodi ansam ex rebus ipsis arripere potest.* Plutarchus in Homero etiam clarius, Πάσης δὲ διηγήσεως ἀφορμαὶ γίνονται, πρόσωπον, αἰτία, τόπος, χρόνος, &c. id est, *Omnes autem narrationis circumstantiae, sunt, persona, causa, locus, tempus,* &c. Verum tamen est ex illis adjunctis Rhetores novas argumenta cudendi occasiones arripere [95]. Ἀφορμὴ, circumstantia.

V. Δεί-

95 De Nomine βασιλεὺς, observa, illud praeter vulgarem *regis* denotationem, saepe κατ' ἐξοχὴν, imprimis apud Atticos, notare regem Persarum. Probent hoc duo exempla, alterum e Demosthene, alterum e Platone petitum. Ita ille in orat. de Rhodiorum libert. p. 81. lin. 5. Ὁρῶ δ' ὑμῶν ἐνίους, Φιλίππου μὲν, ὡς ἄρα οὐδενὸς ἀξίου, πολλάκις ὀλιγωρήσαντας. ΒΑΣΙΛΕ'Α δ' ὡς ἰσχυρὸν ἐχθρὸν, οἷς ἂν προέληται πολεμεῖν, φοβουμένους. *Video autem vestrum quosdam, Philippum quidem, ut hominem nullius pretii, saepenumero negligentes, REGEM vero [Persarum] ut potentem hostem, si quando bellum moliatur, formidare.* Hic in Gorgia pag. 524 prope finem, inquit: *Rhadamanthum omnium animas intueri, & cujus quaeque sit ignorare,* ἀλλὰ πολλάκις τοῦ μεγάλου βασιλέως ἐπιλαβόμενος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν βασιλέως, & quae sequuntur. *Sed saepe prebendens magni regis* [Persarum] *animam, vel alius cujusdam regis.* In exemplo priori diserte a rege Philippo rex Persarum distinguitur, nudo nomine βασιλέως: in posteriori ab aliis sub nomine τοῦ μεγάλου βασιλέως, praemisso articulo, certum illum regem significante. Et Magni cognomen Persarum regibus apud Graecos peculiare fuisse, docet nos Aristides, orat. in Romam pag. 352. Ἡ (scilicet τῶν Περσῶν ἀρχὴ) πάνυ ποιὲ ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐβεβόητο, καὶ ΜΕ'ΓΑΝ παρεῖχε τὸ ἐπώνυμον καλεῖσθαι τοὺς ἔχοντας αὐτὴν, ΒΑΣΙΛΕ'Α. *Persarum imperium maxime olim inter Graecos celebratum fuit, & ei, qui id teneret, MAGNI REGIS*

Δείλη, mane, vespere, meridie.

V. Δείλη absolute quidem tempus significat, quo lux, aut decrescit, aut paulo ante desiit, aut nondum coepit: ideoque pro crepusculo sumitur, tam matutino, quam vespertino. Saepe tamen jungitur cum nominibus, varias temporis differentias significantibus: nam δείλης ἑώας, est, *summo mane*, quod etiam ἀρχομένης ἑώας dicitur: contra δείλης ὀψίας, id est, *sero*, vel *sub vesperum*: δείλης μεσημβρίας, *sub meridiem*.

Δῆλος, φανερὸς cum participiis.

VI. Δῆλος, φανερὸς, & alia significationis ejusdem, [95] cum Participiis cujuslibet temporis eleganter conjunguntur, tumque resolvuntur per accusativum, & infinitivum, aut particulam ὡς, vel ὅτι, & indicativum: sic δῆλός ἐστι παρανομήσας, pro δῆλόν ἐστιν αὐτὸν παρανομῆσαι, *certum est eum contra leges fecisse*. Demosth. pro Corona, Φανεροὶ πᾶσιν ἦσαν, ἀναγκασθησόμενοι καταφεύγειν ἐφ' ὑμᾶς, id est, *Constabat omnibus, coactum eos iri ad vos confugere*: pro φανερὸν πᾶσιν ἦν αὐτοὺς ἀναγ-

*GIS cognomen tributum esse effe cit.* Hinc reprehenduntur Persarum reges apud Arrianum, lib. VII. de Exp. Alex. cap. 1. utpote qui immerito hoc sibi cognomen vindicarunt. Verba haec sunt: Τοὺς γὰρ δὴ Περσῶν καὶ Μήδων βασιλέας, οὐδὲ τοῦ πολλοστοῦ μέρους τῆς Ἀσίας ἐπάρχοντας, οὐ σὺν δίκῃ καλεῖν σφᾶς ΜΕΓΑΛΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΑΣ. *Persarum enim ac Medorum reges, ne multesimae quidem Asiae parti imperantes, immerito sibi nomen MAGNORUM REGUM vindicasse.* Alias additur τῶν Περσῶν, ut apud Dinarch. in Dem. pag. 96. lin. 26. Et alibi.

Βούλημα praeter vulgarem *voluntatis* significationem, etiam aliquando *mentem*, *sensum*, vel *scopum* alicujus dicti notat. Ita postquam Aristides, in Orat. pro Quatuorviris, pag. 423. verba Homeri exposuerat, addit: Τοῦτο γάρ μοι δοκεῖ τῶν ῥημάτων τὸ βούλημα εἶναι. *Huc enim verba ejus tendere mihi videntur.*

Substantivum Βίᾳ praeter *violentiae* significationem etiam in Dandi Casu positum Genitivum post se requirit, & redditur *Invitus*. Thucyd. lib. I, cap. 43. Βίᾳ ἡμῶν *Nobis invitis.* Plut. in Caes. p. 719. Τὴν μὲν Ἰουλίαν ΒΙΑΙ ΤΩΝ ΔΗΜΑΡΧΩΝ ἀράμενον τὸ πλῆθος εἰς τὸ Ἄρειον ἤνεγκε πεδίον. *Juliam invitis tribunis plebis populus in campum Martium extulit.*

96 Sunt tamen diversae significationis Adjectiva, quae hoc modo licet rarius cum Participiis junguntur. Ita eleganter dicas: Ἀμείνων εἰμὶ σιγῶν ἢ πολλὰ λαλῶν. *Melior sum tacens quam multa loquens.* Pro *melius est*, sive, *praestat mihi tacere, quam multa loqui.* Exemplum auctoritate firmabimus infra ad Cap. VI. Sect. 1. reg. 13. Eodem modo construitur δίκαιος, paulo post, reg. 17. & ἐπίδοξος, reg. 10.

97 Di-

Digitized by Google

ἀναισχυνθήσεσθαι κατὰ φ. &c. Sic compositum & privativum ἄδηλος, ut apud eund. Demosth. in Midiam, Ἔστι δ' οὐκ ἄδηλος ἐρῶν. *Dubium non est, quin dicturus sit*; pro οὐκ ἄδηλόν ἐστιν, ὡς ἐρεῖν [97].

[Δίαιτα non solum est τρόπος τοῦ βίου, *vitae degendae ratio*; sed etiam τόπος. ἀνδρωνῖτις, δίαιτα τῶν ἀνδρῶν, ut γυναικωνῖτις, γυναικῶν. Sic Plutarchus τὰς τῶν θεραπόντων διαίτας famulorum cubicula dixit. Plin. ep. lib. 2. ep. 17. *Hinc turris erigitur, sub qua diaetae duae.* ἐνδιαίτημα *a Lodg*: Pontus est ἐνδιαίτημα τῶν ἰχθύων· στρατόπεδον *castra*, ἐνδιαίτημα τοῦ στρατοῦ. Schol. AEschyl.] Δίαιτα cubiculum.

VII. Δίκαιος, eodem fere modo usurpatur, quo δίκαιον, vel ἄξιόν ἐστι· ut, δίκαιος εἶ κἂν ἅπαξ ἀντευεργετεῖν τόν σε πολλάκις εὐεργετήσαντα· pro δίκαιόν ἐστί σε, id est, *aequum est, cum tot ejus erga te meritis, unum saltem beneficium abs te compensari.* Demosthenes pro Cor. Τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν. verbat. *Hujus causam hic est justus habere*, id est, *aequum est in istum hujus rei culpam omnem conferri.* Δίκαιός ἐστιν, debet.

VIII. Δίκαιον κατηγορεῖν, Dem. in Leptinem, accipere videtur, pro τὸ ἄδικον ἐλέγχειν, *injustitiam coarguere*: sic enim ille: Πάνυ ἀχθοίμην ἄν, εἰ τοῦτο μόνον δόξαιμι δίκαιον κατηγορεῖν τοῦ νόμου. *Ferrem admodum moleste si hoc uno legis hujus injustitiam coarguere posse viderer*, vel, *hoc solum jus adversus legem afferre*: nam τὰ δίκαια, sunt jura, & rationum atque argumentorum momenta, seu defensionum capita. Δίκαιον κατηγορεῖν.

['Εγκύκλια παιδεύματα, *liberales artes.* Plutarchus in aureo isto libello περὶ παίδων ἀγωγῆς· Δεῖ τοίνυν τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον μηδενὸς μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων, μήτε ἀνή- 'Εγκύκλια παιδεύματα, liberales artes.

97 Dicitur etiam Δῆλός ἐστιν, ὅτι vel ὡς ποιεῖ. Exemplum exhibet Plato in Euthyph. pag. 14. lin. 20. Ἀλλὰ γὰρ, ὡς οὐ πρόθυμός με εἶ διδάξαι, δῆλος εἶ. *Sed apparet, te non esse promptum*, vel, *quam non sis promptus ad me docendum.* Similiter construitur contrarium ejus ἄδηλος cum εἰ dubitativo. Plut. in Caes. p. 710. Οἷς εἰ μὲν κρύφα παρεῖχέν τι θάρσους καὶ δυνάμεως ὁ Καῖσαρ, ἌΔΗΛΟΝ ἘΣΤΙΝ. *Quibus* [*Lentulo & Cethego*] *utrum confidentiae quid aut virium Caesar ministraverit, non constat.* Rarum admodum est, quod Aristophanes τὸ δῆλος εἶ addat non Participio, sed alii verbo. Ita enim ille in Avibus, vs. 1408. Καταγελᾷς μου δῆλος εἶ. pro, καταγελῶν. *Irrides me, manifestus es.* Pro: *Irrides me manifeste.*

98 Pag. 7.

 99 Ora-

ἀνήκοον, μήτε ἀθέατον ἐᾶν εἶναι, &c. *Oportet igitur ingenuum adolescentem nullam disciplinarum, quas vocant, liberalium, inauditam, incognitamque praeterire:* ubi interpres ob vulgarem usum, ἐγκύκλια dici videtur asserere: vel idcirco fortasse, quod universim *totum artium* κύκλον, ab ovo, quod dicunt, ad mala, a Grammatica & Logicis, quas in scholis vocant, disciplinis, & deinceps Mathematicas complecterentur. Has simul connexas Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Fabius lib. 1. *orbem disciplinarum* vertit: Seneca ep. 88. ἐλευθερίας artes nominat. Hor. in arte poetica,

*Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem.*

Per *orbem patulum* poëma κύκλος dictum intelligit, quod Cyclicus ille scriptor τὰ Ἰλιακὰ κύκλῳ scripserit, quasi a gemino ovo, belli Trojani reliqua καθολικῶς universe complectens: *vilem* vocat, quia projecti est animi κατὰ πλάτος καὶ παχυλῶς docere. Schottus Obs. Hum. II, 1.]

Ἐξούλης δίκη. Judicium unde vi.

IX. Ἐξούλης δίκη, verbatim, *expulsionis judicium*, Latinis, *judicium unde vi.* Sic vocabatur Athenis judicium publicum, in gratiam ejus constitutum, qui missus in bonorum quorundam possessionem, ea per vim a debitore pellebatur: a verbo ἐξείλλω, id est, *ejicio*; licet apud Suidam legatur ἐξίλλω, per simplex ι, apud Harpocrationem ἐξέλλειν, [apud Hesych. ἐξούλλειν, ὅ ἐστιν, ἐξωθεῖν καὶ ἐκβάλλειν.] Demosth. in Midiam, Τί δή ποτε, ἄν τις ὀφλὼν δίκην μὴ ἐκτίσῃ, οὐκ ἐποίησε τὴν ἐξούλης δίκην ἰδίαν, ἀλλὰ προστιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ; *Cur tandem, si quis damnatus judicio, mulctam indictam non solveret, judicium unde vi privatum esse noluit* (legislator) *sed eum jussit aerario publico solvere?*

Metaphorice & eleganter Aristides in Panathen. Οὐκοῦν ἐξούλης γε μόνοις ἡμῖν, εἰ οἷόν τέ ἐστιν εἰπεῖν, οὐδ᾽ ἂν εἷς λάχοι τῆς γῆς, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῆς μητρός τινι. *Quare solis quidem nobis, si ita loqui fas est, nemo hujus terrae causa, judicium unde vi jure intenderit, nihilo sane magis, quam alicui matris suae causa.* Loquitur de Atheniensibus, qui αὐτόχθονες essent, nec aliunde primum eam in regionem immissi.

Ἐπίδοξος, ἐνδόξησιν.

X. Ἐπίδοξος eleganter is dicitur, de quo vulgo aliquid opinentur, adeoque cum infinitivo jungitur, non tantum in futuro, sed etiam in praesenti, & aoristo, sed tamen cum significatione futuri: ut, ἐπίδοξός ἐστι μάλα ὀξέως ἅψεσθαι τοῦ καιροῦ, *eum opinantur oblatam occasionem avide arrepturum.* ἐπίδοξός ἐστιν, ὧν ἤδη πέπονθεν, πλείω ἔτι καὶ δεινότερα παθεῖν, *illum existimant, plura adhuc atque graviora, quam quae passus est, deinceps esse passurum.*

XI.

Digitized by Google

XI. Ἔργον, id est *opus*, aliquando sumitur pro lucro ex pecunia foeneratitia proveniente. Demosthen. adversus Aphobum, [99] Τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν (supple ταλάντων) πεντήκοντα μναῖ, τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου. id est, *Lucrum autem ex illis talentis proveniens, minarum quinquaginta est, in annos singulos*. Vide infra, Sectione 13 Regula 5. Aliquando *munus*, & *officium* est: ut τὸ λοιπὸν δὴ ἔργον ἡμέτερον, ἀνδρείως κελεύειν περὶ ὅλων· *quod superest, nostrarum jam partium fuerit, de summa rerum fortiter dimicare*: quo in exemplo notandum, elegantius sine verbo ἐστὶν usurpari [1]. Ἔργον, lucrum. Ἔργον, officium.

Aliquando pro ἐργῶδες sumitur, ut opus apud Virgilium 6. AEneidos. *Hoc opus, hic labor est*. Aristoteles 6. de historia Animalium, Ἔργον μὴ συνήθει ὄντι, καταμαθεῖν ταῦτα, id est, *Difficile est rerum istarum insolenti, eas perdiscere*: ubi etiam absque verbo usurpatur, licet verbum adjungi possit. Ἔργον, difficile.

XII. Aliquando τὰ ἔργα in plurali, significant *loca culta*. Ἔργα, loca culta.

99 Oratione I, pag. 548.

1 Hinc Philippus, fusis ad Chaeroneam Atheniensibus, ne hac victoria elatus, contumeliosius se jactaret, voluit, ut quidam ex pueris singulis diebus mane se hominem esse moneret, καὶ προσέταξε τῷ παιδὶ τοῦτο ἔχειν ἜΡΓΟΝ. *Et hoc officium injunxit puero*. narrante AEliano V. H. l. VIII. c. 15. Hinc, σὸν ἔργον, ubi aliquid imperamus, sive aliquem hortamur, cum imperativo orationi inseritur, & non male redditur, *Hoc age*. Ita Aristoph. in Avibus.

Ἱερεῦ, σὸν ἔργον, θύε τοῖς καινοῖς θεοῖς.

*Sacrifice, hoc age, sacrifica novis Diis.*

Hinc redditur *Decet*. Aristoph. Lysistr. vs. 615.

Οὐκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν, ὅστις ἔστ' ἐλεύθερος.

*Non amplius decet dormire, quicunque est liber.*

Non plane absimile est, cum in quibusdam occasionibus accipitur pro ἔθος Ita AEschines, Epist. XII. Ὑμεῖς οὐδὲν ἀλλ' ἢ Ἀθηναίων ἔργον, ἐλεήσαντες αὐτοὺς καὶ χαρισάμενοι, ἐποιήσατε. *Nihil aliud fecistis, quam Atheniensium morem*: hoc est: *plane, ut Atheniensium mos est, fecistis, quum illorum miserti estis, illisque condonastis*. Similiter in malam partem AElian. V. H. lib. IX. cap. 24. Συβαρίταις πᾶσιν ἜΡΓΟΝ ἦν τρυφᾶν. *Omnium Sybaritarum opus*, h. e. *consuetudo erat genialiter vivere*. Quo sensu non raro ipsum nomen ἔργον dissimulatur. Ita Aristid. orat. Leuctr. II. pag. 92. init. Ἠδικοῦμεν ἂν ὡς ἀληθῶς, καὶ οὐχ ἡμῶν ἐποιοῦμεν. *Injuste ageremus re vera, nec pro nostro more faceremus*.

ta, & *arva*. Ita Xenoph. passim. In Κυνηγετ. ² Τὰ μὲν ὄρη οἷόν τε ἐστι καὶ ἰχνεύειν καὶ μεταθεῖν καθαρῶς· τὰ δὲ ἔργα οὐδέτερα, διὰ τὰς τρίμμους. id est, *Montes & pervestigari, & transcurri sine offensione possunt: arva neutrum patiuntur, ob tramites limitesque crebros.* Contra ὀργὰς, ἄλσος, id est, ἄνετος γῆ, *terra inculta*, qualis est saltus.

Ἔργα ἀργύρεια, argenti-fodinae. Ἔργα ἀργύρεια, vel ἀργύρια apud Demosth. Chers. sumi videntur pro *argenti fodinis*, cum ex Ulpiano loquatur de Laurio, qui locus erat, ἔνθα ἄργυρος τίκτεται· quae una voce ἀργύρεια Xenophonti dicuntur 2. Memorab. & ἀργυρεῖα passim. Male sumunt nonnulli pro *vasis*, *ac poculis argenteis*, de quibus infra, Sectione 13. Reg. 7. ubi de nomine χρυσός ³.

XIII.

2 Pag. 978.

3 Habet & alios usus observatione dignos, quos non abs re fuerit addere. Construitur cum substantivo per appositionem, sequente verbo, γίγνεσθαι, ubi res aliqua dicitur ad effectum perduci, ut apud Plutarch. qui ita in Caesare pag. 739. Ὁ δὲ δεξάμενος τὸν φόνον ἐκεῖνον χῶρος. . . . . παντάπασιν ἀπέφηνεν, δαίμονός τινος ὑφηγουμένου καὶ καλοῦντος ἐκεῖ ΤῊΝ ΠΡΑ͂ΞΙΝ ἜΡΓΟΝ ΓΕΓΟΝΈΝΑΙ. *Locus, ubi illa caedes [Caesaris] patrata est, manifesto est argumento, ductu alicujus Numinis [eum illuc tanquam] vocantis negotium esse confectum.* Aliquando, licet raro, nomen hoc ἔργον cum verbo, γίγνεσθαι constructum non tantum usurpatur, cum aliquis dicitur aliquid effectum dare, sed etiam aliud admittit substantivum, secum casu conveniens addito dandi casu personae agentis. E. G. Lucian. Dem. encom. pag. 904. Πρὶν ἢ τὴν ὙΠΌΣΧΕΣΙΝ ἜΡΓΟΝ ΣΟΙ ΓΕΝΈΣΘΑΙ. *Priusquam* (ita ad verbum) *promissum opus tibi fiat.* i. e. *Priusquam promissum praestiteris.*

Cum eodem verbo γίγνεσθαι, si quod substantivum addatur in secundo casu, redditur Latine per solum Ablativum, substantivo ἔργον omisso. Exemplum habet idem Lucianus ibid. pag. 910. Τάχα τῆς ὑμετέρας ΓΕΓΟΝΕΝ ἜΡΓΟΝ ὀλιγωρίας. Non amant Latini dicere: *Forsan opus negligentiae vestrae est*, sed pro eo: *Forsan hoc vestra negligentia factum est.* Non plane absimile est illud AEliani lib. VII. cap. 2. in fine. Βιαίου θανάτου ἔργον ἐγένοντο. *Violentae mortis opus facti sunt.* id est: *Violenta morte perierunt.*

Praeterea non tantum peculiariter usurpatur de bello, ut Τρωϊκὸν ἔργον *Bellum Trojanum:* apud Arrian. Exp. Al. lib. 1. c. 11. in fin. sed etiam, si quid magnum vel calamitosum acciderit, & praesertim novissime. Ibidem cap. 10. postquam narraverat, quomodo Alexander Thebas oppugnavisset, cepisset

Digitized by Google

XIII. Ἐτεὸν, quod ex ſe *verum* ſignificat, adverbialiter ſumptum ſaepe παρέλκει apud Poëtas, maxime Comicos, explicarique poteſt per *tandem obſecro*, gallice, *en verité*, *en bonne foy*: idque fere interrogando. Ariſtoph. Nubib. ſub fin. Socratem inducens, Strepſiadi, e ſummo tecto domum ejus incendenti, loquentem: Οὗτος, τί ποιεῖς ἐτεὸν οὑπὶ τῦ τέγυς. id eſt, *Heus tu, quid agis rerum, obſecro, iſtic ſupra tectum?* Ἐτεὸν abundat in orat.

XIV. Ἕτοιμος, *promptus, paratus*; uſum aliquem habet, quo ſumitur pro eo, quod eſt *velut in penu repoſitum*, unde facile promi poſſit: idque duobus fere modis: Ἕτοιμος, a part.

Primo ſine ulla praepoſitione. Plutarch. in AEmil. [4] Καθάπερ οἱ μαςοὶ τῶν γυναικῶν, ὐχ, ὥσπερ ἀγγεῖα, πλήρεις εἰσὶν ἐπιῤῥέοντος ἑτοίμυ γάλακτος· *Quemadmodum ubera mulierum, non vaſorum inſtar, plena ſunt affluente ac velut repoſito lacte.* Ibid. Οἱ πιδακώδεις τόποι ἐκ ἔχυσι κόλπυς, ῥεύματα ποταμῶν τοσύτων ἐξ ἑτοίμης καὶ ὑποκειμένης ἀφιέντας ἀρχῆς. *Scaturientiæ*

piſſet & ſolo adaequaviſſet, ſubdit, quoſdam Thebanos veniſſe ad Athenienſes ἐξ αὐτῦ τῦ ἔργυ. *Ex ipſa clade*; vel, *Illico poſt acceptam cladem.* Eodem modo, quoniam inter res a Miltiade geſtas, pugna Marathonia nihil clarius, eadem haec vocatur κατ᾽ ἐξοχὴν, ἔργον. Pauſ. in Achaicis pag. 425. Ἀθηναίων βύλευμα πρὸ τῦ ἜΡΓΟΥ τῦ ἐν Μαραθῶνι μιμύμενος. *Athenienſium conſilium (quod ceperant) ante pugnam illam Marathoniam imitatus.* In malam partem facinus denotat. Thucyd. lib. II. cap. 29. Καὶ τὸ ἜΡΓΟΝ τὸ περὶ τὸν Ἴτυν αἱ γυναῖκες ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἔπραξαν. *Et facinus illud in Ityn mulieres in hac terra perpetrarunt.* Monendi praeterea tirones, ut veram hujus nominis verſionem ex praecedentibus conjiciant. V. C. Quum Alexander (apud Arrianum) praemittit, qui Mallorum urbem obſidione tenerent, mandans ſimul, ἜΡΓΟΥ μὴ ἔχεσθαι, ἔς᾽ ἂν ἀφίκηται αὐτός, facile ex re ipſa conjici poteſt, ἔργον vertendum eſſe per *oppugnationem* ita; *Ne oppugnationem aggrederentur, donec advenerit ipſe.*

Adhaec μέγα ἔργον per Appoſitionem Nomini cuipiam additum rei magnitudinem ſignificat. Ita eleganter Hom. Il. Ε. vſ. 303.

--- Ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Τυδείδης, ΜΕΓΑ ἜΡΓΟΝ.
*Lapidem vero prebendit manu*
*Tydides, ingentis magnitudinis*, vel, *ponderis.*

Dixere etiam pro eodem, μέγα πρᾶγμα, μέγα χρῆμα, De quibus vide ſis infra ſuis locis.

4 Uterque Plutarchi locus extat pag. 262.

 6 Se-

*entia loca sinus aliquos non habent, qui tantorum fluviorum cursus ex innato quodam interiusque reposito fonte profundant.*

Ἐξ ἑτοίμου.

Secundo, cum praepositione & gignendi casu. Isocr. ad Phil. Στρατιώτας ἐξ ἑτοίμου λήψῃ τοσούτους· id est, *Tot milites, sic tanquam e penu expeditos, promptosque sumes.*

Aliquando tamen ἐξ ἑτοίμου, videtur esse *sponte, ultro.* Xenophon. Ἐξ ἑτοίμου τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς φίλον εἶναι· *Sponte & naturali quadam propensione, bonorum ac proborum amicum esse.* Utrovis sensu illud Philonis, de legatione ad Caium sumi possit, Ἐξ ἑτοίμου τἀγαθὰ ἀθρόα σωρηδὸν κεκληρονομηκότα· id est, *Eum, qui bona sponte, quasi unum in cumulum coacervata, haereditario jure obtinuerat:* vel, *bona tanquam ex penu facile confertimque promenda.*

§ E-

5 Sectionem isthanc claudant duo vocabula, εὐώνυμος & θάτερον. Priore, cujus significatio propria est, *qui est boni nominis*, veteres, ad evitandum malum vocis omen, superstitiose admodum pro ἀριστερὸς, i. e. *sinister*, usi sunt: & Graeci v. c. in acie struenda *cornu dextrum* vocarunt δεξιὸν κέρας, utpote boni ominis; at *sinistrum cornu*, non ἀριστερὸν, sed pro eo εὐώνυμον κέρας dicebant, q. d. cujus infelicem appellationem Dii in melius omen vertant. Exempla quaere apud Arrianum de Exp. Al. lib. I. pag. 6. lin. 1. & 6. pag. 7. lin. 26. pag. 14. lin. 7. pag. 31. lin. 5, 19, & 34. & pag. 57. lin. 2, 4, & 7. Thucyd, lib. I. cap. 48. & lib. III. cap. 107. prop. fin. Atque haec vocabuli acceptio tanto valuit usu, ut postea citra superstitiosam cautionem hoc modo usi fuerint Graeci. Ita non semel occurrit in literis sacris. Adi Matth. cap. XX, 21. & 23. XXV, 41. XXVII, 38. Ubi de latronibus, qui una cum Christo cruci adfixi erant, εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων. *alter ad dextram, & alter ad sinistram.* Addatur Apocal. X, 2. Act. Apost. cap. XXI, com. 3. Caeterum de hac veterum sollicita cautione vid. Hudson. ad Thucyd. lib. I, cap. 126.

Vocabuli θάτερον, conflati ex τὸ ἕτερον, in dilemmatibus maximus est usus, praecedente δυοῖν. Et δυοῖν θάτερον, absolute dicitur & elliptice, subaudito ἀνάγκη, ἀληθές, σαφές ἐστι, aut simili. Nos totidem verbis dicimus, een van tween. Ita contra Platonem argumentatur Aristides, pro Quatuorviris, pag. 469. quem oratores adulationis accusare ait, & tamen unum Aristidem laudavisse: Verba sunt: Πάλιν δ' αὖ τῶν ῥητόρων ἕνα τῶν Ἀθήνησιν ἐπαινῶν . . . τὸν Ἀριστείδην, λέγω, καὶ ΔΥΟΙ͂Ν ΘΑΤΕΡΟΝ, ἢ μὴ προσήκοντα ἐπαινούμενοι, ἢ, κείνους δεικνύντα, ἃ μὴ προσῆκεν, ἀκηκοότας,

τας. *Rursus unum ex Rhetoribus Atheniensibus laudans, Aristidem, inquam. Hinc alterutrum constat, vel eum, quem non oportuit, esse laudatum, vel caeteros immerito male audivisse.* Haec verba nonnunquam mediae sententiae ita interferuntur, ut, iisdem sublatis, integer maneat sensus.

# SECTIO V.

## *De nominibus* ἵππος, ἱππογνώμων, ἴσος, καιρὸς, κακὸς, κάκωσις ἐπαρχίας, κλοπὴ τῶν δημοσίων, κοινὸς, καταρχῆς, κυρίᾳ, κύριος.

## REGULA I.

Ἵππος foeminino genere, pro *equitatu* sumitur: ἵππον πρόσηγαγε μυρίαν ὅσην, id est, *infinitam vim equitatus immisit.* Eadem vox in compositione, vim augentem & amplificantem habet. Sic enim ἱππογνώμων dicitur, qui *grandia statuit, & magnifice admodum de se sentit.* Sic apud Aristoph.[6] ἱπποβάμονα ῥήματα, id est, *grandia verba*, quae Horatio *sesquipedalia*, quasi non nisi equo vecta incedere videantur. Haec tamen, ac reliqua id genus, poëtica magis, quam oratoria sunt. — Ἵππος, foeminini generis. Ἵππος, in composit.

[Atque ita ἱππογνώμων idem esset quod μεγαλογνώμων sic Stephanus, eumque secuti alii Lexicographi, atque ipse Vigerus hoc in loco. Istius vero significationis exemplum non reperitur apud ullum probatum authorem. Extat quidem verbum apud AEschylum in Jaculatricibus, sed in alio sensu: — Ἵππος in voce ἱππογνώμων non est intendendi particula.

> Ἁδνῆν γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
> Λέκτρων ἀτρέπτη βλεμμάτων ῥέπει βολή·
> Νέας γυναικὸς τ' οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
> Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη·
> Ἔχω δὲ τούτων θυμὸν ἱππογνώμονα.

> *Purae tororum namque nuptialium*
> *Acies immota virgini defigitur.*
> *Nec me puellae lumina ardescentia*
> *Fallant, solent quae prodere expertam virum.*
> *Mens mi perita dignoscendi hujusmodi.*

Re-

6 In Ran. vs. 839. Quae & verba ἱππόκρημνα vocantur ibid. vs. 960. Idem paulo post ἱππαλεκτρυόνα nominat, quem nonnulli explicant *Magnum gallum.*

7 At-

Ἱππογνώμων, qui equorum aetatem ex dentibus dignoscit.

Rectissime Salmasius ad artem illam alludi autumat, qua ex dentibus aetas equorum dignoscitur. γνώμονες enim Xenophonti de re equestri sunt dentes equini ἡλικίας γνωρισικοὶ, *aetatis indices*, ut Pollux l. 1. c. 11. sect. 1. unde ἀγνώμονες & λιπογνώμονες equi, quorum aetas ex dentibus amplius cognosci non potest, postquam γνώμονας illos amiserunt. Sicut ergo γνώμονες hi in equis aetatem eorum produnt: sic etiam signa sunt, quibus virgines & nuptae discernantur, eaque in oculis plurimum sita. Horum autem peritiam sibi singularem arrogat is, quisquis est, qui apud Tragicum ista profatur. AEschylus in Agamemn.

Ἱππογνώμων simplex.

hanc vocem ἱππογνώμονα usurpavit pro simplici minimeque vafro: cujus vocabula haud pauca, e quibus & istud, H. Stephanus, aliique Lexicographi omiserunt. Hesychius ἱππογνώμονα vult dici τὸν ἵππους διαγινώσκοντα κυούσας, ἢ μή· *eum qui equas internoscit, foetaene sint, necne*. prior autem expositio magis arridet. neutra tamen τὸ ἵππος in voce ἱππογνώμων, pro intendendi particula agnoscit. Hoc autem, (aliaque ejusmodi plurima) animadversum est a Cl. V. *Tho. Gatakero* Theologo praestantissimo, & in Philologiae studiis κρατικωτάτῳ Adv. Misc. Posth. c. 10. p. 503.

Ἵππος & βοῦς intendendi particulae.

Ἵππος & βοῦς in compositione τὸ μέγα significant. εἰώθε γὰρ ἡ προσθήκη τῶν τοιούτων ζώων τὸ μέγεθος τοῦ ὑποκειμένου δηλοῦν, οἷον, βούλιμος, ὁ μέγας λιμός. βούπαις, ὁ μέγας παῖς. Etym. Magn [7].

Graeci

7 Atticum esse adfirmat Moeris. Βούπαις, Ἀττικῶς· Ἔξαχμος, Ἑλληνικῶς. Consentit Triclin. ad Sophocl. in Aj. vs. 232. additque de epitatico βοῦς, unicum tantum esse exemplum in βούπαις. De altero, ἵππος duo adfert: de ἱππογνώμων altum silentium. Sed ipsius hic verba addere non taedet. Ἱππονόμος γὰρ, inquit, ὁ τῶν ἵππων νομεύς· ἢ ἱππονόμους, τοὺς μεγάλους νομεῖς καὶ φύλακας τῶν ποιμνίων· ἵππος γὰρ τὸ μέγα παρ' Ἀττικοῖς, ὥσπερ καὶ τὸ βοῦς· καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς παράδειγμα τὸ βούπαις· τοῦ δὲ ἑτέρου τὸ ἱππόβινος καὶ ἱπποβούκολος. i. e. Ἱππονόμος *enim est agaso. vel*, Ἱππονόμους, *magnos pastores & custodes gregum. Nam* ἵππος *apud Atticos magnum significat, ut &* βοῦς: *bujus exemplum habemus in* βούπαις, *illius sunt* ἱππόβινος [*valde libidinosus*] *&* ἱπποβούκολος [*insignis equorum domitor.*] Sic βουλιμιᾷ utitur Aristophanes pro *vehementi fame* in Plut. vs. 874. Est & ubi epitaticum illud βοῦς vel βοῦ resolvitur in adjectivum βόειος, unde βόεια ῥήματα apud eundem in Ran. vs. 955. id est, ut ipse explicat, Ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους, δείν' ἄττα, μορμορωπά.

Digitized by Google

Graeci etiam adverbio τρὶς adjectiva intendere solent, ut τρισμακάριος, *ter felix*: τρισβάρβαρος, *valde barbarus*.] [8]

II. Habet ἴσος usus aliquot observatione dignos. Primum, quod Latini dicunt *par pari referre*; Graeci ἴσον ἴσῳ ἐπιφέρειν [9]. quod etiam dicebatur, μετρεῖν τὴν ἴσην, supple μοῖραν, quasi *aequam portionem metiri*: vel τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι, cum accusativo rei, vel personae, ut τὴν εὐεργεσίαν, *beneficium*; vel τὸν εὐεργετήσαντα, *beneficii authorem*. Ἴσον ἴσῳ. par pari. Μετρεῖν τὴν ἴσην. τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι.

III. Deinde quod Latini, *aequo jure*, Graeci ἀπὸ τῦ ἴσυ· vel ἀπὸ τῆς ἴσης· vel ἐπὶ τῇ ἴσῃ. adduntque nonnunquam huic foeminino, καὶ τῇ ὁμοίᾳ, [10] quo fere sensu plurale neutrum, τὰ Ἀπὸ τῦ ἴσυ. &c. aequo jure.

τά. *Verba bubula, supercilia & cristas habentia, grandia, terrifica.*

8 Eadem ratio est Adjectivi πᾶς, quod Neutro Genere per Compositionem Nomini vel adverbio adhaerens, superlativi vim habent, ut πάντοφος apud Platonem, item πάγκαλος *pulcerrimus*. & παγκάλως apud eundem in Phaedro p. 271. Et πάγχρηστος *utilissimus* apud Aristoph. Acharn. vs. 934. Παμπόνηρος. ibid. vs. 854. Πάμμεγα apud Plat. in Phaedro, p. 273. sic πάγκακος *nequissimus* apud Theogn. Παμμίαρος & Μιαρώτατος conjungit Aristoph. in Ran. vs. 469. Καὶ μιαρὲ, καὶ παμμίαρε, καὶ μιαρώτατε. *O hominem impurum, & perquam impurum, & impurissimum!* Πανόλβιος. *Felicissimus.* Theogn. 441. Quomodo nos eodem sensu utimur nostro al vel aller. ut allerwyst / allerschoonst / allerondeugenst. Cui tamen nostro idiomati magis respondent Graeci, cum ipsum adjectivum in superlativo ponitur. ut παμμέγιστος, allergrootst. AElian. V. H. lib. X. cap. 2. Πάμπρωτος, allereerst. Pindar. Isthm. Od. 6. Πανύστατος. *Ultimus.* unde adverbialiter Aristoph. in Archarn. vs. 1183. Νῦν πανύστατον σ' ἰδών. *Nunc extremum te conspiciens.*

9 At ἴσον ἴσῳ in compotationibus apud veteres solenni tanquam formula κράσεως vocabatur genus, quo par vini portio pari aquae mixtura temperabatur. Adeoque receptus erat hic loquendi mos, ut etiam, nulla structurae ratione habita, haec absolute medio sensu insererentur. Ita ex Alexide Athenaeus lib. Deipnosoph. x. pag. 431. Τῇ φιλοτησίας ἐγὼ Μεστὰς προπίνω ΙΣΟΝ ΙΣΩι κεκραμένας. *Huic ego amicitiae pocula plena propino, vino pari aquae portione temperato*: i. e. *eo potionis genere, quae vocatur* ἴσον ἴσῳ. Ita absolute pro οἶνον ἴσον κεράσας ὕδατι ἴσῳ. In hanc sententiam vide alia ex aliis poëtis exempla ibidem collecta.

10 Exemplum habet Thucyd. l. 1. c. 26. Καὶ ἅμα ἀποικίαν ἐς τὴν

Τὰ ἴσα, idem. τὰ ἴσα καὶ ὅμοια, frequentiſſimum eſt : unde τῶν ἴσων τυγχάνειν is dicitur, *quo cum agitur aequa & pari conditione*, vel *qui poenam ſcelere, aut praemium virtute dignum conſequitur.* [11] Similiter in dandi caſu, cum praepoſitione ἐπὶ, ut ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις πολιτεύεσθαι, id eſt, *aequis in republica conditionibus*, vel *aequo jure vivere.*

Τῶν ἴσων μετεῖναι, & μετέχειν. IV. Conjungitur etiam in eodem plurali cum μετέχειν, vel μετεῖναι, ſed in gignendi caſu, ſequenti dativo perſonae. Demoſth. in Midiana, Οὐ μέτεστι τῶν ἴσων οὐδὲ τῶν ὁμοίων πρὸς τοὺς πλουσίους, τοῖς πολλοῖς· id eſt, *Non gaudet multitudo eodem jure, quo divites.* Idem, Τῶν ἴσων οὐ μετεῖχε τοῖς ἄλλοις ἡμῖν· *Eodem quo nos jure non gaudebat.* Quibus in exemplis, duo breviter obſervanda ſunt. Alterum eſt, ſi verbum imperſonale ſit, adhiberi πρὸς cum accuſativo ejus perſonae, qua cum fit Comparatio, ut in ſuperiori exemplo, πρὸς τούς· ſin vero perſonale, melius dativum ejuſdem perſonae uſurpari; ut τῶν ἴσων μετέχω σοι, *eadem qua tu conditione ſum.* Alterum eſt, peculiaris uſus pronominis ἄλλος, quo, more prorſus Gallico, cum pronominibus ἡμεῖς, & ὑμεῖς conjungitur. Dixit enim τοῖς ἄλλοις ἡμῖν, ut nos vernacule, *à nous autres:* ſic, ἀλλὰ πάντα ἐπιχει)

Τοῖς ἄλλοις ἡμῖν, *à nous autres.*

τὴν Ἐπίδαμνον ἐκήρυσσον, ἘΠΙ' ΤΗ͂Ι ἼΣΗι ΚΑΙ` ὉΜΟΙ'ΑΙ τὸν βουλόμενον ἰέναι· *Simulque coloniam Epidamnum edixerunt, ut, ſi quis vellet, pari jure atque aequa conditione eo proficiſceretur.* Pro eodem dicitur ἐκ τοῦ ἴσου apud Julian. Miſopog. pag. 359. Ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως ἘΚ ΤΟΥ͂ ἼΣΟΥ πᾶσι προσφέρεσθαι. *Simpliciter & libere cum omnibus aequo jure vivere.* At ἐξ ἴσου, vel ἐξίσης Latine vertitur, *aeque ac, juxta &, cum, tum.* Ibid. pag. 358. Ὅθεν, οἶμαι, συμβαίνει νέους καὶ πρεσβύτας ἘΞΙ'ΣΗΣ εἶναι φιλομύθους. *Hinc, puto, fit, ut juvenes juxta & ſenes fabulis delectentur.* Eodem ſenſu adhibetur ἐπίσης. Antoninus εἰς ἑαυτ. lib. II. cap. 8. Θάνατός γε καὶ ζωὴ, δόξα καὶ ἀδοξία, πόνος καὶ ἡδονὴ, πλοῦτος καὶ πενία, πάντα ἘΠΙ'ΣΗΣ συμβαίνει ἀνθρώπων τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς. *Mors & vita, gloria & dedecus, dolor & voluptas, opes & inopia, omnia haec bonis aequa ſorte ac malis obtingunt.* In cujusmodi locutionibus ſubſtantivum μοίρας ſubaudiri, oſtendit Cl. Bos.

11 Hinc ἐπ' ἴσης junctum adverbio ἀξίως notat, *Pro rei dignitate.* Lucian. Dem. Enc. pag. 891. Νόμων δὲ, καὶ δικαστηρίων, καὶ Πειραιῶς &c. οὐδ' ἂν εἰς ἘΠ' ἼΣΗΣ ἈΞΙ'ΩΣ ἐφικέσθαι δύναιτο τῷ λόγῳ ὁ Δημοσθένης. *Legum autem, & judiciorum, & concionum, & Piraeei ne ipſe quidem Demoſthenes dignitatem oratione aſſequi poſſet* i. e. *de legibus &c. pro dignitate dicere.*

12 Ita

κεῖ) τοῖς ἄλλοις ἡμῖν, *mais tout tombe sur nous autres* [12].

Ἐν ἴσῳ cum gignendi casu, *quod aequaliter ad omnes alios pertineat.* Lucianus de judicio vocalium, initio: Ὡς ὀλίγου δεῖν, ἡσυχίαν ἀγαγόντα μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φθόγγου· id est, *Ita dum quiescerem, parum abfuit, quin nullus mihi deinceps inter literas locus relinqueretur: atque adeo meus iste metus, ad omnes literas aequaliter pertinet.* Ἐν ἴσῳ cum genitivo.

VI. Praeterea ἴσον & ἴσα cum dandi casu, maxime apud Poëtas, significant *perinde ac, aeque, atque* [13]. Apud Homerum Iliad γ. de Paride. Ἴσος, ἴσα cum dativo.

Ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

Gallice, *car ils le haissoient tous comme la mort* [14]. Quo sensu dicitur apud Oratores ἐν ἴσῳ [1], sequente dandi casu; vel particulis εἰ καὶ, cum verbo neutro: ut ἐν ἴσῳ, εἰ καὶ μηδὲν ἂν ᾔσθετο, *ac si nihil omnino sensisset:* quod etiam recte diceretur, ἐν ἴσῳ τῷ μηδὲν ᾐσθημένῳ, *perinde, ut qui sensisset nihil:* vel neutrum plurale usurpatur, cum particula, καὶ· ut: *hanc artem perinde ac filiolam charissimam desculatur*, τήνδε τὴν τέχνην ἴσα καὶ τεκνίδιον ἥδιστον καταφιλεῖ [15]. Sic: *plerique ita respondent, ac si nihil omnino audierint*, πολ-

12 Ita Lucian. in Dial. Mort. Καὶ ΥΜΕΙΣ ΟΙ ἌΛΛΟΙ, πολὺ ἀμείνονες ὄντες ἀπείπασθε τὸν ἀγῶνα. Gallice: *Et vous autres, qui etiez beaucoup meilleurs, avez quitté le debat.*

13 Simili modo apud oratores construitur cum dativo τῷ, materialiter, ut vocant, sumto, & convenit exponenti sive docenti, qui verba alicujus interpretatur. V. G. Verba Dei ad Moysen Exod. III, 5. Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε. hoc modo explicantur: Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε, ἼΣΟΝ ΤΩΙ, Μὴ πρόσιθι τοιαύτῃ διασκέψει. &c. *Ne huc propinques. quasi dicat: Ne accedas tali mente.*

14 Vel in plurali numero ἶσα, apud Hom. Il. ε, vs. 70.

Ὅς ῥα νόθος μὲν ἔην, πύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανὼ
ἼΣΑ ΦΙΛΟΙΣΙ ΤΕΚΕΣΣΙ.

*Qui quidem spurius erat, sed quem studiose educavit diva Theano, perinde ac charos liberos.* In soluta oratione exemplum occurrit in jurejurando Hippocratis.

15 Cui simile est ἐν ὁμοίῳ. utrumque occurrit, sed extra regimen, apud Thucyd. lib. II. cap. 52. Θεῶν δὲ φόβος ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε, τὸ μὲν κρίνοντες ἘΝ ὉΜΟΙΩι καὶ σέβειν καὶ μὴ, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾷν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους. *Deorum vero cultus, vel hominum lex neutiquam eos arcebat; non ille, quia judicabant perinde esse Deos colere & non colere, quoniam omnes aequa sorte mori videbant* &c.

16 Ex-

Πολλοὶ ὄντασί πως διακρίνονται, ἴσα καὶ μὴ ἀκοῦσαι μήτε ἕν: quo in exemplo cum infinitivo jungitur [17].

VII. Dicebant, ἴσα τοῖς λόγοις ἔργα καταστῆσαι, vel ἐς ἴσον τὰ ἔργα ὁμοίως, καὶ τοὺς λόγους καθιστάναι, cum verborum fidem operibus implebant; quasi, paria facere verba inter & opera. Thucydid. lib. 1. Ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τὰ ἔργα ὁμοίως, καὶ τοὺς λόγους, πρὶν διαγωνίζεσθαι, καθιστάντα. id est, *Sed eum, qui ante disceptationem omnem verborum fidem factis impleverit* [18].

VIII.

16 Exemplum quaere apud modo cit. Thucyd. lib. III. cap. 14. ἐν οὗ τῷ ἱερῷ ἼΣΑ ΚΑΙ ἱκέται ἐσμέν. *In cujus templo supplicibus similes sumus.* Ubi subaudi tur praepositio κατά. Ad hunc idiotismum formata videtur Latinorum locutio, nisi quod hi adjectivum *aequus* in constructione cum suo substantivo conjungunt, poëtice. Ita Horat. lib. II, Od. 18.

- - - *AEQUA tellus*
*Pauperi recluditur*
*RegumQUE pueris.*

Pro, *AEque ac.*

17 Pro iisdem dicitur etiam ἴσον, ὅπερ vel ὅπερ ἄν. Ita AEschines Socr. dialogo περὶ πλούτου. Καταμαθὼν δὲ αὐτὸν ἐγὼ, ὅτι ἼΣΟΝ ἂν εἴη πεῖσαι, ὍΠΕΡ ἊΝ, τὸ λεγόμενον, λίθον ἑψῆσαι. *Ego autem animadvertens, illum (velle) persuadere perinde esse ac, quod dicitur, laterem coquere*, sive, *lavare.*

18 Cum de numero mentio est, redditur, *Totidem.* Thucyd. l. 1. c. 115. Ὁμήρους ἔλαβον τῶν Σαμίων, πεντήκοντα μὲν παῖδας, ἼΣΟΥΣ δὲ ἄνδρας. *Obsides a Samiis acceperunt, quinquaginta quidem pueros, & totidem viros.* Eodem modo Arrian. de Exp. Alex. lib. II, cap. 2. Πληρώσαντες, πεντήρεις μὲν τρεῖς, καὶ τετρήρεις ἼΣΑΣ. *Instruentes tres quinqueremes, & totidem quadriremes.* Hoc sensu aliquando Dandi casum regit, qui in versione commode omittitur. Plat. Sympos. pag. 189. in fine. Χεῖρας δὲ τέτταρας εἶχε, καὶ σκέλη τὰ ἼΣΑ ΤΑΙ͂Σ ΧΕΡΣΙ΄. *Manus quatuor habuit, totidemque crura.* Additur & accusativus ἀριθμόν. Ita Arrianus exp. Al. lib. 1. pag. 12. in fine, narrat crudelia Illyriorum sacrificia, quippe qui mactabant παῖδας τρεῖς καὶ κόρας ἼΣΑΣ ΤΟ`Ν ἈΡΙΘΜΟ`Ν. *Pueros tres & puellas numero pares.* At cum quantitas significatur, vertitur: *Tantundem, aequali portione:* quo sensu eleganter duplicatur, & alterum in Dativo ponitur. Hippocr. de Nat. Mul. pag. 570, lin. 48. Ἀδίαντον ὅσον στατῆρα Αἰγιναῖον, ἐν οἴνῳ λευκῷ ἼΣΟΝ ἼΣΩι κεράσας, δίδου πίνειν. *Adiantum stateris AEginaei pondere, ex vino albo aequali [aquae] portione temperato, bibendum dato.*

At τὸ ἴσον substantive redditur *Jus.* Thucyd. l. 1. c. 34. Πολέμῳ μᾶλλον ἢ ΤΩ͂Ι ἼΣΩι ἠβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν. *Bello magis, quam jure voluerunt cri-*

VIII. Καιροὶ, in plurali, maxime apud Atticos, absolute ponuntur, pro *commoda*, *vel incommoda occasione*, quasi, ἀφορμῇ, in utramque partem. Thucyd. lib. I. pag. 26. Χωρίον προσλαβεῖν, ὃ μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦται, καὶ πολεμοῦται. id est, *Locum cum sibi adjungere, qui & summa cum utilitate nobis concilietur, & summo incommodo hostilis fiat*, vel *momentis in utramque partem maximis, aut amicus reddatur, aut hostis*. Καιροί.

IX. Ut ἀρετὴ de rebus etiam inanimatis dicitur; sic εὐτελῆ omnia, vel οὐδανὰ, hoc est, *vilia, nulliusque pretii*, κακὰ dici solent. Demosth. orat. de Chers. Ὥστε ὑπολαμβάνειν τὸν Φίλιππον, τῶν μὲν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν, (τί γὰρ ἄλλο τις ἂν εἴποι Δρογγίλον, καὶ Καβύλην, καὶ Μάστειρον, καὶ ἃ νῦν ἐξαιρεῖ, καὶ κατασκευάζεται;) τούτων μὲν ἐπιθυμεῖν: *Ut existimet Philippum, vilium quorundam Thraciae locorum, (quo enim alio nomine Drongilum, Cabylam, & Mastirum appellemus, ac caetera, quae nunc in potestatem redigit?) horum, inquam, cupiditate teneri*. Κακὰ vilia.

X. Quod Latinis *repetundarum crimen* dicitur, (id est repetundarum pecuniarum, quibus provinciam magistratus spoliaverat,) Graecis, κάκωσις τῆς ἐπαρχίας, quasi *vexatio provinciae*. At peculatus crimen, κλοπὴ τῶν δημοσίων, supple χρημάτων, id est, *pecuniae publicae furtum*. Exempla passim obvia, maximeque apud Plutarchum, aliosque rerum Romanarum Graecos Historicos [19]. Κάκωσις ἐπαρχίας, repetundarum crimen. κλοπὴ τῶν δημοσίων peculatus.

XI. Τὰ

*crimina persequi*. Sed, addito Generandi casu, in versione redditur per adjectivum. Sic eodem lib. cap. 39. ΤΗ͂Σ ἀφ' ἡμῶν ΑἸΤΊΑΣ ΤΟ ἼΣΟΝ ἕξετε. *Parem apud nos culpam habebitis*.

Nominis hujus Compositum Plurale ἡμίσεες (q. d. *semitotidem* i. e. *pars alteri numero aequalis*, seu simpliciter, *pars altera*,) more Latinis incognito, cum Substantivo personae Adjective construitur. Vitiose enim Latine diceres: *Dimidii nautae perierunt*. pro *Nautarum pars altera*. Graece: ΤΩ͂Ν ΝΑΥΤΩ͂Ν ΟἹ ἩΜΊΣΕΕΣ ἀπώλοντο.

Ratio hujus in utraque lingua differentiae est diversa vocum, ex quibus conflatio fit, significatio. Arrian. Exp. Al. lib. III. cap. 12. Κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας ἐχόμενοι τῆς βασιλικῆς ἴλης τῶν Ἀγριάνων ἐτάχθησαν ΟἹ ἩΜΊΣΕΕΣ. *Ad dextrum cornu proxima regiae turmae Agrianorum collocata erat pars altera*. Proprie, *Agriani dimidii*. Et paulo post, Καὶ τούτων τῆς ἑταιρικῆς ἵππου σχεδόν τι ΟἹ ἩΜΊΣΕΕΣ. *Et ex his dimidia fere pars ex equitatu sociorum*. Sic, ἡμίσεων πλείους, *pars major* apud Hom. Od. ω. v. 463.

19 Adjectivum καλὸς *Pulcer*, Ho-

Δείλη, mane, vespere, meridie.

V. Δείλη absolute quidem tempus significat, quo lux, aut decrescit, aut paulo ante desiit, aut nondum coepit: ideoque pro crepusculo sumitur, tam matutino, quam vespertino. Saepe tamen jungitur cum nominibus, varias temporis differentias significantibus: nam δείλης ἑώας, est, *summo mane*, quod etiam ἀρχομένης ἑώας dicitur: contra δείλης ὀψίας, id est, *sero*, vel *sub vesperum*: δείλης μεσημβρίας, *sub meridiem*.

Δῆλος, φανερὸς cum participiis.

VI. Δῆλος, φανερὸς, & alia significationis ejusdem, " cum Participiis cujuslibet temporis eleganter conjunguntur, tumque resolvuntur per accusativum, & infinitivum, aut particulam ὡς, vel ὅτι, & indicativum: sic δῆλός ἐστι παρανομήσας, pro δῆλόν ἐστιν αὐτὸν παρανομῆσαι, *certum est eum contra leges fecisse*. Demosth. pro Corona, Φανεροὶ πᾶσιν ἦσαν, ἀναγκασθησόμενοι καταφεύγειν ἐφ' ὑμᾶς, id est, *Constabat omnibus, coactum eos iri ad vos confugere*: pro φανερὸν πᾶσιν ἦν αὐτοὺς ἀναγ-

*GIS cognomen tributum esse effecit*. Hinc reprehenduntur Persarum reges apud Arrianum, lib. VII. de Exp. Alex. cap. 1. utpote qui immerito hoc sibi cognomen vindicarunt. Verba haec sunt: Τοὺς γὰρ δὴ Περσῶν καὶ Μήδων βασιλέας, οὐδὲ τοῦ πολλοστοῦ μέρους τῆς Ἀσίας ἐπάρχοντας, οὐ σὺν δίκῃ καλεῖν σφᾶς ΜΕΓΑ'ΛΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕ'ΑΣ. *Persarum enim ac Medorum reges, ne multesimae quidem Asiae parti imperantes, immerito sibi nomen MAGNORUM REGUM vindicasse*. Alias additur τῶν Περσῶν, ut apud Dinarch. in Dem. pag. 96. lin. 26. Et alibi.

Βούλημα praeter vulgarem *voluntatis* significationem, etiam aliquando *mentem*, *sensum*, vel *scopum* alicujus dicti notat. Ita postquam Aristides, in Orat. pro Quatuorviris, pag. 423. verba Homeri exposuerat, addit: Τοῦτο γάρ μοι δοκεῖ τῶν ῥημάτων τὸ βούλημα εἶναι. *Huc enim verba ejus tendere mihi videntur.*

Substantivum βία praeter *violentiae* significationem etiam in Dandi Casu positum Genitivum post se requirit, & redditur *Invitus*. Thucyd. lib. I, cap. 43. Βίᾳ ἡμῶν *Nobis invitis*. Plut. in Caes. p. 719. Τὴν μὲν Ἰουλίαν ΒΙ'Αι ΤΩ͂Ν ΔΗΜΑ'ΡΧΩΝ ἀράμενον τὸ πλῆθος εἰς τὸ Ἄρειον ἤνεγκε πεδίον. *Juliam invitis tribunis plebis populus in campum Martium extulit.*

96 Sunt tamen diversae significationis Adjectiva, quae hoc modo licet rarius cum Participiis junguntur. Ita eleganter dicas: Ἀμείνων εἰμὶ σιγῶν ἢ πολλὰ λαλῶν. *Melior sum tacens quam multa loquens*. Pro *melius est*, sive, *praestat mibi tacere, quam multa loqui*. Exemplum auctoritate firmabimus infra ad Cap. VI. Sect. 1. reg. 13. Eodem modo construitur δίκαιος, paulo post, reg. 17. & ἐπίδοξος, reg. 10.

97 Di-

Digitized by Google

ἀναſκαϑήσειας καλῶς. &c. Sic compoſitum & privativum ἄδηλος, ut apud eund. Demoſth. in Midiam, Ἔτι δὲ οὐκ ἄδηλος ἐρῶν. *Dubium non eſt, quin dicturus ſit*; pro οὐκ ἄδηλόν ἐστι, ὡς ἐρεῖν [97].

[Δίαιτα non ſolum eſt τρόπος τοῦ βίου, *vitae degendae ratio*; ſed etiam τόπος. ἀνδρωνῖτις, δίαιτα τῶν ἀνδρῶν, ut γυναικωνῖτις, γυναικῶν. Sic Plutarchus τὰς τῶν θεραπόντων διαίτας famulorum cubicula dixit. Plin. ep. lib. 2. ep. 17. *Hinc turris erigitur, ſub qua diaetae duae.* ἐνδιαίτημα *a Lodg:* Pontus eſt ἐνδιαίτημα τῶν ἰχθύων· στρατόπεδον *caſtra*, ἐνδιαίτημα τοῦ στρατοῦ. Schol. AEſchyl.] Δίαιτα cubiculum.

VII. Δίκαιος, eodem fere modo uſurpatur, quo δίκαιον, vel ἄξιόν ἐστι· ut, δίκαιος εἶ κἂν ἅπαξ ἀντευεργετεῖν τόν σε πολλάκις εὐεργετήσαντα· pro δίκαιόν ἐστί σε, id eſt, *aequum eſt, cum tot ejus erga te meritis, unum ſaltem beneficium abs te compenſari.* Demoſthenes pro Cor. Τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν. verbat. *Hujus cauſam hic eſt juſtus habere*, id eſt, *aequum eſt in iſtum hujus rei culpam omnem conferri.* Δίκαιός ἐστιν, debet.

VIII. Δίκαιον κατηγορεῖν, Dem. in Leptinem, accipere videtur, pro τὸ ἄδικον ἐλέγχειν, *injuſtitiam coarguere:* ſic enim ille: Πάνυ ἀχθοίμην ἄν, εἰ τοῦτο μόνον δόξαιμι δίκαιον κατηγορεῖν τοῦ νόμου. *Ferrem admodum moleſte ſi hoc uno legis hujus injuſtitiam coarguere poſſe viderer*, vel, *hoc ſolum jus adverſus legem afferre:* nam τὰ δίκαια, ſunt jura, & rationum atque argumentorum momenta, ſeu defenſionum capita. Δίκαιον κατηγορεῖν.

[Ἐγκύκλια παιδεύματα, *liberales artes.* Plutarchus in aureo iſto libello περὶ παίδων ἀγωγῆς· Δεῖ τοίνυν τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον μηδενὸς μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων, μήτε ἀνή- Ἐγκύκλια παιδεύματα, liberales artes.

97 Dicitur etiam Δῆλός ἐστιν, ὅτι vel ὡς ποιεῖ. Exemplum exhibet Plato in Euthyph. pag. 14. lin. 20. Ἀλλὰ γὰρ, ὡς οὐ πρόθυμός με εἶ διδάξαι, δῆλος εἶ. *Sed apparet, te non eſſe promptum*, vel, *quam non ſis promptus ad me docendum.* Similiter conſtruitur contrarium ejus ἄδηλος cum εἰ dubitativo. Plut. in Caeſ. p. 710. Οἷς εἰ μὲν κρύφα παρεῖχέν τι θάρσους καὶ δυνάμεως ὁ Καῖσαρ, ἌΔΗΛΌΝ ἘΣΤΙΝ. *Quibus [Lentulo & Cethego] utrum confidentiae quid aut virium Caeſar miniſtraverit, non conſtat.* Rarum admodum eſt, quod Ariſtophanes τὸ δῆλος εἶ addat non Participio, ſed alii verbo. Ita enim ille in Avibus, vſ. 1408. Καταγελᾷς μου δῆλος εἶ. pro, καταγελῶν. *Irrides me, manifeſtus es.* Pro: *Irrides me manifeſte.*

98 Pag. 7.

 99 Ora-

Digitized by Google

ἀνήκοον, μήτε ἀθέατον ἐᾶν εἶναι, &c. *Oportet igitur ingenuum adolescentem nullam disciplinarum, quas vocant, liberalium, inauditam, incognitamque praeterire:* ubi interpres ob vulgarem usum, ἐγκύκλια dici videtur asserere: vel idcirco fortasse, quod universim *totum artium* κύκλον, ab ovo, quod dicunt, ad mala, a Grammatica & Logicis, quas in scholis vocant, disciplinis, & deinceps Mathematicas complecterentur. Has simul connexas Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Fabius lib. I. *orbem disciplinarum* vertit: Seneca ep. 88. ἐλευθερίας artes nominat. Hor. in arte poetica,

*Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem.*

Per *orbem patulum* poëma κύκλος dictum intelligit, quod Cyclicus ille scriptor τὰ Ἰλιακὰ κύκλῳ scripserit, quasi a gemino ovo, belli Trojani reliqua καθολικῶς universe complectens: *vilem* vocat, quia projecti est animi κατὰ πλάτος καὶ παχυλῶς docere. Schottus Obs. Hum. II, I.]

Ἐξούλης δίκη. Judicium unde vi.

IX. Ἐξούλης δίκη, verbatim, *expulsionis judicium*, Latinis, *judicium unde vi.* Sic vocabatur Athenis judicium publicum, in gratiam ejus constitutum, qui missus in bonorum quorundam possessionem, ea per vim a debitore pellebatur: a verbo ἐξείλλω, id est, *ejicio*; licet apud Suidam legatur ἐξίλλω, per simplex ι, apud Harpocrationem ἐξίλλειν, [apud Hesych. ἐξούλλειν, ὅ ἐστιν, ἐξωθεῖν καὶ ἐκβάλλειν.] Demosth. in Midiam, Τί δή ποτε, ἄν τις ὄφλων δίκην μὴ ἐκτίσῃ, οὐκ ἐποίησε τὴν ἐξούλης δίκην ἰδίαν, ἀλλὰ προστιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ; *Cur tandem, si quis damnatus judicio, mulctam indictam non solveret, judicium unde vi privatum esse noluit* (legislator) *sed eum jussit aerario publico solvere?*

Metaphorice & eleganter Aristides in Panathen. Οὐκοῦν ἐξούλης γε μόνοις ἡμῖν, εἰ οἷόν τέ ἐστιν εἰπεῖν, οὐδ' ἂν εἷς λάχοι τῆς γῆς, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῆς μητρός τινι. *Quare solis quidem nobis, si ita loqui fas est, nemo hujus terrae causa, judicium unde vi jure intenderit, nihilo sane magis, quam alicui matris suae causa.* Loquitur de Atheniensibus, qui αὐτόχθονες essent, nec aliunde primum eam in regionem immissi.

Ἐπίδοξος, ἐνδόξησιν.

X. Ἐπίδοξος eleganter is dicitur, de quo vulgo aliquid opinentur, adeoque cum infinitivo jungitur, non tantum in futuro, sed etiam in praesenti, & aoristo, sed tamen cum significatione futuri: ut, ἐπίδοξός ἐστι μάλα ὀξέως ἅψεσθαι τοῦ καιροῦ, *eum opinantur oblatam occasionem avide arrepturum.* ἐπίδοξός ἐστιν, ὧν ἤδη πέπονθεν, πλείω ἔτι καὶ δεινότερα παθεῖν, *illum existimant, plura adhuc atque graviora, quam quae passus est, deinceps esse passurum.*

XI.

XI. Ἔργον, id est *opus*, aliquando sumitur pro lucro ex pecunia foeneratitia proveniente. Demosthen. adversus Aphobum, [99] Τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν (supple ταλάντων) πεντήκοντα μναῖ, τῶ ἐνιαυτῶ ἑκάστω. id est, *Lucrum autem ex illis talentis proveniens, minarum quinquaginta est, in annos singulos.* Vide infra, Sectione 13 Regula 5. Aliquando *munus*, & *officium* est: ut τὸ λοιπὸν δὴ ἔργον ἡμέτερον, ἀνδρείως κρίνειν περὶ ὅλων· *quod superest, nostrarum jam partium fuerit, de summa rerum fortiter dimicare:* quo in exemplo notandum, elegantius sine verbo ἐστὶν usurpari [1]. Ἔργον, lucrum. Ἔργον, officium.

Aliquando pro ἐργῶδες sumitur, ut opus apud Virgilium, 6. AEneidos *Hoc opus, hic labor est.* Aristoteles 6. de historia Animalium, Ἔργον μὴ συνήθη ὄντα, καταμαθεῖν ταῦτα, id est, *Difficile est rerum istarum insolenti, eas perdiscere:* ubi etiam absque verbo usurpatur, licet verbum adjungi possit. Ἔργον, difficile.

XII. Aliquando τὰ ἔργα in plurali, significant *loca culta*. Ἔργα, loca culta.

99 Oratione I, pag. 548.

1 Hinc Philippus, fusis ad Chaeroneam Atheniensibus, ne hac victoria elatus, contumeliosius se jactaret, voluit, ut quidam ex pueris singulis diebus mane se hominem esse moneret, καὶ προσέταξε τῷ παιδὶ τοῦτο ἔχειν ΕΡΓΟΝ. *Et hoc officium injunxit puero.* narrante AEliano V. H. l. VIII. c. 15. Hinc, σὸν ἔργον, ubi aliquid imperamus, sive aliquem hortamur, cum imperativo orationi inseritur, & non male redditur, *Hoc age.* Ita Aristoph. in Avibus.

Ἱερεῦ, σὸν ἔργον, θῦε τοῖς καινοῖς Θεοῖς.

*Sacrifice, hoc age, sacrifica novis Diis.*

Hinc redditur *Decet.* Aristoph. Lysistr. vs. 615.

Οὐκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν, ὅστις ἔστ' ἐλεύθερος.

*Non amplius decet dormire, quicunque est liber.*

Non plane absimile est, cum in quibusdam occasionibus accipitur pro ἔθος Ita AEschines, Epist. XII. Ὑμεῖς οὐδὲν ἀλλ' ἢ Ἀθηναίων ἔργον, ἐλεήσαντες αὐτοὺς καὶ χαρισάμενοι, ἐποιήσατε. *Nihil aliud fecistis, quam Atheniensium morem:* hoc est: *plane, ut Atheniensium mos est, fecistis, quum illorum miserti estis, illisque condonastis.* Similiter in malam partem AElian. V. H. lib. IX. cap. 24. Συβαρίταις πᾶσιν ΕΡΓΟΝ ἦν τρυφᾶν. *Omnium Sybaritarum opus*, h. e. *consuetudo erat genialiter vivere.* Quo sensu non raro ipsum nomen ἔργον dissimulatur. Ita Aristid. orat. Leuctr. II. pag. 92. init. Ἠδικοῦμεν ἂν ὡς ἀληθῶς, καὶ οὐχ ἡμῶν ἐποιοῦμεν. *Injuste ageremus re vera, nec pro nostro more faceremus.*

*ta*, & *arva*. Ita Xenoph. paſſim. In Κυνηγετ.[2] Τὰ μὲν ὄρη οἷόν τε ἐστὶ καὶ ἰχνεύειν καὶ μεταθεῖν καθαρῶς· τὰ δὲ ἔργα οὐδέτερα, διὰ τὰς τρίμμους. id eſt, *Montes & perveſtigari, & tranſcurri ſine offenſione poſſunt: arva neutrum patiuntur, ob tramites limiteſque crebros.* Contra ἀργὰς, ἀδος, id eſt, ἄνετος γῆ, *terra inculta*, qualis eſt ſaltus.

Ἔργα ἀργύρεια, argenti-fodinae. Ἔργα ἀργύρεια, vel ἀργύρια apud Demoſth. Cherſ. ſumi videntur pro *argenti fodinis*, cum ex Ulpiano loquatur de Laurio, qui locus erat, ἔνθα ἄργυρος τίκτεται· quae una voce ἀργύρεια Xenophonti dicuntur 2. Memorab. & ἀργυρεῖα paſſim. Male ſumunt nonnulli pro *vaſis*, *ac poculis argenteis*, de quibus infra, Sectione 13. Reg. 7. ubi de nomine χρυσός[3].

XIII.

2 Pag. 978.

3 Habet & alios uſus obſervatione dignos, quos non abs re fuerit addere. Conſtruitur cum ſubſtantivo per appoſitionem, ſequente verbo, γίγνεσθαι, ubi res aliqua dicitur ad effectum perduci, ut apud Plutarch. qui ita in Caeſare pag. 739. Ὁ δὲ δεξάμενος τὸν φόνον ἐκεῖνον χῶρος. . . . . παντάπασιν ἀπέφηνεν, δαίμονός τινος ὑφηγουμένου καὶ καλοῦντος ἐκεῖ ΤῊΝ ΠΡΑ͂ΞΙΝ ἜΡΓΟΝ ΓΕΓΟΝΈΝΑΙ. *Locus, ubi illa caedes* [*Caeſaris*] *patrata eſt, manifeſto eſt argumento, ductu alicujus Numinis* [*eum illuc tanquam*] *vocantis negotium eſſe confectum.* Aliquando, licet raro, nomen hoc ἔργον cum verbo, γίγνεσθαι conſtructum non tantum uſurpatur, cum aliquis dicitur aliquid effectum dare, ſed etiam aliud admittit ſubſtantivum, ſecum caſu conveniens addito dandi caſu perſonae agentis. E. G. Lucian. Dem. encom. pag. 904. Πρὶν ἢ τὴν ὙΠΌΣΧΕΣΙΝ ἜΡΓΟΝ ΣΟΙ ΓΕΝΈΣΘΑΙ. *Priuſquam* (ita ad verbum) *promiſſum opus tibi fiat.* i. e. *Priuſquam promiſſum praeſtiteris.*

Cum eodem verbo γίγνεσθαι, ſi quod ſubſtantivum addatur in ſecundo caſu, redditur Latine per ſolum Ablativum, ſubſtantivo ἔργον omiſſo. Exemplum habet idem Lucianus ibid. pag. 910. Τάχα τῆς ὑμετέρας ΓΈΓΟΝΕΝ ἜΡΓΟΝ ὀλιγωρίας. Non amant Latini dicere: *Forſan opus negligentiae veſtrae eſt*, ſed pro eo: *Forſan hoc veſtra negligentia factum eſt.* Non plane abſimile eſt illud AEliani lib. VII. cap. 2. in fine. Βιαίου θανάτου ἔργον ἐγένοντο. *Violentae mortis opus facti ſunt.* id eſt: *Violenta morte perierunt.*

Praeterea non tantum peculiariter uſurpatur de bello, ut Τρωϊκὸν ἔργον *Bellum Trojanum*: apud Arrian. Exp. Al. lib. 1. c. 11. in fin. ſed etiam, ſi quid magnum vel calamitoſum acciderit, & praeſertim noviſſime. Ibidem cap. 10. poſtquam narraverat, quomodo Alexander Thebas oppugnaviſſet, cepiſſet

XIII. Ἐτεὸν, quod ex se *verum* significat, adverbialiter sumptum saepe παρέλκει apud Poëtas, maxime Comicos, explicarique potest per *tandem obsecro*, gallice, *en verité, en bonne foy*: idque fere interrogando. Aristoph. Nubib. sub fin. Socratem inducens, Strepsiadi, e summo tecto domum ejus incendenti, loquentem: Οὗτος, τί ποιεῖς ἐτεὸν οὑπὶ τοῦ τέγους. id est, *Heus tu, quid agis rerum, obsecro, istic supra tectum?* Ἐτεὸν abundat in orat.

XIV. Ἕτοιμος, *promptus*, *paratus*; usum aliquem habet, quo sumitur pro eo, quod est *velut in penu repositum*, unde facile promi possit: idque duobus fere modis: Ἕτοιμος, a part.

Primo sine ulla praepositione. Plutarch. in AEmil. 4 Καθάπερ οἱ μαστοὶ τῶν γυναικῶν, οὐχ, ὥσπερ ἀγγεῖα, πλήρεις εἰσὶν ἐπιῤῥέοντος ἑτοίμου γάλακτος· *Quemadmodum ubera mulierum, non vasorum instar, plena sunt affluente ac velut reposito lacte.* Ibid. Οἱ πιδακώδεις τόποι οὐκ ἔχουσι κόλπους, ῥεύματα ποταμῶν τοσούτων ἐξ ἑτοίμης καὶ ὑποκειμένης ἀφιέντας ἀρχῆς. *Scaturientia*

pisset & solo adaequavisset, subdit, quosdam Thebanos venisse ad Athenienses ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου. *Ex ipsa clade*; vel, *Illico post acceptam cladem.* Eodem modo, quoniam inter res a Miltiade gestas, pugna Marathonia nihil clarius, eadem haec vocatur κατ' ἐξοχὴν, ἔργον. Pauf. in Achaicis pag. 425. Ἀθηναίων βούλευμα πρὸ τοῦ ΕΡΓΟΥ τοῦ ἐν Μαραθῶνι μιμούμενος *Atheniensium consilium (quod ceperant) ante pugnam illam Marathoniam imitatus.* In malam partem facinus denotat. Thucyd. lib. II. cap. 29. Καὶ τὸ ΕΡΓΟΝ τὸ περὶ τὸν Ἴτυν αἱ γυναῖκες ἐν τῇ γῇ ταύτῃ ἔπραξαν. *Et facinus illud in Ityn mulieres in hac terra perpetrarunt.* Monendi praeterea tirones, ut veram hujus nominis versionem ex praecedentibus conjiciant. V. C. Quum Alexander (apud Arrianum) praemittit, qui Mallorum urbem obsidione tenerent, mandans simul, ΕΡΓΟΥ μὴ ἔχεσθαι, ἔστ' ἂν ἀφίκηται αὐτός, facile ex re ipsa conjici potest, ἔργον vertendum esse per *oppugnationem* ita; *Ne oppugnationem aggrederentur, donec advenerit ipse.*

Adhaec μέγα ἔργον per Appositionem Nomini cuipiam additum rei magnitudinem significat. Ita eleganter Hom. Il. ε. vs. 303.

--- Ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ<br>
Τυδείδης, ΜΕΓΑ ΕΡΓΟΝ.

*Lapidem vero prehendit manu*<br>
*Tydides, ingentis magnitudinis, vel, ponderis.*

Dixere etiam pro eodem, μέγα πρᾶγμα, μέγα χρῆμα, De quibus vide sis infra suis locis.

4 Uterque Plutarchi locus extat pag. 262.

 6 Se-

Digitized by Google

*entia loca sinus aliquos non habent, qui tantorum fluviorum cursus ex innato quodam interiusque reposito fonte profundant.*

Ἐξ ἑτοίμου. Secundo, cum praepositione & gignendi casu. Isocr. ad Phil. Στρατιώτας ἐξ ἑτοίμου λήψῃ τοσούτους· id est, *Tot milites, sic tanquam e penu expeditos, promptosque sumes.*

Aliquando tamen ἐξ ἑτοίμου, videtur esse *sponte, ultro.* Xenophon. Ἐξ ἑτοίμου τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς φίλον εἶναι· *Sponte & naturali quadam propensione, bonorum ac proborum amicum esse.* Utrovis sensu illud Philonis, de legatione ad Caium sumi possit, Ἐξ ἑτοίμου τἀγαθὰ ἀθρόα σωρηδὸν κεκληρονομηκότα· id est, *Eum, qui bona sponte, quasi unum in cumulum coacervata, haereditario jure obtinuerat:* vel, *bona tanquam ex penu facile confertimque promenda* 5.

S E-

5 Sectionem isthanc claudant duo vocabula, εὐώνυμος & θάτερον. Priore, cujus significatio propria est, *qui est boni nominis*, veteres, ad evitandum malum vocis omen, superstitiose admodum pro ἀριστερὸς, i. e. *sinister*, usi sunt: & Graeci v. c. in acie struenda *cornu dextrum* vocarunt δεξιὸν κέρας, utpote boni ominis; at *sinistrum cornu*, non ἀριστερὸν, sed pro eo εὐώνυμον κέρας dicebant, q. d. cujus infelicem appellationem Dii in melius omen vertant. Exempla quaere apud Arrianum de Exp. Al. lib. I. pag. 6. lin. 1. & 6. pag. 7. lin. 26. pag. 14. lin. 7. pag. 31. lin. 5, 19, & 34. & pag. 57. lin. 2, 4, & 7. Thucyd, lib. I. cap. 48. & lib. III. cap. 107. prop. fin. Atque haec vocabuli acceptio tanto valuit usu, ut postea citra superstitiosam cautionem hoc modo usi fuerint Graeci. Ita non semel occurrit in literis sacris. Adi Matth. cap. XX, 21. & 23. XXV, 41. XXVII, 38. Ubi de latronibus, qui una cum Christo cruci adfixi erant, εἷς ἐκ δεξιῶν, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων. *alter ad dextram, & alter ad sinistram.* Addatur Apocal. X, 2. Act. Apost. cap. XXI, com. 3. Caeterum de hac veterum sollicita cautione vid. Hudson. ad Thucyd. lib. I, cap. 126.

Vocabuli θάτερον, conflati ex τὸ ἕτερον, in dilemmatibus maximus est usus, praecedente δυοῖν. Et δυοῖν θάτερον, absolute dicitur & elliptice, subaudito ἀνάγκη, ἀληθὲς, σαφές ἐστι, aut simili. Nos totidem verbis dicimus, een van tweeen. Ita contra Platonem argumentatur Aristides, pro Quatuorviris, pag. 469. quem oratores adulationis accusare ait, & tamen unum Aristidem laudavisse: Verba sunt: Πάλιν δ' αὖ τῶν ῥητόρων ἕνα τ' Ἀθήνησιν ἐπαινῶν . . . τὸν Ἀριστείδην, λέγω, καὶ ΔΥΟΙ͂Ν ΘΑ΄ΤΕΡΟΝ, ἢ μὴ προσήκοντα ἐπαινούμενον, ἢ, κείνους δεικνύντα, ἃ μὴ προσῆκεν, ἀκηκοότας,

*τας. Rurſus unum ex Rhetoribus Athenienſibus laudans, Ariſtidem, inquam. Hinc alterutrum conſtat, vel eum, quem non oportuit, eſſe laudatum, vel caeteros immerito male audiviſſe.* Haec verba nonnunquam mediae ſententiae ita interſeruntur, ut, iisdem ſublatis, integer maneat ſenſus.

# SECTIO V.

*De nominibus* ἵππος, ἱππογνώμων, ἴσος, καιρὸς, κακὸς, κάκωσις ἐπαρχίας, κλοπὴ τῶν δημοσίων, κοινὸς, καταρχῆς, κυρία, κύριος.

## REGULA I.

Ἵππος foeminino genere, pro *equitatu* ſumitur: ἵππον ἀθρόαν ἤγαγε μυρίαν ὅσην, id eſt, *infinitam vim equitatus immiſit.* Eadem vox in compoſitione, vim augentem & amplificantem habet. Sic enim ἱππογνώμων dicitur, qui *grandia ſtatuit, & magnifice admodum de ſe ſentit.* Sic apud Ariſtoph.[6] ἱπποβάμονα ῥήματα, id eſt, *grandia verba*, quae Horatio *ſeſquipedalia*, quaſi non niſi equo vecta incedere videantur. Haec tamen, ac reliqua id genus, poëtica magis, quam oratoria ſunt.

Ἵππος, foeminini generis.

Ἵππος, in compoſit.

[Atque ita ἱππογνώμων idem eſſet quod μεγαλογνώμων: ſic Stephanus, eumque ſecuti alii Lexicographi, atque ipſe Vigerus hoc in loco. Iſtius vero ſignificationis exemplum non reperitur apud ullum probatum authorem. Extat quidem verbum apud AEſchylum in Jaculatricibus, ſed in alio ſenſu:

Ἵππος in voce ἱππογνώμων non eſt intendendi particula.

Ἄδην γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
Λέκτρων ἀτρέπτη βλεμμάτων ῥέπει βολή·
Νέας γυναικὸς τ' οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη·
Ἔχω δὲ τούτων θυμὸν ἱππογνώμονα.

*Purae tororum namque nuptialium*
*Acies immota virgini defigitur.*
*Nec me puellae lumina ardeſcentia*
*Fallant, ſolent quae prodere expertam virum.*
*Mens mi perita dignoſcendi hujusmodi.*

Re-

6 In Ran. vſ. 839. Quae & verba ἱπποκρημνα vocantur ibid. vſ. 960. Idem paulo poſt ἱππαλεκτρυόνα nominat, quem nonnulli explicant *Magnum gallum.*

7 At-

Ἱππογνώμων, qui equorum aetatem ex dentibus dignoscit.

Rectissime Salmasius ad artem illam alludi autumat, qua ex dentibus aetas equorum dignoscitur. γνώμονες enim Xenophonti de re equestri sunt dentes equini ἡλικίας γνωριστικοί, *aetatis indices*, ut Pollux l. 1. c. 11. sect. 1. unde ἀγνώμονες & λιπογνώμονες equi, quorum aetas ex dentibus amplius cognosci non potest, postquam γνώμονας illos amiserunt. Sicut ergo γνώμονες hi in equis aetatem eorum produnt: sic etiam signa sunt, quibus virgines & nuptae discernantur, eaque in oculis plurimum sita. Horum autem peritiam sibi singularem arrogat is, quisquis est, qui apud Tragicum ista profatur. AEschylus in Agamemn. hanc vocem ἱππογνώμονα usurpavit pro simplici minimeque vafro: cujus vocabula haud pauca, e quibus & istud, H. Stephanus, aliique Lexicographi omiserunt. Hesychius ἱππογνώμονα vult dici τὸν ἵππους διαγινώσκοντα κυούσας, ἢ μή· *eum qui equas internoscit, foetaene sint, necne.* prior autem expositio magis arridet. neutra tamen τὸ ἵππος in voce ἱππογνώμων, pro intendendi particula agnoscit. Hoc autem, (aliaque ejusmodi plurima) animadversum est a Cl. V. *Tho. Gatakero* Theologo praestantissimo, & in Philologiae studiis κρατιστεύοντι Adv. Misc. Posth. c. 10. p. 503.

Ἱππογνώμων simplex.

Ἵππος & βοῦς intendendi particulae.

Ἵππος & βοῦς in compositione τὸ μέγα significant. εἰώθει γὰρ ἡ προσθήκη τῶν τοιούτων ζώων τὸ μέγεθος τοῦ ὑποκειμένου δηλοῦν, οἷον, βούλιμος, ὁ μέγας λιμός. βούπαις, ὁ μέγας παῖς. Etym. Magn [7].

Graeci

7 Atticum esse adfirmat Moeris. Βούπαις, Ἀττικῶς· Ἔξαχμος, Ἑλληνικῶς. Consentit Triclin. ad Sophocl. in Aj. vs. 232. additque de epitatico βοῦς, unicum tantum esse exemplum in βούπαις. De altero, ἵππος duo adfert: de ἱππογνώμων altum silentium. Sed ipsius hic verba addere non taedet. Ἱππονόμος γὰρ, inquit, ὁ τῶν ἵππων νομεύς· ἢ ἱππονόμους, τοὺς μεγάλους νομεῖς καὶ φύλακας τῶν ποιμνίων· ἵππος γὰρ τὸ μέγα παρ' Ἀττικοῖς, ὥσπερ καὶ τὸ βοῦς· καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς παράδειγμα τὸ βούπαις· τοῦ δὲ ἑτέρου τὸ ἱππόβινος καὶ ἱπποβούκολος. i. e. Ἱππονόμος *enim est agaso. vel*, Ἱππονόμους, *magnos pastores & custodes gregum. Nam* ἵππος *apud Atticos magnum significat, ut &* βοῦς: *bujus exemplum habemus in* βούπαις, *illius sunt* ἱππόβινος [*valde libidinosus*] & ἱπποβούκολος [*insignis equorum domitor.*] Sic βουλιμιᾷ utitur Aristophanes pro *vebementi fame* in Plut. vs. 874. Est & ubi epitaticum illud βοῦς vel βοῦ resolvitur in adjectivum βόειος, unde βόεια ῥήματα apud eundem in Ran. vs. 955. id est, ut ipse explicat, Ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους, δείν' ἄττα, μορμορωπά.

Digitized by Google

Graeci etiam adverbio τρὶς adjectiva intendere solent, ut τρισμακάριος, *ter felix*: τρισβάρβαρος, *valde barbarus.*] [8]

II. Habet ἴσος usus aliquot observatione dignos. Primum, quod Latini dicunt *par pari referre*; Graeci ἴσον ἴσῳ ἐπιφέρειν [9]. quod etiam dicebatur, μετρεῖν τὴν ἴσην, supple μοῖραν, quasi *aequam portionem metiri*: vel τοῖς ἴσοις ἀμείβειν, cum accusativo rei, vel personae, ut τὴν εὐεργεσίαν, *beneficium*; vel τὸν εὐεργετήσαντα, *beneficii authorem.*

Ἴσον ἴσῳ. par pari. Μετρεῖν τὴν ἴσην. τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι.

III. Deinde quod Latini, *aequo jure*, Graeci ἀπὸ τοῦ ἴσου· vel ἀπὸ τῆς ἴσης· vel ἐπὶ τῇ ἴσῃ. adduntque nonnunquam huic foeminino, καὶ τῇ ὁμοίᾳ, [10] quo fere sensu plurale neutrum, τὰ

Ἀπὸ τοῦ ἴσου. &c. aequo jure.

πα. *Verba bubula, supercilia & cristas habentia, grandia, terrifica.*

8 Eadem ratio est Adjectivi πᾶς, quod Neutro Genere per Compositionem Nomini vel adverbio adhaerens, superlativi vim habent, ut πάνσοφος apud Platonem, item πάγκαλος *pulcerrimus.* & παγκάλως apud eundem in Phaedro p. 271. Et πάγχρηστος *utilissimus* apud Aristoph. Acharn. vs. 934. Παμπόνηρος. ibid. vs. 854. Πάμμεγα apud Plat. in Phaedro, p. 273. sic πάγκακος *nequissimus* apud Theogn. Παμμίαρος & Μιαρώτατος conjungit Aristoph. in Ran. vs. 469. Καὶ μιαρὲ, καὶ παμμίαρε, καὶ μιαρώτατε. *O hominem impurum, & perquam impurum, & impurissimum!* Πανόλβιος. *Felicissimus.* Theogn. 441. Quomodo nos eodem sensu utimur nostro al vel aller. ut allerwÿst / allerschoonst / allerondeugenst. Cui tamen nostro idiomati magis respondent Graeci, cum ipsum adjectivum in superlativo ponitur. ut παμμέγιστος, allergrootst. AElian. V. H. lib. X. cap. 2. Πάμπρωτος, allereerst. Pindar. Isthm. Od. 6. Πανύστατος. *Ultimus.* unde adverbialiter Aristoph. in Archarn. vs. 1183. Νῦν πανύστατόν σ' ἰδών. *Nunc extremum te conspiciens.*

9 At ἴσον ἴσῳ in compotationibus apud veteres solenni tanquam formula κράσεως vocabatur genus, quo par vini portio pari aquae mixtura temperabatur. Adeoque receptus erat hic loquendi mos, ut etiam, nulla structurae ratione habita, haec absolute medio sensu insererentur. Ita ex Alexide Athenaeus lib. Deipnosoph. x. pag. 431. Τῇ φιλοτησίας ἐγὼ Μεστὰς προπίνω ἼΣΟΝ ἼΣΩι κεκραμένας. *Huic ego amicitiae pocula plena propino, vino pari aquae portione temperato:* i. e. *eo potionis genere, quae vocatur* ἴσον ἴσῳ. Ita absolute pro οἶνον ἴσον κεράσας ὕδατι ἴσῳ. In hanc sententiam vide alia ex aliis poëtis exempla ibidem collecta.

10 Exemplum habet Thucyd. l. 1. c. 26. Καὶ ἅμα ἀποικίαν ἐς τὴν

*Τὰ ἴσα, idem.*

τὰ ἴσα ϗ὎ ὅμοια, frequentissimum est : unde τῶν ἴσων τυγχάνειν is dicitur, *quo cum agitur aequa & pari conditione*, vel *qui poenam scelere, aut praemium virtute dignum consequitur.* [11] Similiter in dandi casu, cum praepositione ἐπὶ, ut ἐπὶ τοῖς ἴσοις ϗ὎ ὁμοίοις πολιτεύεσθαι, id est, *aequis in republica conditionibus*, vel *aequo jure vivere.*

*Τῶν ἴσων μετεῖναι, & μετέχειν.*

IV. Conjungitur etiam in eodem plurali cum μετέχειν, vel μετεῖναι, sed in gignendi casu, sequenti dativo personae. Demosth. in Midiana, Οὐ μέτεστι τῶν ἴσων οὐδὲ τῶν ὁμοίων πρὸς τοὺς πλουσίους, τοῖς πολλοῖς· id est, *Non gaudet multitudo eodem jure, quo divites.* Idem, Τῶν ἴσων οὐ μετεῖχε τοῖς ἄλλοις ἡμῖν· *Eodem quo nos jure non gaudebat.* Quibus in exemplis, duo breviter observanda sunt. Alterum est, si verbum impersonale sit, adhiberi πρὸς cum accusativo ejus personae, qua cum fit Comparatio, ut in superiori exemplo, πρὸς τοὺς· sin vero personale, melius dativum ejusdem personae usurpari; ut τῶν ἴσων μετέχω σοι, *eadem qua tu conditione sum.* Alterum est, peculiaris usus pronominis ἄλλος, quo, more prorsus Gallico, cum pronominibus ἡμεῖς, & ὑμεῖς conjungitur. Dixit enim τοῖς ἄλλοις ἡμῖν, ut nos vernacule, *à nous autres :* sic, ἀλλὰ πάντα ἐπέχει)

*Τοῖς ἄλλοις ἡμῖν, à nous autres.*

τὴν Ἐπίδαμνον ἐκήρυσσον, ἘΠῚ ΤΗ͂Ι ἼΣΗΙ ΚΑῚ ὉΜΟΊΑΙ τὸν βουλόμενον ἰέναι· *Simulque coloniam Epidamnum edixerunt, ut, si quis vellet, pari jure atque aequa conditione eo proficisceretur.* Pro eodem dicitur ἐκ τοῦ ἴσου apud Julian. Misopog. pag. 359. Ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως ἘΚ ΤΟΥ͂ ἼΣΟΥ πᾶσι προσφέρεσθαι. *Simpliciter & libere cum omnibus aequo jure vivere.* At ἐξ ἴσου, vel ἐξίσης Latine vertitur, *aeque ac, juxta &, cum, tum.* Ibid. pag. 358. Ὅθεν, οἶμαι, συμβαίνει νέους ϗ὎ πρεσβύτας ἘΞΊΣΗΣ εἶναι φιλομύθους. *Hinc, puto, fit, ut juvenes juxta & senes fabulis delectentur.* Eodem sensu adhibetur ἐπίσης. Antoninus εἰς ἑαυτ. lib. II. cap. 8. Θάνατός γε ϗ὎ ζωὴ, δόξα ϗ὎ ἀδοξία, πόνος ϗ὎ ἡδονὴ, πλοῦτος ϗ὎ πενία, πάντα ἘΠΊΣΗΣ συμβαίνει ἀνθρώπων τοῖς τε ἀγαθοῖς ϗ὎ τοῖς κακοῖς. *Mors & vita, gloria & dedecus, dolor & voluptas, opes & inopia, omnia haec bonis aequa sorte ac malis obtingunt.* In cujusmodi locutionibus substantivum μοῖρα subaudiri, ostendit Cl. Bos.

11 Hinc ἐπ' ἴσης junctum adverbio ἀξίως notat, *Pro rei dignitate.* Lucian. Dem. Enc. pag. 891. Νόμων δὲ, ϗ὎ δικαστηρίων, ϗ὎ Πειραιῶς &c. οὐδ' ἂν εἰς ἘΠ' ἼΣΗΣ ἈΞΊΩΣ ἀφικέσθαι δύναιτο τῷ λόγῳ ὁ Δημοσθένης. *Legum autem, & judiciorum, & concionum, & Piraeei ne ipse quidem Demosthenes dignitatem oratione assequi posset.* i. e. *de legibus &c. pro dignitate dicere.*

12 Ita

'κει) τοῖς ἄλλοις ἡμῖν, *mais tout tombe sur nous autres* [12].

Ἐν ἴσῳ cum gignendi casu, *quod aequaliter ad omnes alios pertineat.* Lucianus de judicio vocalium, initio: Ὡς ὀλίγου δεῖν, ἡσυχίαν ἀγαγόντα μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου· id est, *Ita dum quiescerem, parum abfuit, quin nullus mihi deinceps inter literas locus relinqueretur: atque adeo meus iste metus, ad omnes literas aequaliter pertinet.* Ἐν ἴσῳ cum genitivo.

VI. Praeterea ἴσον & ἴσα cum dandi casu, maxime apud Poëtas, significant *perinde ac, aeque, atque* [13]. Apud Homerum Iliad γ. de Paride. Ἴσος, ἴσα cum dativo.

Ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

Gallice, *car ils le haissoient tous comme la mort* [14]. Quo sensu dicitur apud Oratores ἐν ἴσῳ [1], sequente dandi casu; vel particulis εἰ καὶ, cum verbo neutro: ut ἐν ἴσῳ, εἰ καὶ μηδὲν ἂν ᾔσθετο, *ac si nihil omnino sensisset:* quod etiam recte diceretur, ἐν ἴσῳ τῷ μηδὲν ᾐσθημένῳ, *perinde, ut qui sensisset nihil:* vel neutrum plurale usurpatur, cum particula, καὶ· ut: *hanc artem perinde ac filiolam charissimam deosculatur,* τήνδε τὴν τέχνην ἴσα καὶ τεκνίδιον ἥδιστον καταφιλεῖ [15]. Sic: *plerique ita respondent, ac si nihil omnino audierint,* πολ-

12 Ita Lucian. in Dial. Mort. Καὶ ὙΜΕΙ͂Σ ΟἹ ἌΛΛΟΙ, πολὺ ἀμείνονες ὄντες ἀπείπασθε τὸν ἀγῶνα. Gallice: *Et vous autres, qui etiez beaucoup meilleurs, avez quitté le debat.*

13 Simili modo apud oratores construitur cum dativo τῷ, materialiter, ut vocant, sumto, & convenit exponenti sive docenti, qui verba alicujus interpretatur. V. G. Verba Dei ad Moysen Exod. III, 5. Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε. hoc modo explicantur: Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε, ἼΣΟΝ ΤΩ͂Ι, Μὴ πρόσιθι τοιαύτῃ διασκέψει. &c. *Ne huc propinques. quasi dicat: Ne accedas tali mente.*

14 Vel in plurali numero ἴσα, apud Hom. Il. ε, vs. 70.

Ὃς ῥα νόθος μὲν ἔην, πύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανὼ
ἼΣΑ ΦΊΛΟΙΣΙ ΤΈΚΕΣΣΙ.

*Qui quidem spurius erat, sed quem studiose educavit diva Theano, perinde ac charos liberos.* In soluta oratione exemplum occurrit in jurejurando Hippocratis.

15 Cui simile est ἐν ὁμοίῳ. utrumque occurrit, sed extra regimen, apud Thucyd. lib. II. cap. 52. Θεῶν δὲ φόβος ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε, τὸ μὲν κρίνοντες ἘΝ ὉΜΟΊΩι καὶ σέβειν καὶ μή, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους. *Deorum vero cultus, vel hominum lex neutiquam eos arcebat; non illi, quia judicabant perinde esse Deos colere & non colere, quoniam omnes aequa sorte mori videbant* &c.

16 Ex-

Πολλοὶ ὄντασί πως ἀπεκείνοντο, ἴσα καὶ μὴ ἀκοῦσαι μήτε ἰν· quo in exemplo cum infinitivo jungitur [17].

VII. Dicebant, ἴσα τοῖς λόγοις ἔργα καταστῆσαι, vel ἐς ἴσον τὰ ἔργα ὁμοίως, καὶ τοὺς λόγους καθιστάναι, cum verborum fidem operibus implebant; quasi, paria facere verba inter & opera. Thucydid. lib. I. Ἀλλὰ τὸν ἐς ἴσον τὰ ἔργα ὁμοίως, καὶ τοὺς λόγους, πρὶν διαγωνίζεσθαι, καθιστάντα. id est, *Sed eum, qui ante disceptationem omnem verborum fidem factis impleverit* [18].

VIII.

16 Exemplum quaere apud modo cit. Thucyd. lib. III. cap. 14. ἐν οὗ τῷ ἱερῷ ἼΣΑ ΚΑΙ' ἱκέται ἐσμέν. *In cujus templo supplicibus similes sumus.* Ubi subaudi tur praepositio κατὰ. Ad hunc idiotismum formata videtur Latinorum locutio, nisi quod hi adjectivum *aequus* in constru ctione cum suo substantivo con jungunt, poëtice. Ita Horat. lib. II, Od. 18.

- - - *AEQUA tellus*
*Pauperi recluditur*
*RegumQUE pueris.*

Pro, *AEque ac.*

17 Pro iisdem dicitur etiam ἴσον, ὅπερ vel ὅπερ ἄν. Ita AEschines Socr. dialogo περὶ πλούτου. Καταμαθὼν δὲ αὐτὸν ἐγὼ, ὅτι ἼΣΟΝ ἂν εἴη πεῖσαι, ὍΠΕΡ ἌΝ, τὸ λεγόμενον, λίθον ἑψῆται. *Ego autem animadvertens, illum (velle) persuadere perinde esse ac, quod dicitur, laterem coquere*, sive, *lavare.*

18 Cum de numero mentio est, redditur, *Totidem.* Thucyd. l. I. c. 115. Ὁμήρους ἔλαβον τῶν Σαμίων, πεντήκοντα μὲν παῖδας, ἼΣΟΥΣ δὲ ἄνδρας. *Obsides a Samiis acceperunt, quinquaginta quidem pueros, & totidem viros.* Eodem modo Arrian. de Exp. Alex. lib. II, cap. 2. Πληρώσαντες, πεντήρεις μὲν τρεῖς, καὶ τετρήρεις ἼΣΑΣ. *Instruentes tres quinqueremes, & totidem quadriremes.* Hoc sensu aliquando Dandi casum regit, qui in versione commode omittitur. Plat. Sympos. pag. 189. in fine. Χεῖρας δὲ τέτταρας εἶχε, καὶ σκέλη τὰ ἼΣΑ ΤΑΙ͂Σ ΧΕΡΣΙ'. *Manus quatuor habuit, totidemque crura.* Additur & accusativus ἀριθμόν. Ita Arrianus exp. Al. lib. I. pag. 12. in fine, narrat crudelia Illyriorum sacrificia, quippe qui mactabant παῖδας τρεῖς καὶ κόρας ἼΣΑΣ ΤΟ'Ν 'ΑΡΙΘΜΟ'Ν. *Pueros tres & puellas numero pares.* At cum quantitas significatur, vertitur: *Tantundem, aequali portione:* quo sensu eleganter duplicatur, & alterum in Dativo ponitur. Hippocr. de Nat. Mul. pag. 570, lin. 48. Ἀδίαντον ὅσον στατῆρα Αἰγιναῖον, ἐν οἴνῳ λευκῷ ἼΣΟΝ ἼΣΩι κεράσας, δίδου πίνειν. *Adiantum stateris AEginaei pondere, ex vino albo aequali [aquae] portione temperato, bibendum dato.*

At τὸ ἴσον substantive redditur *Jus.* Thucyd. l. I. c. 34. Πολέμῳ μᾶλλον ἢ ΤΩῖ 'ΙΣΩι ἠβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν. *Bello magis, quam jure voluerunt cri-*

VIII. Καιροὶ, in plurali, maxime apud Atticos, absolute ponuntur, pro *commoda, vel incommoda occasione*, quasi, ἀφορμῇ, in utramque partem. Thucyd. lib. 1. pag. 26. Χωρίον προσλαβεῖν, ὃ μετὰ μεγίστων καιρῶν οἰκειοῦται, καὶ πολεμοῦται. id est, *Locum cum sibi adjungere, qui & summa cum utilitate nobis concilietur, & summo incommodo hostilis fiat*, vel *momentis in utramque partem maximis, aut amicus reddatur, aut hostis.* Καιροὶ.

IX. Ut ἀρετὴ de rebus etiam inanimatis dicitur; sic εὐτελῆ omnia, vel οὐδανὰ, hoc est, *vilia, nulliusque pretii*, κακὰ dici solent. Demosth. orat. de Chers. Ὥστε ὑπολαμβάνειν τὸν Φίλιππον, τῶν μὲν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν, (τί γὰρ ἄλλο τις ἂν εἴποι Δρογγίλον, καὶ Καβύλην, καὶ Μάστειρον, καὶ ἃ νῦν ἐξαιρεῖ, καὶ κατασκευάζεται;) τούτων μὲν ἐπιθυμεῖν: *Ut existimet Philippum, vilium quorundam Thraciae locorum, (quo enim alio nomine Drongilum, Cabylam, & Mastirum appellemus, ac caetera, quae nunc in potestatem redigit?) horum, inquam, cupiditate teneri.* Κακὰ vilia.

X. Quod Latinis *repetundarum crimen* dicitur, (id est repetundarum pecuniarum, quibus provinciam magistratus spoliaverat,) Graecis, κάκωσις τῆς ἐπαρχίας, quasi *vexatio provinciae.* At peculatus crimen, κλοπὴ τῶν δημοσίων, supple χρημάτων, id est, *pecuniae publicae furtum.* Exempla passim obvia, maximeque apud Plutarchum, aliosque rerum Romanarum Graecos Historicos [19]. Κάκωσις ἐπαρχίας, repetundarum crimen. κλοπὴ τῶν δημοσίων peculatus.

XI. Τὰ

*crimina persequi.* Sed, addito Generandi casu, in versione redditur per adjectivum. Sic eodem lib. cap. 39. ΤΗ͂Σ ἀφ' ἡμῶν ΑἸΤΊΑΣ ΤὈ ἼΣΟΝ ἕξετε. *Parem apud nos culpam habebitis.*

Nominis hujus Compositum Plurale ἡμίσεες (q. d. *semitoti dem* i. e. *pars alteri numero aequalis*, seu simpliciter, *pars altera*,) more Latinis incognito, cum Substantivo personae Adjective construitur. Vitiose enim Latine diceres: *Dimidii nautae perierunt.* pro *Nautarum pars altera.* Graece: ΤΩ͂Ν ΝΑΥΤΩ͂Ν ΟἹ ἩΜΊΣΕΕΣ ἀπώλοντο.

Ratio hujus in utraque lingua differentiae est diversa vocum, ex quibus conflatio fit, significatio. Arrian. Exp. Al. lib. III. cap. 12. Κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας ἐχόμενοι τῆς βασιλικῆς ἴλης τῶν Ἀγριάνων ἐτάχθησαν ΟἹ ἩΜΊΣΕΕΣ. *Ad dextrum cornu proxima regiae turmae Agrianorum collocata erat pars altera.* Proprie, *Agriani dimidii.* Et paulo post, Καὶ τούτων τῆς ἑταιρικῆς ἵππου σχεδόν τι ΟἹ ἩΜΊΣΕΕΣ. *Et ex his dimidia fere pars ex equitatu sociorum.* Sic, ἡμίσεων πλείους, *pars major* apud Hom. Od. ω. v. 463.

19 Adjectivum καλὸς *Pulcer*, *Ho-*

τὰ κοινὰ, idem quod χάριτες.

XI. Τὰ κοινὰ, id est, *communia*, idem aliquando sunt, quod χάριτες· id est, *morum congressusque facilitas cuilibet obvia*, ut in praeposit. ἀπὸ diximus, ἀπὸ πάντων τῶν χαρίτων ὁμιλεῖν. Plutarch. in Publicola pag. 99. b. Μάλιστά πως τοῖς κοινοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπαχθεὶς τοῦ ἀνδρός· id est, *Obvia hominis facilitate, ac morum suavitate maxime conciliatus.*

Καλάχρεως ὀυσία, biens hypothequéz. Ουσία φανερὰ, bona immobilia.

XII. Καλάχρεως, ὑπόχρεως, ὑπέγγυος ὀυσία, *nexu obligata bona*; quemadmodum *soluta nexu*, ἀνέπαφος ὀυσία· quae postrema vox saepe cum ὑποθήκη, id est, *pignore* conjungitur, significatque pignus ab omni manus injectione liberum: ὀυσία autem φανερὰ videtur *bona immobilia* significasse. Demosth. de pace, Ἐπειδὴ διὰ τὴν εἰρήνην ἀδείας ἔτυχεν, ἣν ἐνθάδε ἐκέκτητο ὀυσίαν φανερὰν, ταύτην ἐξαργυρίσας· *Ille pacis beneficio securitatem nactus, quae hic possidebat, immobilia bona cum vendidisset.* Quare ὀυσία ἀφανὴς, *bona mobilia, quaeque minus oculis pateant*, significabit.

Κυρία, vadimonium. vadimonium obire, desere re.

XIII. Quod Latini *vadimonium* accipiunt, pro *die certo, & dicto*, vel pro *sponsione conveniendi ac sistendi se dicto die*, Graecis fere ἡ κυρία dicitur; intellecto substantivo ἡμέρα, quasi dicas *domina*, vel *propria dies*: ut *vadimonium promittere*, τὴν κυρίαν ὁμολογεῖν· *ad vadimonium venire*, seu potius *obire vadimonium*, ἀπαντᾶν εἰς τὴν κυρίαν· sic *vadimonium deserere*, τῆς κυρίας ἀπολείπεσθαι, vel ὑπερίεσθαι. Caeterum κυρία absolute ponitur, pro quocunque die stato ac fixo, qui etiam ἀφωρισμένη, ταχθὴ, ἀποτεταγμένη, νενομισμένη, dicitur.

Προθεσμία, idem. Ἐκπρόθεσμος, & ὑπερήμερος.

XIV. Eodem fere modo sumitur ἡ προθεσμία. unde ὑπερήμερος τῆς προθεσμίας, dicitur, *qui in mora est, nec dicto die aut sistit sese, aut rem judicatam facit.* Is etiam ὑπερήμερος absolute vocari potest, vel ἐκπρόθεσμος, vel ὑπερπρόθεσμος. Hinc apud Athenienses, dicebatur aliquis ὑπερήμερόν τινα λαβεῖν, quando mittebatur in possessionem bonorum ejus, qui vel intra diem non adfuisset, vel rem judicatam non fecisset, & ὑπερημερία dicebatur, suprema dies alicui obeundo muneri concessa: unde ἀναβάλλεσθαι τὴν ὑπερημερίαν, *diem illum prorogare*: & μέλλει μοι ἐξήκειν ὑπερημερία,

*Honestus* in neutro genere pluralis numeri significat, quicquid in aliquo est illustre & egregium, & explicatur per *Virtutes.* Ita Lucian. Dem. Encom. pag. 900. Ὄυκουν ὀυδ' ὁ Δημοσθένης αἰτιάσεται, καθ' ἓν ΤΩΝ αὐτοῦ ΚΑΛΩΝ ἐπαινούμενος. *Itaque ne Demosthenes quidem aegre feret, si singulae ejus virtutes non laude praedicantur.*



Digitized by Google

ρία, *jam vergit illa dies, in quam iudicatum facere debeo.* Qui vero die dicta se sistit, ἐμπρόθεσμος dicitur.

XV. Ab eadem significatione non est alienum, quod ἐρήμη δίκη, vel ἐρήμη simpliciter dicebatur, pro *causa & judicio, cui alterius praesentia defuisset*; aut pro *vadimonio deserto*. Hinc ἐρήμην λαβεῖν, aut ἑλεῖν, adversarius dicebatur, cum is, altero vadimonium deserente, causam vincebat, aut etiam judicata causa damnabat, vulgo, *gagner sa cause, ou faire condamner sa partie par defaut* [20]. Uno quoque verbo dicebatur ἐρημοδίκιον, in neutro, *desertum vadimonium*.

Ἐρήμη δίκη. desertum vadim.

Ἐρημοδίκιον. idem.

XVI. Κύριος νόμος, *lex domina*, id est, *quae vim ac robur suum obtinet*: unde populus, τὸν νόμον τοῖς ψηφίσμασι κύριον ποιῆσαι, vel κυρῶσαι, id est, *suffragiis suis sancire dicebatur*. Contra vero ἄκυροι, *abrogatae*, vel etiam οὐκ ὄντες νόμοι, *non amplius existentes* dicebantur: quemadmodum ἡ μὴ οὖσα δίκη, *lis extincta penitusque composita*. Ἄκυροι denique τῶν ἑαυτῶν, vel τῶν πρὸς αὐτοὺς illi dicebantur, *quibus jus & potestas in suas facultates adimebatur*: cujusmodi erant, οἰκοφθόροι, id est, *qui patrimonium misere consumpsissent*, aut *qui domum & familiam perdidissent*: quod vitium οἰκοφθορία dicebatur [21].

Κύριος νόμος. ἄκυρος νόμος.

Δίκη μὴ οὖσα.

SE-

20 At ἐρήμην κατηγορεῖν videtur Plato dicere pro, *Absentem accusare.* Exemplum quaere in Apol. Socr. pag. 18. lin. 28. ἘΡΉΜΗΝ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥ͂ΝΤΕΣ ἀπολογουμένου οὐδενός. *Absentem accusantes, defendente nemine.*

21 Κύρωσις. Est *primaria & princeps alicujus rei virtus & facultas*, i. e. *id, quod in aliqua arte dominatur & praecipue tractatur*. Plat. Gorg. pag. 450. lin. 20. Τῆς δὲ ῥητορικῆς. . . . πᾶσα ἡ πρᾶξις καὶ ἡ ΚΥ΄ΡΩΣΙΣ διὰ λόγων ἐστί. *Rhetorices vero omnis actio & princeps primariaque facultas circa orationem versatur*, vel, *in oratione dominatur*. Apposite minus mea sententia Scapula explicat per *comprobationem, quae fit auctoritate alicujus*, vel *confirmationem & ratam fidem*. Sed, quia paulo post per τὸ πολὺ i. e. *principalem partem* & *opus* ejus artis, eandem vocem κύρωσιν explicat (his verbis: Πασῶν δὴ οἶμαι τῶν τεχνῶν, τῶν μὲν ἐργασία ΤΟ᾽ ΠΟΛΥ΄ ἐστί, καὶ λόγου βραχέος δέονται· ἔνιαι δὲ, οὐδενός. *Ex omnibus arbitror artibus, in aliis quidem opus principatum obtinet, & brevi oratione indigent: aliae nulla.*) ita ut ἡ κύρωσις καὶ τὸ πολὺ τῆς Ῥητορικῆς sit illud, quod ejus artis summam efficit, nempe λόγος vel oratio; priori adhaeremus explicationi. Paulo post in eadem significatione utitur κῦρος, lin. 40. Καὶ τοπαράπαν πᾶσα ἡ πρᾶξις

 καὶ

καὶ τὸ ΚΥ'ΡΟΣ αὐταῖς διὰ λόγων ἐστί. *Atque omnino omnis illarum actio & primaria virtus in oratione versatur.* Alibi, nempe pag. 453. idem effertur per τὸ κεφάλαιον. Ἡ πραγματεία αὐτῆς ἅπασα, καὶ τὸ ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ εἰς τοῦτο τελευτᾷ. *Omnisque illius actio, & summa caputque in illud desinit.* Et ut mira Graecorum in dicendo copia & felicitas appareat, possunt etiam praecedentia per Participium vel etiam per Verbum exprimi, non minus eleganter. Prioris exemplum exstat. ibid. p. 451. l. 17. Εἰ δ' αὖ ἔροιτο· τὴν δὲ λογιστικὴν τίνα καλεῖς τέχνην; εἴποιμ' ἄν, ὅτι καὶ αὕτη ἐστὶ τῶν λόγων τὸ πᾶν ΚΥΡΟΥΜΕ'ΝΩΝ. *Si vero iterum interroget, ecquam artem Logisticam appellem? responderem, eam quoque esse ex illis, in quibus oratio dominatur.* i. e. *priores partes obtinet.* vide & paulo post lin. 32. Posterioris exemplum est ibid. lin. 27. Καὶ αὕτη (scilicet ἀστρονομία) λόγῳ κυροῦται τὰ πάντα. *Et haec quoque maxime in oratione consistit.*

# SECTIO VI.

## *De Nomine* λόγος.

## REGULA I.

Λόγον αἰτεῖν dicendi locum poscere.

Λόγος nonnullos habet significatus notatione dignos [22]. Primum enim λόγον αἰτεῖν, est, *dicendi veniam & locum poscere:* cui respondent λόγον διδόναι, *dicendi facere potestatem*; & λόγον λαβεῖν, sive λόγου τυχεῖν, id est, *dicendi facultatem accipere:* hinc passim apud Oratores, λόγον κατὰ μέρος δοῦναί τε, καὶ λαβεῖν· hoc est, *loqui vicissim, & vicissim audire.*

Λόγον διδόναι.

II. Secundo, λόγον διδόναι, [23] idem est, quod εὐθύνας ὑπέ-

22 Tres praecipuas λόγου significationes explicat Plato Theaet. pag. 206. & 208.

1 Prima, inquit, λόγου significatio est διανοίας ἐν φωνῇ ὥσπερ εἴδωλον. *Cogitationis in voce tanquam simulacrum.*

2 Altera διὰ στοιχείου ὁδὸς ἐπὶ τὸ ὅλον. *Per elementum progressio ad ipsum totum.*

3 Tertia est Ὅπερ ἂν οἱ πολλοὶ εἴποιεν, Τὸ ἔχειν τι σημεῖον εἰπεῖν, ᾧ ἁπάντων διαφέρει τὸ ἐρωτηθέν. i. e. *Quod multi explicarent, posse signum aliquod enunciari, quo id, quod interrogatum est, ab omnibus differat.* Id est: Certa quaedam explicatio, quae rem definit & ab aliis distinguit.

23 Vel ἀποδιδόναι & ὑπέχειν. Exempla quaere apud Platonem in Cratylo, pag. 426.

Αὐ

ὑπέχειν, id eſt, *rationes reddere.* Aliquando *locum inter roganti viciſſim dare*: ut, ἐπειδὰν ἱκανῶς ἐρωτήσης, δίκαιος εἶ λόγον ἐν μέρει δοῦναι, id eſt, *ubi abunde interrogaveris, aequum eſt te alteri viciſſim interrogaturo locum dare.* [23]. Aliquando denique eſt, *colloqui cum aliquo*: ut, μηδενὶ παρ' ὁδὸν, ὅτι μὴ ἑταίρῳ προσφιλεστάτῳ, λόγον ἔδωκεν, id eſt, *cum nemine prorſus in via, niſi cum amiciſſimo ſocio, collocutus eſt.*

Rationes reddere. Interroganti locum dare.

III. At λόγον διδόναι cum dativo caſu pronominis reciproci, eſt *rem diligenter expendere, ratiocinari, & argumento aliquid colligere*: ut, λόγον ἑαυτῷ δοὺς, τῷ τῆς πολυμαθίας ἀξιώματι τὴν φιληδονίαν ἀπέκρουσεν· id eſt, *dignitas eruditionis ab eo diligentius aeſtimata, omnem ei voluptatis cupiditatem excuſſit.* [25] Συμφρονῆσαι idem ſignificare poteſt: de quo infra, Cap. 5. Sect., 1. 3.

Rem expendere.

IV. Λόγον παρέχειν, ſequente ut plurimum ὡς, id eſt occa-

Λόγον παρέχειν, appreſter a parler.

[23] Αὐται γὰρ ἂν πᾶσαι ἐκδύσεις εἶεν καὶ μάλα κομψαὶ τοῦ μὴ ἐθέλοντος ΛΟΓΟΝ ΔΙΔΟΝΑΙ περὶ τῶν πρώτων ὀνομάτων. *Haec enim ſint ſubterfugia, & quidem admodum ſpecioſa, nolentis rationem reddere de primis nominibus.* Et in Phaedone, pag. 63. Ὑμῖν τοῖς δικασταῖς βούλομαι τὸν ΛΟΓΟΝ ἈΠΟΔΟΥΝΑΙ. *Vobis judicibus volo rationem reddere.* Id. in Gorg. Τούτων δὲ πέρι εἰ ἀμφισβητεῖς, ἐθέλω ὙΠΟΣΧΕΙΝ ΛΟΓΟΝ. *His de rebus ſi dubitas, volo reddere rationem.* At λόγον ζητεῖν, λαμβάνειν παρά τινος vel ἀπαιτεῖν τινα, eſt, *requirere rationem ab aliquo.* Exempla invenies apud Demoſthenem, Philipp. I. Τῶν πράξεων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸν λόγον ζητοῦντες. *Rerum geſtarum ab imperatore rationem exigentes.* Et Philipp. IV. Δεῖ τῶν μὲν χρημάτων λόγον παρὰ τούτων λαμβάνειν τῶν δὲ τῶν ἔργων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ *Ab his* (ſc. *quaeſtoribus*) *pecuniarum, ab imperatore vero rerum geſtarum rationes exigendae.* Et de Cherſon. Εἰ λόγον ὑμᾶς ἀπαιτήσειαν οἱ Ἕλληνες. *Si a vobis repoſcerent rationes Graeci.*

[24] Exemplum habet Demoſth. Olynth. 2. pag. 9. lin. 44. Similis farinae eſt, διδόναι ἔλεγχον, *Arguendi locum dare.* apud Plat. Gorg. pag. 474. lin. 11. Ὅρα δὴ, εἰ ἐθελήσεις ἐν τῷ μέρει ΔΙΔΟΝΑΙ ἜΛΕΓΧΟΝ. *Vide igitur, an velis viciſſim arguendi partes tribuere.*

[25] Ita Plut. de Orac. Def. pag. 419. Τοῦτ' ἀκούσαντας ὁ Ἐπιθέρσης ἔφη πάντας ἐκπλαγῆναι, καὶ ΔΙΔΟΝΤΑΣ ἙΑΥΤΟΙΣ ΛΟΓΟΝ, εἴτε ποιῆσαι βέλτιον ἐπὶ τὸ προστεταγμένον, εἴτε μὴ πολυπραγμονεῖν. *His auditis, ajebat Epitherſes, exhorruiſſe omnes, & inter ſe rem diligenter perpendiſſe, utrum exſequenda eſſent mandata, an nihil curioſe perquirere melius eſſet.*

*occasionem loquendi, aut ea dicendi praebere, quae sequentibus verbis significantur*; ut, λόγον παρέσχεν, ὡς ἀποδειλιακὼς, καὶ καταπεπληγμένος τὸν κίνδυνον, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἀνεβάλλετο· *dictitandi occasionem praebuit, se periculi metu ac formidine, diem ex die trahere.*

Tullius ad Varronem scribens, prope verbatim *sermonem dare* dixit: gallice, *apprester a parler. Dabimus*, inquit ille, *sermonem iis, qui nesciunt, nobis in quocumque loco simus eundem cultum, eundem victum esse*: λόγον παρέξομεν τοῖς ἡμᾶς οὐκ εἰδόσιν, ὡς τὴν αὐτὴν, ὅπουπερ ἂν εἴημεν, τήν τε περιβολὴν, καὶ τὴν δίαιταν φυλάσσοντες διατελοῦμεν.

Λόγοι genus orationis.

V. Λόγοι in plurali, fere significant, *genus aliquod orationis*. Nam ποιούς τινας λόγους λέγειν, id est, *certo quodam orationis genere uti*. Demosthen. passim in Oratione pro Corona.[26] ut, τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες. *quaenam ergo tum hujus hominis erat oratio?* verbatim, *quinam ergo erant ab eo sermones tunc dicti?* ubi notandum, optime hoc nomen cum verbis ἐρεῖν, & λέγειν conjungi solitum esse.

Λόγοι verba.

Alias λόγοι eodem sensu, quo *verba* Latinis. Demosthenes passim, λόγοι ταῦτα καὶ σκῆψις, vel πρόφασις· *verba ista sunt, vanique praetextus.*

Εἰς λόγους ἐλθεῖν. In colloquium venire.

VI. Εἰς λόγους ἐλθεῖν, vel ἰέναι, vel καταστῆναι, vel συνελθεῖν, vel συνιέναι, vel ἀφικέσθαι· *in mutuum colloquium venire*, ut: ἐν μεθορίῳ τῶν ἑκατέρωθεν δυναστειῶν κατέστησαν ἐς λόγους, id est, *ad utriusque regni confinia, in mutuum de rerum summa colloquium venerunt*. Herodot. lib. 2. Τῶν Ἑλλήνων, τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων (Jonice pro ἀφικομένων) ἐς λόγους, οὐδεὶς ὑπέχετο εἰδέναι· *Ex Graecis, qui mecum ea de re loquuti sunt, nemo se nosse professus est.* Eodem pertinet, quod dicebatur, ἐν λόγῳ εἶναι, id est, *in mutuo versari colloquio*; idque cum dandi casu personam significante. Gallice, *estre en propos avec quelqu'un*; quemadmodum εἰσιέναι εἰς τοὺς λόγους, *entrer en propos.*

Ἐν λόγῳ εἶναι, estre en propos.

Ἐν λόγοις εἶναι, in hominum ore versari.

VII. At vero ἐν λόγοις εἶναι, verbatim *in sermonibus esse*: id est, *hominum ore famaque celebrari*: quo sensu fere additur, πολὺς, ut, πολύς ἐστιν ἐν τοῖς τῶν ἐνδοξοτάτων λόγοις, id est, *hominum clarissimorum fama majorem in modum celebratur*; vel, ut Latini Graeco propius, *in clarissimorum hominum ore multus est*[27].

VIII.

26 Pag. mih. 317.

27 Contra aliquis dicitur οὐκ εἶναι ἐν λόγῳ, cujus nulla habetur ratio, & qui nullius pre-

VIII. Jam λόγος per se sumptum, significat idem quod λόγος ἐστὶ, vel λόγος κατέχει, *fama est*; quo sensu praemittunt aliquando particulam ὡς, tuncque significat, *ut fama est*, *ut ferunt*. Λόγος ἐστί, fama est.

IX. At λόγος cum pronomine, *opinionem* significat, *ut*, κατ' ἐμὸν γε λόγον, id est, *quemadmodum sentio*, *ut mea fert sententia* [28]. κατ' ἐμὸν λόγον, ut sentio.

X. Λόγος πεζὸς, Stephano quidem est *oratio soluta*: sed longe meo judicio melius, *oratio vulgaris* [29], eique opposita, quam λόγον ἐμμετροβάμονα ante nominavimus: nam καταλογάδην εἰπεῖν est proprie *soluta oratione uti*; quemadmodum ἔμμετρος λόγος, *stricta oratio* dicebatur. Hinc *sermo pedestris*, Horatio, λόγος πεζὸς, id est, *humilis*. Sic enim in Arte Poëtica, vs. 93. Λόγος πεζὸς, vulgaris oratio.

*Interdum tamen & vocem Comoedia tollit,*
*Et Tragicus plerumque dolet sermone pedestri.*

An

pretii est. Sic in oraculo, quod citat Suidas de AEginetis.

Ὑμεῖς δ' Αἰγινέες οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ΕΝ ΛΟΓΩι, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

*Vos autem, AEginetae, neque tertii neque quarti,*
*Neque duodecimi, neque in sermone, neque in numero.*

28 Sic ὡς σὸς λόγος, apud Plat. in Gorg. pag. 477.

29 Non tamen omnino improbanda est Stephani explicatio. Nam soluta oratio sic vocari potest, quatenus stylus est humilior. Certe πεζῇ λέγειν καὶ μετὰ μέτρων opponit Plato. Verba sunt in Sophista, p. 237. Παρμενίδης δὲ ὁ μέγας ἡμῖν τοῦτο ἀπεμαρτύρετο ΠΕΖΗι τε ΛΕΓΩΝ καὶ ΜΕΤΑ ΜΕΤΡΩΝ. *Magnus ille Parmenides nobis hoc testatus est, soluta & stricta oratione.* Adstrictam magis oppositionem habet Strabo l. 1. p. 18 Λέγει γὰρ οὐδ' ὁ λόγος ἐστὶ γενικὸς, οὗ εἴδη ὁ ΕΜΜΕΤΡΟΣ καὶ ὁ ΠΕΖΟΣ. *Nomen oratio est genus, cujus species sunt, oratio ligata & soluta.*

AEquiorem sibi habuisset Vigerum Stephanus, si in Horatii verba incidisset, lib. II, od. 12. Ubi Maecenatem adloquitur.

*- - - Tuque PEDESTRIBUS*
*Dices Historiis praelia Caesaris*
*Maecenas melius. - - -*

An humili dicendi genere Maecenatem usurum esse, ausus fuisset dicere Flaccus? Nec λόγος πεζὸς ex Stephani sententia est non *soluta oratio*, sed *pedestris*: addit tantum: *Quae & soluta oratio*, *item prosa oratio secundum quosdam*. Dignus est, qui legatur in v. Πεζὸς λόγος ubi etiam Horatii verba, modo ab Auctore & me citata, ad partes vocat.



30 Tria

An soluta oratione Tragicus utitur? Significat utique, praeter morem accidere nonnunquam, uti & Comoedia graviori, & Tragoedia humiliori dicendi genere utatur [30].

Ἐπὶ λογισμῶν εἶναι, mentis compotem esse.

XI. Quod Latini dicunt, *mentis compotem esse*, hoc Graeci ἐπὶ λογισμῶν εἶναι, vel ὑπάρχειν, quasi *in ratiocinationibus esse*. Ita enim Basilius, Οὐκ ἄν ποτε ἐπὶ λογισμῶν ὑπάρχων, τοιοῦτό τι ποιήσαιμι. id est, *Neque enim unquam id agerem, si mentis compos essem.*

30 Tria hic addam.

I. Ἐν λόγῳ cum quibusdam Genitivis significat Latine *Titulo*, Belgice Onder di naam. Sic apud Herod. Erat. cap. 23. Τοὺς μὲν δὴ πλεῦνας (pro πλέονας) τῶν Ζαγκλαίων αὐτὸς ἘΝ ἈΝΔΡΑΠΟ'ΔΩΝ ΛΟ'ΓΩι εἶχε δήσας *Et quidem plerosque Zanclaeorum ipse captivorum titulo constrictos habebat.*

II. Ἐνὶ λόγῳ. *Ut verbo dicam* apud Plat. Gorg. pag. 524 lin. 31.

III. Quod Latini efferunt per *Magnus mihi dicendi campus patet*, id Graeci Ἱκανός μοι λόγος. apud Plat. Gorg. pag 512. lin. 23. Cum Latino magis convenit illud Lucian. Dem. Encom. pag. 894. Καὶ τοῦτο μὲν, ἔφη, σοὶ τὸ χωρίον τοῦ λόγου. *Et hic quidem, inquit, tibi dicendi campus.* Construitur hoc sensu cum infinitivo. Ita Graeci dicunt, Ταῦτα λόγος πολὺς ἂν εἴη διελθεῖν. *Haec longum esset narrare.* Simili modo dicitur ἄλλος λόγος, pro, *Alius erit dicendi locus.* Ita Plato: Ἀλλ' εἰ μὲν θαῤῥαλέως ἐγὼ ἔχω πρὸς θάνατον, ἢ μή, ἌΛΛΟΣ ΛΟ'ΓΟΣ. *Sed ad mortem obeundam constanti sim animo, nec ne, alius est dicendi locus.* Et Athenaeus, lib. Deipnosoph. XIII, pag. 587. Ὅτι δὲ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, διόπερ οὐδ' εἰς ἀκρόπολιν ἄνεισι τὸ ζῶον, οὐδ' ὅλως Ἀθηνᾷ θύεται, ἌΛΛΟΣ ἔσται ΛΟ'ΓΟΣ. *Thallum capras in deliciis habere, ideoque in Acropolin nec adscendere, nec omnino Minervae immolari, hac de re alias agemus.*

## SECTIO VII.

*De nominibus* μέρος, μοῖρα, μηδεὶς, μηχανὴ, μικρὸν, καὶ μέγα, νεανικός.

### REGULA I.

Τὰ ἐν μέρει, singularia.

De nomine μέρος, id est, *pars*, nota quae sequuntur. Primo, quae a Latinis *singularia*, dicuntur, ea Graecis, τὰ

τὰ ἐν μέρει, vel τὰ ἐπὶ μέρους, vel τὰ κατὰ μέρος dici ſolent: verbatim, *quae in parte*; idemque omnino ſunt, quod τὰ καθ' ἕκαστον.

II. Secundo, ἐν μέρει, vel κατὰ μέρος, [31] aliquando ſignificat, non tantum *ſigillatim*, ſed etiam *viciſſim*: ut, ἐν τῷ μέρει τὰ καθήκοντα ποιεῖσθαι, *viciſſim munus ſuum obire*: ἐν μέρει πάντα διεξελθεῖν, *omnia ſigillatim percenſere*. Gallice, *a part*. Ἐν μέρει, viciſſim.

III. Tertio, μέρος eodem interdum ſenſu accipitur, quo *pars* apud Latinos, id eſt, pro loco: ut apud Tullium Philipp. II *Mors in beneficii parte numeratur*, Graece, ὁ θάνατος ἐν εὐεργεσίας μέρει τίθεται. Demoſthenes Olynth. 2. Περιεωρᾶσθαι, καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον. *Qui talis ſit, cum negligi, nulloque in numero haberi* [32]. Sic, μέρους ἄν μοι τοῦτο γένοιτο Μέρος, locus.

31 Quando Auctor hanc regulam nulla auctoritate munit, eam confirmabimus exemplis, probantes alterum ex Platone, ex Thucydide alterum. Prior locus eſt in Gorg. pag. 462. in initio. ΈΝ τῷ ΜΈΡΕΙ ἐρωτῶν τε καὶ ἐρωτώμενος. *Per vices rogans & rogatus*. Vide an hoc Horatii admodum ſit diſſimile Epod. 2, 39.

*Quod ſi pudica mulier IN PARTEM juvet*
*Domum atque dulces liberos.*

Poſterior ex Thucyd. lib. III. cap. 49. Οἱ μὲν ὕπνον ᾕρουντο ΚΑΤΑ' ΜΕ'ΡΟΣ, οἱ δὲ ἤλαυνον. *Per vices alii ſomnum capiebant, alii remigabant*. Alias κατὰ μέρος dicuntur fieri res, quae non univerſae ſimul, ſed per partes & diverſis temporibus conſiunt: Belg. bij ſtukken en brokken. Ut cum V. C. dicimus: *Idololatriam per partes in Eccleſiam irrepſiſſe*. Gr. Τὴν εἰδωλολατρείαν ΚΑΤΑ' ΜΕ'ΡΟΣ εἰς τὴν ἐκκλησίαν παρεισδῦναι. Huc refer illud Plutarchi in Caeſare pag. 715. Μυριάσι διαλλαξάμενος ΚΑΤΑ' ΜΕ'ΡΟΣ τριακοσίαις. *Collatis ſignis diverſis temporibus cum tricies centenis millibus*. At ἀπὸ μέρους redditur *partim*, *ex aliqua parte*, *aliquatenus*. vid. Epiſt. ad Rom. Cap. XV, Comm. 15. Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοί, ἀπὸ μέρους. *Audacius aliquatenus vobis ſcripſi fratres*. & comm. 24. Ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. *Si praeſentia veſtra prius ex parte fuero expletus*. Dicitur pro eodem & ἐκ μέρους, ep. poſter. ad Cor. cap. II, comm. 5.

32 Hoc modo cum Praepoſitione ἐν, & ſequenti Genitivo notat ſtatum vel conditionem alicujus. e. g. Apud Iſocr. in Euag. pag. 382. Ἡγούμενοι, οὐχ οἷόν τ' εἶναι τὸν τοιοῦτον τὴν φύσιν 'ΕΝ 'ΙΔΙΩ'ΤΟΥ ΜΕ'ΡΕΙ διάγειν. *Ducentes, fieri non poſſe, ut is, qui tali natura praeditus erat, privato habitu vitam degeret*. Huc pertinet ἐν οὐδενὸς μέρει τίθεσθαι. *Nullo in numero habere*. Vide infra, cap. V. Sect. II. reg. 7.



Digitized by Google

χρίοιτο τ̃ ἐυσεβείας, *id ego pietatis loco ducam*. Ita fere Virg. AEneid. 7.

*Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.*

Πολὺ μέρος pars magna.

IV. Quarto, μέρος ἐςὶ, vel γίνεται, aliquando idem est, quod apud Latinos, *unus e numero*, ut Virg. AEneid. 2.

*Et quorum pars magna fui.*

Graeci: ὧν δὴ καὶ πλεῖστον μέρος γέγονα.

Τὸ ἐμόν γε μέρος, pro viribus.

V. Aliquando etiam μέρος cum aliis quibusdam particulis, *facultates cujusque ac vires proprias* significat. Ac primum quidem Graeci dicunt, τὸ ἐμὸν γε μέρος, intellecta praepositione κατὰ, id est, *pro mea virili parte* [33]. Secundo,

[33] Mira est hujus Nominis μέρος; sive expressi, sive subauditi, elegantia, si Adjectivum additur conveniens, non cum Persona, de qua sermo est, sed cum Substantivo μέρος. Exemplum dabit Plato in Theag. pag. 128. lin. 20. ΤΟ' Γ' 'ΕΜΟ'Ν 'ΕΤΟΙΜΟΝ, ἐὰν ἐκεῖνος ἐθέλῃ. Verbatim: *Pars mea est parata*, i. e. *Quod ad me adtinet, ego sum paratus, si ille velit*. Alii dicerent: Τό γε ἐμὸν, ἕτοιμός εἰμι. Caeterum in fine regulae hujus posterior locus, c. 5. de verbo, sect. 8. reg. 1. frustra citatur.

Post μέρος operae pretium videtur varios & elegantes admodum usus Nominis μέσος addere.

I. Hoc Nomen cum suo Articulo in Neutro Genere Graeci adhibent pro ἐμποδὼν, & cum verbo Substantivo εἰμι constructum Latine redditur, *Impedit, obstat*, sequente Particula ἀλλά. v. c. AEschin. contra Ctesiph. pag. 287, lin. 24. Οὐδὲν γὰρ 'ΗΝ ΤΟ' ΜΕ'ΣΟΝ, 'ΑΛΛ' ὑπῆρχεν αὐτῷ ἢ φεύγειν ἐκ Χαλκίδος, ἢ τεθνάναι. *Nihil enim obstabat, quin ei aut Chalcide exulandum, aut moriendum esset*. Ubi obiter observa, ὑπῆρχεν poni, pro ἀνάγκη ἦν. Vide Nostrum, infra Cap. V, sect. 12, reg. 5.

II. Construitur & in sexto Casu, praemissa Praepositione ἐν, varia acceptione: primo, Articulo neglecto, & sequente Genitivo τοῦ cum Infinitivo, idem significat. Ita Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V, pag. 123. Τί δ' 'ΕΝ ΜΕ'ΣΩι, ἔφη, ἐςὶ ΤΟΥ' ΣΥΜΜΙ'ΞΑΙ; *Quid in medio?* i. e. *Quid obstat, quo minus conjungantur?*

III. Deinde, subaudito itidem Verbo substantivo, & sequente Conjunctione καὶ, redditur per Verbum *Intercedere*. Sic modo citata orat. AEschin. pag. 284, lin. 36. Νὺξ 'ΕΝ ΜΕ'ΣΩι, ΚΑΙ' παρῆμεν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ad verbum: *Nox in medio*, i. e. *Nox intercessit, & postridie convenimus in concionem*. Prope accedit Ovidius lib. III. Fast. vs. 809.

*Una DIES MEDIA est, ET fiunt sacra Minervae.*

Pro quo, ut ad Graecismum pro-

Digitized by Google

do, τὸ ἐπ' ἐμὲ, vel εἰς ἐμὲ ἧκον μέρος, *partem ad me venientem*, id eſt, *quantum in me ſitum eſt*, quod etiam dicitur ἧκον, ſubaudito nomine μέρος ut, τὸ εἰς αὐτὸν ἧκον, *quantum in ſe fuit*. Tertio, dicunt etiam ὅσον ἐμοίγε μέρος ἐπιβάλλει, eodem plane ſenſu: vel brevius, τό μοι ἐπιβάλλον, ſub. μέρος. Vide infra de nomine ὅσος, Sect. 9. Reg. 6. &c. Cap. 5. de verbo, Sect. 8. Reg. 1. Τὸ ἧκον μέρος, idem. Μέρος ἐπιβάλλον, idem.

VI.

propius accedat oratio, dicere licet:

*In medio una dies, & fiunt*
*ſacra Minervae.*

Dixit enim Maro lib. Aen. IX, vſ. 395.

*Nec longum IN MEDIO tempus, cum clamor ad aures*
*Pervenit.*

i. e. *Non longum tempus interceſſit*, ut loquitur Cic. or. 1. in Cat. cap. 2. init. *Decrevit quondam ſenatus, ut L. Opimius COS. videret, nequid reſp. detrimenti caperet: NOX NULLA INTERCESSIT, interfectus eſt propter quasdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus.*

Eodem ferme modo apud Photium in Excerptis Herodiani: Οὐ πολὺ ΤΟ' 'ΕΝ ΜΕ'ΣΩι, ΚΑΙ' οἱ στρατιῶται στασιάσαντες ἐξάγουσι τῶν βασιλείων Βαλβῖνον καὶ Μάξιμον. *Non longo adeo temporis intervallo tumultuantes milites palatio educunt Balbinum & Maximum.* Quod etiam efferri poteſt, Μετὰ οὐ πολὺν τὸν χρόνον μέσον. Vid. Ariſtid. pro Quatuorv. pag. 500.

IV. At, non ſequente Conjunctione καὶ, τὸ ἐν μέσῳ ſubſtantive pro τὸ διαφέρον ponitur. v. c. *Magna eſt differentia.* Πολὺ τὸ ἐν μέσῳ. Ibid. pag. 478, & 502.

V. Alias ἐν μέσῳ ſine Articulo redditur *Publice*. Ibid. pag. 49. Σὺ δὲ τῶν 'Ελλήνων κωμῳδεῖς τὰ ἀγάλματ' 'ΕΝ ΜΕ'ΣΩι. *Tu vero eos, qui Graecorum ſunt ornamenta, viros publico ſcripto laedis.* Confer Plutarch. in Caeſ. p. 721. Πολλοὶ δὲ ἦσαν, οἱ καὶ λέγειν 'ΕΝ ΜΕ'ΣΩι τολμῶντες. *Et multi erant, qui publice etiam dictitare ſuſtinerent.* Sic οἱ λόγοι 'ΕΝ ΜΕ'ΣΩι κείμενοι, ſunt *ſcripta in lucem publice edita.*

VI. Idem Adjectivum cum ſuo ſubſtantivo conveniens conſtruitur cum duobus Genitivis, qui, mediante Conjunctione καὶ, duos temporis, loci vel conditionis terminos notant, inter quos quid eſſe vel accidiſſe dicitur; tuncque commode per μεταξὺ explicatur. Ariſtid. pro quatuorv. pag. 474. ΤΗ͂Σ δὲ ἐν Κορίνθῳ μάχης ΚΑΙ' ΤΗ͂Σ ἐν Λεχαίῳ ΜΕ'ΣΟΣ ἄρχων Εὐβουλίδης. *Eubulides imperavit inter pugnam Corinthiacam, eamque, quae in Lechaeo commiſſa eſt.* Sic Ἐν γράμμασι τὰ ἡμίφωνα ΜΕ'ΣΑ ΤΩ͂Ν 'ΑΦΩ'ΝΩΝ ἐστὶ καὶ ΤΩ͂Ν ΦΩΝΗΕ'ΝΤΩΝ. *In literis ſemivocales mediae ſunt inter mutas & vocales.* Nec abludit illud Naſonis, lib. Met. X, vſ. 174.

Jam-

Μοῖρα, locus. Θεία μοῖρα, divinum beneficium.

VI. Substantivum ἡ μοῖρα, saepe idem est, quod μέρος, praesertim ea significatione, qua *locum* significat. Dicunt enim, ἐν ἐξαιρέτου εὐτυχήματος μοίρᾳ τιθέναι, *summae felicitatis loco ducere:* tametsi vulgo *fatum* significet; quod enim La-

*Jamque fere MEDIUS Titan VENIENTIS ET ACTAE NOCTIS erat, spatioque pari distabat utrimque.*

Simile quid habet idem, lib. eod. vs. 233.

- - - *Si quid MEDIUM MORTISQUE FUGAEQUE.*

Graece

- - - Εἴ τι μέσον θανάτου τε φυγῆς τε.

Nec abludit illud Flacci de Baccho lib. II, od. 19.

- - - *Sed idem PACIS eras MEDIUSque BELLI.*

VII. Contrarius Latinorum consuetudini usus est, quo Adjectivum μέσος relatum ad praecedens substantivum, post se regit Generandi Casum ejus rei, in cujus medio versatur. Ita in Euang. Matth. cap. XIV, 24. Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη ΜΕΣΟΝ ΤΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ἦν. *Navis autem jam erat in medio mari.* Ad verbum: *erat media maris.* Gregor. Naz. Carm. de se ipso, vs. 52. Ὡς ΝΑΥΝ ΜΕΣΗΝ ΚΛΥΔΩΝΟΣ. *Ut navim mediis in fluctibus.* Non tamen omnino alienum illud Virgilianum:

*Urbis ubi captae casum convulsaque vidit*
*Limina tectorum, & MEDIUM in penetralibus HOSTEM.*

Confer lib. X, vs. 379. & l. XII, vs. 564.

VIII. Latinorum quoque consuetudini adversatur, cum regit Genitivum ejus rei, quae contra Genitivum regere debuisset. e. g. *Erat tempus mediae aestatis.* Ἦν τῆς ὥρας μέσον θέρος apud Herodot. Uran. cap. 12.

IX. Deinde, διὰ μέσου, pro ἐν τῷ μέσῳ, utitur Scholiastes Thucydidis, quoties aliqua verba *in Parenthesi posita* significat. Ita enim ille ad lib. III, cap. 20. in initio ad haec verba; Οἱ Πλαταιῆς (ἔτι γὰρ ἐπολιορκοῦντο ἐπὶ τῶν Πελοποννησίων καὶ τῶν Βοιωτῶν) ἐπειδὴ τῷ τε σίτῳ ἐπιλιπόντι ἐπιέζοντο, ait. Οἱ Πλαταιῆς. τὸ ἑξῆς οὕτως· Οἱ Πλαταιῆς ἐπειδὴ τῷ τε σίτῳ. τὰ γὰρ ἄλλα ΔΙΑ ΜΕΣΟΥ. supple, ἐστιν. *Nam caetera in medio*, i. e. *in Parenthesi posita sunt.* At ἐν τῷ διὰ μέσου χρόνῳ. *Interea temporis.* apud Herodot. Uran. cap. 27.

X. Eidem Thucydidi μέσος δικαστὴς, non tam est *judex medius*, qui neutri patri favet, quam *arbiter*, cujus opera in dirimenda controversia adhibetur. Vid. lib. IV, cap 83. Eidemque μέσος πολίτης, *civis* est *mediae conditionis* inter πένητα & πλούσιον. Diversa acceptione μέσος dicitur *mediae aetatis homo*, ut in ullo, ut fertur, Hesiodi:

Ἐς

Digitized by Google

Latini, *divino quodam fato*, hoc Graeci, θείᾳ τινὶ μοίρᾳ [33].

VII. Μηδεὶς, cum μήτε, vel μηδὲ repetito, efferri Attice solet, in ejus tantum substantivi genere, quo cum proxime conjungitur, licet alterius generis alia substantiva sequantur. Demosth. περὶ παραπρεσβ. Δέησομαι πάντων ὑμῶν, inquit, μηδεμίαν μήτε χάριν, μήτε ἄνδρα ποιήσασθαι περὶ πλείονος, ἢ τὸ δίκαιον, καὶ τὸν ὅρκον. id est, *Vos omnes obsecrabo, nullam ut gratiam, hominemque nullum, pluris, quam aequitatem ac jusjurandum faciatis:* ubi μηδεμίαν, respondet nominibus χάριν, & ἄνδρα. Μηδεὶς, μηδέ.

VIII. Μηχανὴ, aliquando per sese ponitur, aliquando cum Μηχανὴ, modus, ratio.

Ἔργα νεῶν. βουλαὶ δὲ ΜΕ´ΣΩΝ, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

*Opera sint juvenum, consilia perfectorum virorum, preces senum.*

XI. Agmen claudat μέσον λαμβάνειν, proprie, *medium capere*, sed aliquando scite admodum *Intercipere*, q. d. *Aliquid, dum medium est inter eum, qui mittit & accepturus est, capere.* Plut. παραλλ. Ἑλλ. καὶ Ῥωμ. pag 305. & 307. Ubi: Πορσίνας.... ἐπολέμησε Ῥωμαίοις καὶ τὴν ἀπὸ σίτων φερομένην εὐθηνίαν Ῥωμαίοις ΜΕ´ΣΗΝ ΛΑΒΩ´Ν, λιμῷ τοὺς πολιορκουμένους ἔτρυχε. *Porsena bellum contra Romanos gessit, interceptoque, qui ad eos portabatur, commeatu fame illos vexavit.*

34 Qui sunt *in summa aestimatione*, Graece dicuntur εἶναι ἐν μεγάλῃ μοίρᾳ. Vid. Plat. in Critone pag. 51, lin. 10. Quin etiam qua sancti post hanc vitam fruuntur, beatissima sors hoc nomine insignitur, apud eundem in Cratylo, pag. 398, lin. 20. Ἐπειδὰν τις ἀγαθὸς ὢν τελευτήσῃ μεγάλην ΜΟΙ´ΡΑΝ καὶ τιμὴν ἔχει. *Postquam aliquis probus vita functus fuerit, is beatissima sorte & honore fruitur.*

Per μοῖραν Graeci etiam intellexerunt, quidquid *aequum, justum, rectum, concinnum, elegans* etiam, & *honorificum* est. Dicunt enim Poëtae πράττειν vel εἰπεῖν τι κατὰ μοῖραν. *Ut aequum est facere. Eleganter dicere.* Ita Hom. Od. ι.

- - - Ἐπεὶ οὐ ΚΑΤΑ` ΜΟΙ´ΡΑΝ ἔρεξας.

*Quoniam praeter jus & aequum egisti.* Sic alibi apud eundem in Odyss.

- - - - - - Ἐκέλευον
Πεμπέμεναι τὸν ξεῖνον, ἐπεὶ ΚΑΤΑ` ΜΟΙ´ΡΑΝ ἔειπεν.

*Jubebant dimitti hospitem, quoniam recte dixerat.* sive, *Honesta ejus erat oratio:* Et lib. θ.

Λίην δὴ μοι ταῦτα ΚΑΤΑ` ΜΟΙ´ΡΑΝ κατέλεξας

*Siquidem haec eleganti ordine recensueris.* Ubi κατὰ μοῖραν idem est, quod paulo ante dixerat κατὰ κόσμον. Similiter lib. μ, vs. 35.

35 Hinc

cum interrogatione, μηδεμία μηχανὴ, ſignificat, *fieri non poteſt*, vel *cauſae nihil eſt*. v. g. quod Latinus diceret, *nunquam efficies, ut hoc in argumento acquieſcam*: Graecus ita redderet, ὐδεμία μηχανὴ, τό μ' ἐπὶ τῷδε ἀτρεμεῖν ἐνθυμήματι [35].

IX. At cum interrogativo τίς aliquando negatio conjungitur, ſignificatque, *quo modo fieri poſſet*? vel *quid cauſae eſſe queat*? v. c. τὸν ὑπὸ ῥαθυμίας κατατηκόμενον, τίς ἂν μηχανὴ πολυμαθέστατον ποτε γίνεσθαι; *qui fieri poſſit, ut qui veterno contabeſcit, doctiſſimus unquam evadat*? quod exemplum Graeca negatione caret.

Contra negatio adhibetur, in exemplo ſequente, τὸν πάντα κινοῦντα λίθον, τίς μηχανὴ ὐδ' ὁτιοῦν αὐτὸν προχωρεῖν, *Qui lapidem omnem moveat, qui fieri poteſt, ut nihil omnino promoveat*? quo ſenſu duae negationes ſaepe junguntur, ut μὴ ὐχί [36].

Μικρὸν, καὶ μέγα.

X. Μικρὸν & μέγα, vel μεῖζον, *parvum* & *magnum*, vel *majus*, eleganter ſaepe conjunguntur, tam affirmando quam negando: & affirmando quidem reddi poſſunt, *fanda & infanda*. Sic apud Demoſth. in Midiana, Ἐπηρεάζων ἐμοὶ συνεχῶς, καὶ μικρὰ, καὶ μείζω· verbatim, *Probra in me aſſidue conjiciens, parva & majora*, id eſt, *horrenda & infanda*. Negando ſignificant, *nihil penitus in argumento propoſito eſſe illius rei, quae negatur*: v. c. ὐδὲν ὄφελός ἐστι μήτε μικρὸν, μήτε μέγα, *nihil prorſus utilitatis eſt*. Galli Graecos ſequuti; *il n'y a aucun profit, ny petit, ny grand* [37].

Idem

35 Hinc ἀμηχανία, *conſilii inopia*, & ἀμηχανέω, *nulla ratione poſſum*, quod verbum cum infinitivo conſtruitur apud AElian. V. H. lib. 1. cap. 3. Ὁ δὲ ἈΜΗΧΑΝΕῖ ΚΑΤΑΠΙΕῖΝ αὐτὸν αὐτῷ τῷ καλάμῳ. *Ille vero eam* [ranam] *una cum calamo deglutire nullo modo poteſt*. Ubi obiter notare liceat verbum καταπιεῖν ſive καταπίνειν a ſimplicis *bibendi* ſignificatione degenerans; vix enim uſquam invenies extra *abſorbendi, deglutiendi*, vel *devorandi* notionem. Sic de Saturno filios devorante Apollodorus lib. 1. Biblioth. & eod. lib. non ſemel. 1 Pet. V, 8. Ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος, περιπατεῖ ζητῶν τίνα ΚΑΤΑΠΙΉι. *Adverſarius veſter diabolus, ut rugiens leo, obambulat, quaerens, quem devoret*. Conferenda loca Matth. XXIII, 24. 1 Cor. XV, 54. 2 Cor. II, 7. & V, 4. Hebr. XI, 29.

36 Ita Plato in Phaedone, ΤΊΣ ΜΗΧΑΝῊ ΜῊ ΟΥ̓ΧῚ πάντα καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι; *Quomodo fieri poteſt, ut non omnia morte abſumantur*?

37 Ita Οἱ ὁ Num. XXII, 18. Ἐὰν δῷ μοι Βαλὰκ πλήρη τὸν οἶκον

Idem Demosthenes pro Cor. μεῖζον & ἔλαττον conjungit, id est, *majus & minus* : Οὐδ᾽ ἐςὶν, οὔτε μεῖζον, οὔτ᾽ ἔλαττον ψήφισμα οὐδὲν, Αἰσχίνη, περὶ τῶν συμφερόντων τῇ πόλει· *Nec ullum est majus, minusve decretum* (id est, *nullum penitus*) *de reipubl. commodis.* μεῖζον, ἔλαττον.

XI. Μικροῦ, interdum absolute ponitur, pro μικροῦ δεῖν, id est, *parum abest* : & ὀλίγου, pro ὀλίγου δεῖν. Plutarch. Pomp. Ὥςε ἅπαξ μικροῦ συντριβῆναι, καὶ τὴν ςρατιὰν ἀποβαλεῖν. *Ut semel parum abfuerit, quin & ipse contereretur, & exercitum amitteret* [38]. μικροῦ δεῖν.

XII. Μέγας & πολὺς, eleganter & Attice, cum verbis quibusdam adverbiorum loco usurpari solent : v. c. μέγας αὔξεσθαι, apud Demosthen. in 2. Olynth. quasi μεγάλως αἴρεσθαι, vel αὔξεσθαι, id est, *majorem in modum efferri, vel augeri.* Sic, πολὺς ῥέειν ποταμὸς, verbatim *multus fluere fluvius* dicitur, id est, *vehementer.* Exempla passim. Demosth. pro Corona Ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ, καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ᾽ ὑμῶν, οὐκ εἶξα. *Equidem Pythoni, cum audacius ac vehementius in vos inveheretur, non cessi.* Philo de Legat. ad Cajum, ubi de invidia loquitur, πολὺς jungit cum ἄγαν, id est, *vehementer*, & πνέω, *spiro* : Ἰοβόλου, inquit, τρόπον ἑρπετοῦ φωλεύει, βραχέσιν εἰσερπύτας χωρίοις, ἀνδρὶ ἑνὶ, ἢ οἴκῳ ἑνὶ, ἢ εἴποτε πολὺς ἄγαν πνέοι, πόλει μιᾷ, id est. *Venenati serpentis more latitat, angustis quibusdam adrepens locis, viro uni, uni familiae, aut, si quando vehementius spiraverit, uni certe urbi* [39]. Μέγας & πολὺς.

XIII.

κον αὐτοῦ ἀργυρίου καὶ χρυσίου, οὐ δυνήσομαι παραβῆναι τὸ ῥῆμα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ποιῆσαι αὐτὸ ΜΙΚΡΟ'Ν ἢ ΜΕ'ΓΑ. *Si dederit mihi Balac suam domum argento & auro plenam, non possem transgredi verbum Domini Dei, ut illud faciam* (sc. quod Balac petit) *sive magnum illud est, sive parvum.* Quam locutionem satis usitatam multis exemplis confirmant Steph. Bergler. ad Alciphr. II. Ep. 4. pag. 260. & Jo. Conr. Schwartz in Anim. ad Jo. Olear. de Stil. N. T.

38 Alterius exemplum quaere apud Plat. in Phaedr. pag. 258. lin. 44. Ὃ δὴ ὈΛΊΓΟΥ πᾶσαι αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἔχουσι. *Cui rei fere omnes corporeae voluptates sunt obnoxiae.* Vel, *cui rei, parum abest, quin omnes* &c. Eodem modo Lysias contra Alcibiadem. Διὰ τὰ πατρὸς ἁμαρτήματα ὈΛΊΓΟΥ τοῖς ἕνδεκα παρεδόθη. *Ob patris delicta, parum abfuit, quin undecim viris traditus sit.*

39 Eodem modo jungitur cum Adjectivo, sed non, nisi Genere Neutro, ut μέγα ὄλβιος *Praedives* apud Herod. Erat. cap.

Digitized by Google

XIII. Νεανικὰ (*juvenilia*) eleganter dicuntur σφοδρὰ omnia, id est *acria*, & *vehementia*, ut νεανικὴ ὁρμὴ, *vehemens impetus*: νεανικὴ φιλοτιμία, *vehemens ambitio*: νεανικὴ σπουδὴ, *acre studium*: νεανικῶς ἐνίστασθαι, *vehementer obniti*: νεανικὴ διαφορὰ, *ingens controversia*. Plutarch. in Numa, Ἔστι δὲ καὶ περὶ τοῦ Νουμᾶ χρόνων, καθ' οὓς γέγονε, νεανικὴ διαφορά· *Ingens praeterea de tempore, quo natus Numa fuerit, controversia est* [40].

cap. 24. Cum comparativo construit Hom. Il. ψ, vs. 315.

Μήτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι.

*Arte lignarius multo praestantior quam viribus.* Cum superlativo apud Hom. Boeot. vs. 275. Ubi μέγ' ἄριστος *Longe praestantissimus.* Cum verbo, sed Neutro genere paulo post vs. 291.

- - - Μέγα στοναχίζετο γαῖα.

*Valde gemiscebat terra.*

Quomodo & dicunt τὰ μεγάλα σοφός· τὰ μέγιστα ὠφελεῖν, sed, dissimulata praepositione κατά.

40 Ablativus νόμῳ Generandi casum post se regens reddendus est Latine per *instar*, vel *in morem*. Ut τετράποδος νόμῳ, *Quadrupedis in morem* apud Plat. in Phaedr. pag. 250. in fine. Potest subaudiri participium χρώμενος. vide infra ad Cap. V, s. 14, r. 7.

# S E C T I O VIII.

## *De nominibus* ὁδός, οἰκονόμος, οἷος, ὀργή.

## R E G U L A I.

Ὁδὸς, non tantum pro *via*, sed etiam pro *itinere* sumitur, id est, ἀντὶ τῆς πορείας, vel ὁδοιπορείας. Nam ἐν ὁδῷ εἶναι, id est, *in itinere esse*. Synes. epist. 54. Ὀνήσομαι τοῦτο τῆς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ὁδοῦ. id est, *Hunc fructum capiam ex itinere Athenas suscepto.*

Quo sensu Eustathius Ἰλιά. α. notat εἰς ὁδὸν ἐλθεῖν (verbo *in viam ire.*) sumi, pro εἰς πρεσβείαν, id est, *Legationem obire*: cujus nullum exemplum affert, nec mihi ullum occurrit.

Hoc certius, ὁδὸν ποιεῖν, & ὁδὸν ὁδοποιεῖν, esse proprie *viam munire*: quae frequentissima sunt. Hinc ὁδὸς ὁδοποιουμένη, *via munita*, *strata*, *unde summota sunt impedimenta*: & ὁδοποιεῖν, unico verbo, id est, *alicui viam munire*, aut *praeire*: cum dativo casu, vel etiam (quod familiare Xeno-

Digitized by Google

nophonti est) cum accusat. ut lib. 3. de expedit. Καὶ ὁδοποιήσει γ' ἂν αὐτοῖς, καὶ εἰ σὺν τεθρίπποις βούλοιντο ἀπιέναι. id est, *Imo viam quoque illis praeiret,* [41] *etiamsi quadrigis abire vellent.* Dicitur & προοδοποιεῖν, ac fere cum dativo personae & accusativo rei: nam προοδοποιῶ σοι τοῦτο, est, *viam tibi hanc ad rem praeeo*, vel *auctor tibi sum:* & προοδοποιεῖσθαι dicuntur, quae ad aliquid suapte natura promptiora sunt, in bonam & malam partem.

II. Ὁδὸς in gignendi casu, cum praepositione πρὸ, & verb. εἶναι, vel γίνεσθαι, idem est quod *opportunum & commodum*, vel etiam *in promptu & obvium*; ut, μηδὲν ἂν μᾶλλον τοῦ φιλομαθοῦς πρὸ ὁδοῦ γένοιτο εἰς τὸ πολυμαθές. *nibil est quod magis ad eruditionem conferat, quam eruditionis studium.* — *Πρὸ ὁδοῦ, opportune.*

III. Idem Genitivus cum voce πάρεργον, videtur παρέλκειν: nam idem penitus est quod πάρεργον, *obiter.* Tullius ad Atticum: *Nam*, inquit, ὁδοῦ πάρεργον, *volo te hoc scire.* Sic: *At haec quidem obiter dicta sint*, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁδοῦ πάρεργον εἰρήσθω. — *Ὁδοῦ πάρεργα, obiter.*

IV. In dandi casu, cum βαδίζειν, προϊέναι, aut simili verbo, significat, *recta via & ordine progredi:* ut, *recta se perditum eunt*, ὁδῷ εἰς ὄλεθρον βαδίζουσι· cum praepositione ἐν, ut, ἐν ὁδῷ βαδίζειν, id est, *aller par chemin.* at ὁδῷ βαδίζειν, absolute, est *sese modeste sapienterque gerere.* — *Ὁδῷ βαδίζειν, recta ire.*

Affinis est significatio accusativi, cum praepositione κατὰ, ut apud Lucianum in Dialogo de Gymnasiis: Καθ' ὁδὸν γὰρ ἂν ἡμῖν ὁ λόγος μᾶλλον προχωροίη. ubi Interpres pessime, *Inter eundum vero nobis in longum profluxit oratio.* Atqui Solon & Anacharsis sedebant eo tempore, non ambulabant. Verto igitur, *hoc enim modo rectiorem ac faciliorem cursum nostra tenebit oratio.* Sic, οὑτωσὶ δὴ καθ' ὁδὸν ἡμῖν ἂν προχωροίη τὸ πρᾶγμα, *sic enim res bene nobis feliciterque procedet*, id est, κατορθώσεται. — *Καθ' ὁδὸν recta, ordine.*

V. Aliquando λόχον significat, id est, *insidias.* Demosth. advers. Aristocrat. Ἐν ὁδῷ καθελὼν, id est, *cum ex insidiis confecisset.* Quo sensu Poëtis frequentius est: dicunt enim ὁδὸν ἔρχεσθαι, vel ἰέναι, (verbatim, *ire viam*) pro *insidias ponere.* Homer. Iliad. α. v. 149. Ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι. id est, *Aut insidias struere, aut cum hostibus strenue dimicare:* quod ibid. vers. 224. dicit, λόχονδ' ἰέναι, *in insidias ire.* — *Ὁδὸς, insidiae.*

Eustath.

41 Locus est pag. mih. 303. Praecedentia omnia apud eundem occurrunt in lib. IV. pag. 340. & V. pag. 345. & 349.

Eustath. autem observat, universe ὁδὸν sumi posse πρὸς διαστολὴν ἀντιπαρατάξεως παρατάξεως, id est, *ut distinguatur a pugna, quae instructa & adversa hinc atque hinc acie committitur.* Itaque ὁδὸν ἐλθεῖν, (*venire viam*) erit, τὸ ἐπὶ λείαν ἀπελθεῖν πε, id est, *praedae causa aliquo proficisci*; vel ἐπὶ κατασκοπεύσει, id est, *ad explorandum*, vel ἐπὶ τείχους ἀναμετρήσει, *ad metiendos hostiles muros* [41].

Ἡ οἰκονόμος materfamilias.

[Ὁ οἰκονόμος est dispensator rei familiaris, villicus: ὁ νέμων τὸν οἶκον· οἶκος autem τὰ χρήματα καὶ κλήματα res familiaris: οἰκία aedificium. Usurpatur vero Attice *pro foemina*: Lysias pro Erat. Οἰκονόμος καὶ φειδωλὸς ἀγαθὴ, καὶ ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα. *Materfamilias sedula erat, & parsimoniae dedita, & diligenter omnia administrabat*: paucissimis verbis bonae matrisfamilias virtutes atque officia complectitur.]

οἷος, cum infinitivo.

VI. οἷος primum cum infinitivo eleganter jungitur, ἐλλειπτικῶς, idque sive praecedat τοιοῦτος, sive reticeatur. Et quidem praecedente, ut, τὸ τῆς ἀγγελίας τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον ἅπασαν εὐφρᾶναι τὴν πόλιν· id est, *ejusmodi nuncius hic est, ut civitatem universam laetitia complere possit*: ubi εὐφρᾶναι, pro εὐφράνοι ἂν vel εὐφρᾶναι δύναιτ' ἄν. Demosth. Olynth. 2. Τοιούτους ἀνθρώπους, οἵους μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ νῦν ὀκνῶ πρὸς ὑμᾶς ὀνομάσαι. *Ejusmodi homines, qui ebrii eo saltationum genere utantur, quod nunc apud vos referre me pudeat.* Subintellecto vero eodem nomine, ut, τὸ στερρὸν ἰσχεῖ τῆς ψυχῆς, οἷον μὴ μεταβάλλειν· verbatim, *robur habet animi, quale non mutare*, id est, *ea est animi constantia, quae mutari non possit.*

VII. Hoc sensu eleganter, cum nomine χρόνος conjungitur, vel praecedente, vel sequente, tuncque pro ὅσος usurpatur. Plutarch. Alexand. Οὔτε τὴν Ἑλλάδα κρατήσας τοῖς ὅπλοις ὁ Φίλιππος, οἷον καταζεῦξαι καὶ τιθασσεῦσαι, χρόνον ἔσχεν. *Nec Philippus, armis subacta Graecia, satis habuit temporis, ad eam omnino pacandam atque cicurandam*: ubi ordo postu-

42 Nomen οἰκεῖος praeter caetera notissima, etiam in neutro genere substantive positum, alicujus χαρακτῆρα significat, i. e. mores caeterasque in homine naturae ἰδιότητας. Exemplum est in illo Platonis Phaedro pag. 232. in fine. Καὶ μὴν δὴ τῶν ἐρώντων πολλοὶ πρότερον τοῦ σώματος ἐπεθύμησαν, ἢ τὸν τρόπον ἔγνωσαν, καὶ τῶν ἄλλων ΟΙΚΕΙΩΝ ἔμπειροι ἐγένοντο. *Quin etiam amantium multi prius corpus expetere solent quam mores noverint, & caeteram indolem animi* (sc. *amasiorum*) *perspexerint.*

43 Hoc

postulabat, χρόνον ἔχειν οἷον κατὰξ. id est, ὅσον, vel ὡς, ut dicetur Sect. 9. Reg. 9.

Rarum etiam illud est, quod habet idem Demosthenes Olynth. 2. Εἰ μὲ γάρ τις ἀνὴρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς, οἷος ἔμπειρος πολέμων καὶ ἀγώνων· ubi οἷος, vel omnino abundat, vel explicari debet per τοιοῦτος, οἷος ἔμπειρος εἶναι, id est, *ejusmodi, qui belli ac certaminum peritus sit* [43].

VIII. Interdum per se sumitur, pro ὡς, ut, ἀλλ', οἷοι πάντες γε ἀπράγμονες, καὶ φιλοπράγμονες τυγχάνουσιν, id est, *ut rum, ut otiosi fere omnes, curiosi pariter esse solent* [+]. Οἷος pro ὡς.

Per se quoque sumitur apud Atticos, subintellecto articulo praepositivo ejusdem casus. Thucydides l. 2. p. 125. Καὶ μόνη (sub. Ἀθηναίων πόλις) οὔτε τῷ πολεμίῳ ἐπελθόντι ἀγανάκτησιν ἔχει, ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ, οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατάμεμψιν, ὡς οὐχ ὑπ' ἀξίων ἄρχει. id est, *Solaque* (sub. *Atheniensium civitas*) *nec hosti bellum inferenti indignationem moveat, a qualibus male habetur:* (id est, *eorum ex conditione ortam, a quibus male habeatur:* quasi dicat, Athenienses ejusmodi esse, a quibus vinci neminem pudeat) *nec sibi subditis querelam*, (id

43 Hoc quia rarum est, simile & cognatum ex Platone exemplum addam. Ita ille in Theaet. p. 197. initio. Εἰ μέντοι ἦν ἀντιλογικὸς ΟΙ͂ΟΣ ἀνήρ. Sic vertitur: *At si quis modo adesset homo contentiosus.* Ubi intellecto τοιοῦτος, haec est sententia: *si talis vir hic adesset, qualis est contentiosus.* Hoc modo eleganter Accusandi casum post se habet substantivi, qualitatem alicujus notantis. Redditurque tunc vel per *Tam*, mutato illo substantivo in Adjectivum, vel, retento eo, per *Tantus*. Sic apud Lucian. in Encomio Demosthenis, reprehenditur ille, quod vitam suam in discrimina adduxerat ὑπὲρ ΟΙ͂ΩΝ ὄντων Ἀθηναίων ΤΗ͂Ν ἈΧΑΡΙΣΤΙ'ΑΝ. *pro Athe niensibus tam ingratis.* Verba tim: *pro qualibus existentibus Atheniensibus ingratum animum.* Quae verba apud Latinos nullum plane sensum habent. Verba Graeca sic possunt resolvi: ὑπὲρ οὕτως ἀχαρίστων, οἷοί εἰσιν οἱ Ἀθηναῖοι. *pro tam ingratis, quales sunt Athenienses.*

44 Nec sic tantum, verum aliquando, modo Latinis inaudito, Adjectivo praeponitur pro ὡς i. e. *quam.* Dicunt enim Graeci, οἷος μέγας, οἷος χαλεπός. Verbatim *Qualis magnus. Qualis difficilis.* pro, *Quam magnus, Quam difficilis.* Exemplum habet Lysias in Orat. Funebri. ΟΙ͂ΟΣ ΜΕ΄ΓΑΣ καὶ ΔΕΙΝΟ͂Σ τῆδε τῇ πόλει κίνδυνος ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἠγωνίσθη; *Quanto & quam gravi periculo haec urbs est jactata pro libertate Graecorum?*

(id est, *querendi occasionem praebet*) *sibi ab indignis imperari* [45].

Οἷος, *cupidus*. IX. Aliquando significat *promptum*, *expeditum*, ac *suapte natura in aliquid propendentem*: ut, δεινόν τι παθών, οἷος ἦν ἐπεξιέναι τῷ φεύγοντι, *incommodo graviore suscepto, reum peragere vehementius cupiebat*. Sic, οἷός εἰμι κἀγὼ, πανθ' ὑπὲρ πατρίδος κίνδυνον κινδυνεύειν, *paratus sum ipse quoque nullum non pro patria subire periculum* [46].

Affinis huic significatio, qua sumitur ἀντὶ τοῦ δύναται: nam & οἷος τέ ἐστιν, & οἷός ἐστι, sine τε, significat δύναται, *potest* [47]. Et in neutro, οὐχ οἷόν τε ἐστιν, *fieri non potest*. Herodot. οἷά τε, dixit, pro οἷόν τε, ut lib. 2. Χοιράδες πολλαί εἰσι,

45 Hic observa phrasin, ἔχω τινὶ ἀγανάκτησιν, poni pro παρέχω, nec esse vertendam: *Ego indignor tibi*: sed, *Indignationis caussam praebeo*. Sic ἔχω φόβον verbatim, *Habeo timorem*, non est, *Timeo*, sed potius, *Timeor*, vel κυμολέκτως, *Habeo aliquid terribile in me, quod alicui timorem incutit*. Vide Clariss. Dukerum ad Thucydidis locum citatum, qui extat cap. 41. & Nostrum Cap. V. Sect. 7. Reg. 12.

46 Exemplum habet Theophr. Charact. περὶ Μικρολογ. Τῆς γυναικὸς ἀποβαλούσης τρίχαλκον, ΟΙ͂ΟΣ μεταφέρειν τὰ σκεύη, καὶ τὰς κλίνας, καὶ τὰς κιβωτοὺς, καὶ διφᾷν τὰ καλύμματα. Vertit Casaubonus: *Quod si uxor trichalcum amiserit, ille vero omnem supellectilem, lectos etiam, atque capsas loco movebit, & omnia stragula scrutabitur*. Confer Platonem in Gorg. p. 493. Τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο, ἐν ᾧ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσὶ, τυγχάνει ὂν ΟΙ͂ΟΝ ἀναπείθεσθαι. *Animae pars haec, in qua cupiditates sunt, ejusmodi est, ut persuasionibus facile impellatur*. Non dissimili modo dicitur res οἷα ἔς τι, *quae apta, commoda, opportuna, accommodata est alicui rei*: sic eidem in Euthydemo, λόγοι ΟΙ͂ΟΙ ΕἸΣ ΤᾺ δικαστήρια, sunt *orationes forensibus negotiis accommodatae*.

47 Non minus elegans quam frequens hic est loquendi mos apud Graecos; quem si tirones clare percipere velint, intelligant locutionem esse ellipticam. V. G. Οὐχ οἷός τέ ἐστι φιλοσοφεῖν. Proprie: *Non est qualis philosophari*. Haec verba ita supplentor: Οὐκ ἔστι τοιοῦτος, οἷον δεῖ εἶναι τὸν μέλλοντα φιλοσοφεῖν. *Non est talis, qualem illum esse oportet, qui vult philosophari*. Vel simpliciter, ut Nominativus casus constet. Οὐκ ἔστι τοιοῦτος, οἷος, ὁ μέλλων φιλοσοφεῖν. Soletque verbum ἐστὶ ultimum locum obtinere, praeterquam quod primo loco ponitur, si nova inchoatur periodus, ut apud Isocr. Panegyr. p. 131. b. ἘΣΤΙ δ' ΟΥ̓Χ ΟἿΌΝ ΤΕ ἀποτρέπειν τῶν ἁμαρτημάτων. *A peccando autem deterreri non possunt*. Rarius in media periodo,

Digitized by Google

νι, δι' ὧν ὄυκ οἷά τε ἐστι πλεῖν. *ſaxa multa ſunt, per quae navigari non poteſt* : ubi ὄυκ οἷα, Jonice pro οὐχ οἷα.

X. Οἷον, praecedente, οὐδὲν, vel μηδὲν, abſque ullo verbo ſignificat, *nihil vetat* : οὐδὲν οἷον περὶ τοῦ κρείττονος ἐλπίζειν, τὸν ἐλάττονος ὄυκ ἀποτυχόντα, *nihil vetat, quo minus qui minora conſequutus ſit, majora ſperet.* Οὐδὲν οἷον, nibil vetat.

Quanquam videtur interdum ſignificare quod gallice dicitur, *il n'y a rien de tel.* Demoſthen. in Midiam, Οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου. *Car il n'y a rien de tel, que d'entendre la loy meſme.* Alii [48] minus ſolerter, ut exiſtimo, *nihil vetat quo minus legem audiamus.* Οὐδὲν οἷον, rien de tel, que.

XI. Οὐχ οἷον, & μὴ οἷον, *non ſolum non*, vel *ne dum.* Polyb. Οὐχ οἷον ὠφελεῖν δύναιτ' ἂν τοὺς φίλους, ἀλλ' οὐδ' αὐτὴν σώζειν. id eſt, *Non ſolum amicos juvare non poteſt, ſed ne ſeipſam quidem ſervare.* Idem lib. 5 Μὴ οἷον τυχεῖν ἐπὶ τούτοις χάριτος, ἀλλὰ τοὐναντίον παρ' ὀλίγον κινδυνεῦσαι τῷ βίῳ. id eſt, *Non ſolum gratiam propterea tuliſſe nullam, ſed contra vitae ipſius fere periculum adiiſſe.* Οὐχ οἷον, ne dum.

XII. Οἷον per ſe ſolum, non raro ſignificat, *verbi cauſa, exempli gratia.* Crebra paſſim exempla, maximeque apud Platonem, apud quem etiam reperitur, οἷον δὴ λέγω, vel φημὶ eodem ſignificatu. Apud alios; οἷόν τι λέγω. Οἷον, verbi cauſa.

Denique οἷον, vel, quod frequentius eſt, οἷονεὶ, idem eſt quod ὡσεὶ, ὥσπερ εἰ, ὡσπερεὶ, ὡσπερανεὶ, id eſt, *tanquam* vel *quaſi* [49]. Οἷον, pro ὡσεὶ, quaſi.

XIII.

do. Pauſ. in Achaicis pag. 418. in initio. Ubi ait, Gallo a Senatu Romano mandatum eſſe, πόλεις ὁπόσας ΕΣΤΙΝ ΟἼΟΣ ΤΕ ὡς πλείστας ἀφελέσθαι συλλόγου τοῦ Ἀχαιῶν. *ut urbes quam poſſet plurimas ab Achaeorum conventu disjungeret.* Non minus natu talis hujus adjectivi virtus perſpicitur, quando ſolum per ſe ſine verbo ſubſtantivo ponitur, ut in illo Platonis de Rep. lib. III. init. Ἆρ' οὐ ταῦτά τε λεκτέον, καὶ ΟἼΑ αὐτοὺς ποιήσει ἥκιστα τὸν θάνατον δεδιέναι; *Nonne talia dicenda ſunt, quae mortis metum illis omnino eripere poſſunt?* Eleganter aliquando verbum ſubſtantivum omittitur, & infinitivus ex praecedenti oratione eſt ſupplendus; ipſum autem adjectivum οἷος variat caſus pro ratione ſtructurae. Sic Aeſchin. Socr. Dialogo περὶ πλούτου pag. 72. Ἢ δύναιτο ἀκούειν ἐκ ΤΟΥ͂ ΜῊ ΟἼΟΥ ΤΕ. *Vel an recuperaret auditum, cum antea audire non poſſet.* Nam non eſt, quod Latine verbo tenus vertas: *vel poſſet audire ex non quali.* At ſequente ſubſtantivo dativi caſus, pro *intelligere*, &c. ponitur. Plat. Ion. Εἰ γὰρ τέχνῃ οἷός τε ἦσθα. *Si enim arte valeres*

48 In his Budaeus, cui quomodo occurrat Devarius in aureo ſuo de particulis Gr. libello, vide.

49 His ſimile eſt ὥσπερ εἰ, prae-

Οἷά γε, vel δὴ, utpote.

XIII. Neutrum vero plurale οἷα, vel οἷά γε vel οἷα δὴ idem est, quod ἅτε δὴ, *utpote*, *quippe*, [10] Sic intelligendus Herodotus lib. 2. pag. 111. b. cum ait, Οἷα δὴ ἐμβαλόντος τοῦ ὕδατος τοῖσι ὄρεσι, μὴ δύνασθαι καταπεμφθεῖσαν καταπειρητηρίην ἐς βυσσὸν ἰέναι. id est, *Utpote autem aqua in montes illabente*, (vel, *quod autem aqua in montes illabatur*) *demissam bolidem ad fundum usque pervenire non posse*: ubi male Interpres, *quemadmodum e montibus praecipitantis aquae*.

Aliquando tamen οἷα, reddi debet per τοιάδε, *talia*, vel οὕτω δὴ, *sic*, *ita*, ut apud Aristidem Panathen Οἷα τὴν ναῦν ἀεὶ κύκλῳ περιέστηκε κάλλη παντοδαπά. id est, *Ita navim istam, omnia ornamentorum genera in orbem perpetuo circumsistunt* [11].

Ὀργὴ, ira.

XIV. Ὀργὴ, vulgo, *ira*. Non raro tamen sumitur pro τρόπος, vel ἤθη, id est, *mores*, *ingenium*, *indoles*, vel ὁρμή. id

praecedente ὅμοιον. pro, *Quasi*, *Perinde ac si*. Xenoph. Κύρου παιδ. lib. 1. cap. 19. ΟΜΟΙΟΝ γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, ΟἽΟΝΠΕΡ ΕἸ τις δεδεμένα ζῶα θηρῴη. *Perinde enim videtur mibi esse, ac si quis vinctas venetur feras*. Eodem modo ὡσπερανεὶ vel conjunctim, vel tribus voculis ὥσπερ ἂν εἰ. vel etiam ὡς adjectivum ὅμοιον ante se habent, ut in illo AEschinis, Epist. XI. Τὴν ἰσχὺν πάλαι ποτ' ἐσχηκέναι μεγάλην, ὍΜΟΙΟΝ γε φαίνεται, ὭΣΠΕΡ ἊΝ ΕἸ τις ὀλυμπιάσι νικήσας πολλάκις &c. *Habuisse olim magnam potentiam perinde mibi videtur, ac si quis saepius in ludis Olympicis victor*, & quae sequuntur. AEschin. Dialog. de Morte, c. 14. Καὶ ὍΜΟΙΟΝ ὩΣ ΕἸ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τὶς ὀδύροιτο. *Et perinde ac si quis de Scylla vel de Centauro lugeret*. Contra οὐχ ὅμοιον, sequente καί, proprie, *Non simile*, utuntur Graeci, ubi Latini *Aliud* geminant. E. G. *Aliud est in medio mari de rebus nauticis disserere & suam ostendere fortitudinem, aliud extra procellam intra parietes sedentem*. ΟΥ̓Χ ὍΜΟΙΟΝ ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ περὶ τῶν ἐν τῷ πλοίῳ λέγειν, καὶ τὴν εὐψυχίαν τὴν αὑτοῦ δεικνύναι, ΚΑΊ κεκαθημένον ἔξω τῆς ζάλης ὑπὸ τῷ τειχίῳ. Aristid. Orat. pro Quatuorviris, pag. 335.

50 Vel, *quatenus*, ut apud Greg. Naz Carm. XIII. qui ibidem de Christo ita loquitur.

Ὅστις ἐπὶ σταυροῖο μόρον τετλη-
κας ἐπισπεῖν,
ΟἿΑ βροτός. ΤΡΙΤΑΤῊ δὲ
πύλας λίπες ἀιδονῆος,
ΟἿΑ Θεός. ———
*Qui in cruce mortem sustinuisti subire,*
*Quatenus bomo (es.) Tertio vero post die portas reliquisti Orci,*
*Quatenus Deus (es.)*

51 Singularis apud Homerum formula, οἱ ἀγορεύεις. Qualia

id est, *nativus quidam impetus & appetitus*, vel διάνοια, *cogitatio*, *sensus*: Gallice, *naturel*, *humeur*, *affection*: ὀργὴ enim, quasi ὀρεγὴ, ab ὀρέγω, *appeto*, καὶ συγκοπῇ, ὀργή. Ὀργὴ δ' ἐστιν ὄρεξις· ὑπερβαίνουσα δὲ μανίς. Phocyl. vel a ῥέζειν, id est, *facere*, cujus praet. med. ἔοργα. Thucyd. lib. 1. p. 92. Καὶ περὶ εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας· *Licet probe norim, homines non eodem sensu & animo, ad bellum gerendum induci, & illud reipsa gerere*, id est, *non eodem sensu gerere, quo ad gerendum inducuntur.*

Hinc εὐοργήτως. i. μετρίως, *moderate*, Idem ibid. pag 97. Ἐν ᾧ, ὁ μὲν εὐοργήτως αὐτῷ προσομιλήσας, βεβαιότερος· ὁ δὲ ὀργισθεὶς περὶ αὐτὸν, οὐκ ἐλάσσω πταίει. *In quo quidem qui moderate se gerit, is firmior est: qui autem iracundius, is non leviter offendit*: ubi εὐόργητος, & ὀργισθεὶς opponuntur. Id. l. 3. p. 227. ait, Τὸν πόλεμον πρὸς τὰ παρόντα τὰς ὀργὰς ὁμοιοῦν. id est, *Hominum mores praesenti rerum statui similes efficere.* [51] Eod. modo χόλος, id est, ὀργὴ, sumitur: unde δίχολοι γνῶμαι, a Zenobio, Adagiorum Centuria 3. Adag. 25. ex- Εὐοργήτως. i. μετρίως.

*lia loqueris*, ellsiptice pro τοιάδε ἐστιν, οἷα ἀγορεύεις, fere in malam partem. Latine dicas: *Pro vel cum istis dictis.* Ita in Od. P. Ulyssem Antinous monens, ut taceat & mittat male loqui ait:

Μή σε νέοι διὰ δώματ' ἐρύσσωσ', ΟἹ' ΑΓΟΡΕΥ'ΕΙΣ.

*Ne te juvenes per aedes trahant pro istis dictis.* Similiter Od. σ. sub finem:

——— Ἦ τάχα τοι τελέω κακὸν, ΟἹ' ΑΓΟΡΕΥ'ΕΙΣ.

*Certe illico mibi pro dictis supplicium dabis.* Verbatim: *Certe cito tibi perficio malum, qualia loqueris.*

Idem patitur (ut illud hac quoque regula complectar) nomen ὅσος in neutro plurali, apud Q. Calabr. Παραλιπ. lib. IX. vs. 424.

Ἔκπαγλον τοπάροιθε χολώμενος, ὍΣΣ' ἘΠΕΠΟ'ΝΘΕΙ.

*Supra modum antea iratus ob tanta, quanta passus erat.*

Utrumque conjungit Hom. Il. E. vs. 758.

Ζεῦ πάτερ, οὐ νεμεσίζῃ Ἄρει τάδε καρτερὰ ἔργα,
ὉΣΣΑ'ΤΙΟΝ τε καὶ ΟἹΟΝ ἀπώλεσε λαὸν Ἀχαιῶν;

*Jupiter, nonne te irritant haec a Marte atrociter patrata, quodque tantum ac talem populum Achivorum perdiderit?* In quibus verbis si Grammaticae legis ratio habeatur, haec plenior erit oratio: ὍΤΙ τόσον καὶ τοῖον λαὸν ἀπώλεσεν, ὅσος καὶ οἷός ἐστι λαὸς Ἀχαιῶν.

52 Clarius Theognis, ὀργὴν, ῥυθμὸν & τρόπον conjungit vs. 958.

Μήποτ' ἐπαινήσαις, πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνῶς,
Ὀργὴν καὶ ῥυθμὸν, καὶ τρόπον ὅστις ἂν ᾖ.

*Nunquam laudaveris aliquem, priusquam manifeste noveris, quo sit affectu, ingenio vel moribus.*

 53 Ex-

Digitized by Google

explicantur διχῆ ἰδιότροποι, *homines duplicibus moribus praediti:* ubi male Erasmus reponit δίχαλοι, quasi *utrinque claudicantes.*

Ὀργὰς ἐπιφέρειν. XV. Eadem vox in plurali maxime cum verbo ἐπιφέρειν, & dativo personae, idem est quod Poetis τὸ, ἦρα φέρειν, id est, χαρίζεσθαι, *gratificari*, *indulgere*, *oblectare*. Qui tamen usus antiquiorum Atticorum proprius videtur. Thucydid. lib. 8. p. 610. Πάντων τε Ἀστύοχον εἶναι αἴτιον, ἐπιφέροντα ὀργὰς Τισσαφέρνει, διὰ ἴδια κέρδη. *Omnium porro causam, Astyochum esse, qui sese privati lucri studio ad Tissaphernis voluntatem accommodaret.* Ita Cratinus Comicus dicebat, Τὴν Μουσικὴν ἀκορέστως ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσι. id est, *Musicam moderatis hominibus oblectationem afferre sine fastidio.*

## SECTIO IX.

### *De Nomine* ὅσος.

### REGULA I.

Ὅσος pro, οἳ qui. Adjectivum ὅσος perelegantes in omni genere significationes habet. Primum ergo in plurali numero sumitur saepe pro articulo subjunctivo, ut, τῶν ἀσχολουμένων περὶ τὴν Ἑλλάδα, ὅσοι μέλλουσιν εἰς ἄκρον ἐλαύνειν τῆς γλώττης. *quotquot ex iis, qui linguae Graecae operam dantes, ad ejus perfectionem aspirant.* Quo sensu plerumque jungitur cum nomine collectivo, πᾶς, πᾶσα, πᾶν, ut πάντες ὅσοι, πᾶσαι ὅσαι, πᾶν ὅσον, πάνθ' ὅσα: ut, πάνθ' ὅσα διὰ τιμῆς ἄγεται, *quaecunque honori ducuntur.*

Πάντες ὅσοι, quotquot. Solet etiam verbum substantivum omitti, ut πάντες ὅσοι φιλολόγοι, *omnes eloquentiae & eruditionis amantes*, supple, εἰσὶ vel τυγχάνουσιν [53]. Eodem modo usurpatur, ὁπόσος per omnia

Ὁπόσοι, pro ὅσοι.

53 Exemplum habet Philo Judaeus, de Confusione linguarum pag. 251. Λέγεται γὰρ, ὡς ἄρα ΠΑΝΘ' ΟΣΑ ζῶα χερσαῖα καὶ ἔνυδρα καὶ πτηνὰ τὸ παλαιὸν ὁμόφωνα ἦν. *Ajunt itaque, quot quot in terris, & in aquis, & in aëre degunt, omnium animantium eandem fuisse vocem antiquis temporibus.* Caeterum, intelligi verbum substantivum, inde patet, quod, quocunque casu praecedens vox πάντες occurrit, sequens vocula ὅσοι cum suo substantivo constanter in *nominativo* manet. Vide eundem de Monarchia lib. 1. in initio: Ἄρχοντας μὲν (ἐχεῖ κόσμος) τοὺς

οὐ

Digitized by Google

omnia genera & casus pluralis numeri; sed rarius [54].

II. Ex eadem significatione nata sunt quae sequuntur, ἐφ' ὅσον, ἐφ' ὅσα, παρ' ὅσον, καθ' ὅσον, id est, *quatenus*, vel *eo quod*, ut ante diximus, ἐφ' ὅ, παρ' ὅ, καθ' ὅ. Quo sensu aliquando τοσοῦτον cum eadem praepositione, quasi ex adverso respondet: ut, καθ' ὅσον ἂν ἔχοιμι, κατὰ τοσοῦτον βοηθήσω, *quatenus mihi licebit, eatenus auxilium feram* [55]. Ἐφ' ὅσον, &c. *quatenus*.

III. Aliquando παρ' ὅσον, significat differentiam aliquam, ac veluti exceptionem; ideoque recte verti potest, per *nisi quod*, vel *praeterquam quod*; ut, ταυτὸ πρὸς τόνδε πέπονθα, ὃ καὶ πρὸς ἕτερον, παρ' ὅσον τουτὶ ῥᾷον ἀπήλλαχα. *Eodem erga eum, quo adversus alterum animo fui, nisi quod me ab isto citius liberavi.* Παρ' ὅσον, *nisi quod*.

IV. Significat etiam *idcirco*, *ideo*, quemadmodum & παρ' ὅ, ut, πανστρατιᾷ ὤσαντο, παρ' ὅσον καὶ ῥᾳδίως αὐτὸν ἠρπάσαντο, *exercitum in eum universum egerunt, ideoque facile ipsum oppresserunt*: ubi notandus usus verbi ὠθεῖσθαι, pro *impressionem facere*: qua in significatione fere jungitur cum praepositione εἰς & accusandi casu. Παρ' ὅσον, *ideo*.

Nec absimiliter, εἰς ὅσον, id est, *quatenus*. Aristid. Panathen. Πλὴν εἰς ὅσον αὐτοὺς ἄν τις ἐπιμαρτύραιτο. *Nisi quatenus, vel nisi si quis ipsos testes appellarit* [56]. Εἰς ὅσον, *quatenus*.

V.

ἐν οὐρανῷ ΠΑΝΤΑΣ ὍΣΟΙ ΠΛΑΝΗΤΕΣ καὶ ἈΠΛΑΝΕΙΣ ἈΣΤΕΡΕΣ. *Magistratus habet mundus in coelo, quotquot vel errantes vel fixae stellae sunt.* Idem fit in partitivis, in quibus pro genitivo nominativus sequitur, praecedente ὅσοι. Ita Homerus Il. I. vs. 55.

Οὔ τις τὸν μῦθον ὀνόσσεται, ὍΣΣΟΙ ἈΧΑΙΟΙ.

Pro οὔτις Ἀχαιῶν. *Neque quisquam Achivorum hoc verbum carpet.* Quomodo & Latini suo *Quisque* uti solent. Sallustius B. C. cap. 43. *Caetera multitudo conjurationis suum quisque negotium exsequeretur.*

54 Usurpat Hippocrates, de Insomn. paulo post init. Ὁκόσαι τοῦ σώματος ὑπηρεσίαι ἢ τῆς ψυχῆς, ταῦτα πάντα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ ὕπνῳ διαπρήσσεται. *Quaecunque corporis atque animae sunt ministeria: haec omnia in somno anima peragit.* Illa autem πάντα ταῦτα, referenda ad ea, quae superius dixerat.

55 Alias ἐφ' ὅσον, inprimis sequente Superlativo notat, *Quam fieri potest*. Ita Lucian. in Navig. Ὕπνος, ἐφ' ὅσον ἥδιστος. *Somnus, quam fieri potest, suavissimus.* Idem observa in εἰς ὅσον, de quo mox. Crebro etiam temporis durationem notat. Vid. Cap. IX, Sect. 4. in fine.

56 At ἐς ὅσον superlativo junctum intendendi vim habet. Ita Arrian de Exp. Alex. lib. 2. cap.



Digitized by Google

*Παρ' ὅσον, extra quam.*

V. Est etiam παρ' ὅσον, *extra quam*, ut loquitur Cicero, *vel contra quam*, ut, χρήσασθαί τινι, παρ' ὅσον, vel παρ' ὃ πέφυκε, *uti re aliqua extra quam ejus natura postulet.* Quo sensu addi etiam potest εἰ, cum optativo, & particula ἂν: ut, παρ' ὅσον εἰ τοιοῦτό τι γένοιτ' ἄν, *extra quam si quid ejusmodi contigerit.* Sic dicitur, παρ' ὃ vel παρ' ὅσον δεῖ, *supra modum*, vel *supra quam oporteat.*

*Ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, pro viribus.*

VI. Ὅσον, & ὅσα in neutro, cum dativo & praepositione ἐπὶ, significat, *pro viribus*, ut, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, *quantum in me situm est.* 57 ὅσα ἐπ' αὐτῇ, *pro virili ejus parte*, supple, ἐστὶ, vel aliud simile. Eodem sensu jungitur, cum verbo ἥκω, & accusativo, quem regat ἐπὶ, vel εἰς: ut, ὅσον, vel ὅσα γε ἥκει ἐπ' ἐμὲ, vel εἰς ἐμέ, vel εἰς ὅσον ἥκω δυνάμεως, id est, καὶ τὴν ἐμὴν δύναμιν, *pro viribus meis* 58. Vide supra in nomine μέρος. Sect. 7. Reg. 5. & infra cap. 5. de Verbo, Sectione 8. Reg. 1. 59

*Ὅσον ἥκει, quod attinet.*

Licet ὅσον ἥκει aliquando significet potius, *quod attinet.* Demosth. pro Corona. Ὅσα τῆς τῶν Φωκέων σωτηρίας ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἥκει· pro ὅσα πρεσβείας ἐπὶ τὴν σωτηρίαν ἥκει. *Quatenus ea legatio Phocensium ad salutem pertinebat.* verbatim, *quotquot Phocensium salutis in hanc legationem veniebant.*

*Ὅσοι & ὅσα, abundant.*

VII. Aliquando ὅσοι & ὅσα παρέλκουσιν, & solius ornatus causa adhibentur, ut μυρίοι ὅσοι, *infiniti*, πάμπολλα ὅσα *plurima*; nisi substantivum verbum intelligas, ut, μυρίοι ὅσοι ἐς ταυτὸ συνερρυήκασιν, *eundem in locum infiniti confluxere*, subaudi εἰσὶ, vel τυγχάνουσι. Quod etiam in fine membri aut periodi eleganter usurpatur, ut, πράγματα αὐτῷ παρέχει, μυρία ὅσα, *plurimum ei facessit negocii.*

Similiter post enumerationem aliquam rerum vel partium affinium, ita concludunt, καὶ ἄλλοι ὅσοι, *& caeteri id genus*, καὶ

cap. 19. initio. Δύο ἱστοὺς ἐπὶ τῇ πρώρᾳ καταπηγνύουσι, καὶ ἐν κύκλῳ περιφράττουσιν ΕΣ ΟΣΟΝ ΜΑΚΡΟΤΑΤΟΝ (Al. μακρότερον.) *Duos malos in prora constituunt, & quam latissime possunt, in orbem circumsepiunt.*

57 Lucian. in Asino. Ἀφελομένη ἡμᾶς χρήματα πολλὰ, ΟΣΟΝ ΕΠ' ΑΥΤΗι. *Quae nos multa pecunia privavit, quantum in ipsa fuit.*

58 Simili idiomate construitur cum praepositione ἀπὸ, sequente vel suppresso verbo infinitivo. Lucian. in Lexiphane. Σὺ δὲ, ΟΣΟΝ ΑΠΟ τοῦ συμποσίου, τὸ Πλάτωνι μοι δοκεῖς λέγειν. *Tu autem, quantum ex symposio colligere licet, Platonem mihi narrare videris.* Ubi supprimitur infinitivus εἰκάσαι, τεκμαίρεσθαι, vel similis.

59 Locum posteriorem quaerere supersedeto; nam huc remittere.

60 Ex-

καὶ ἄλλα ὅσα, & reliqua ejusmodi: ut, τοιαῦτα δὴ προφασίζεται, καὶ ἄλλα ὅσα, his atque aliis ejusmodi excusationibus utitur.

Dicunt etiam θαυμαστὸν ὅσον, mirum quantum, tam in principio quam in fine periodi, licet in fine rarius: ut, δι' ὀλίγου συνεχώρησε, θαυμαστὸν ὅσον, id est, mirum quantum, brevi tempore profecerit [60].

VIII. Ὅσον & ὅσα cum particula καὶ accusativo & infinitivo conjunguntur, loco subjunctivi, vel optativi: ut, ὅσα κἀμὲ εἰδέναι, quod quidem sciam; ubi conjunctio καὶ, vel παρέλκει, vel sumitur pro γε, [61] id est saltem, quidem: sic ὅσα κἀμοὶ δοκεῖν, ut mihi quidem videtur: ὅσα κἀμὲ δύνασθαι, quantum possum. Ὅσον & ὅσα cum infinit.

IX. Contra, nonnunquam ἐλλειπτικῶς usurpatur, ut, περιέμεινε χρόνον, ὅσον καταστῆσαι τὰ κινούμενα τῶν πραγμάτων, tamdiu expectavit, donec res turbari coeptas componeret. verbatim, expectavit tempus, quantum componere. ubi subauditur ἱκανῶ, vel ἔδει, & particula quaedam, ut εἰς, vel ὡς: ut, ἀλλήλων διέστησαν ὅσον οὐκ ἐν ἐμβολαῖς γενέσθαι τῶν τοξῶν. id est; tanto spatio disjuncti sunt, quantum ut extra telorum jactum esse possent, necessarium erat. Thucydid. lib. I. Νεμόμενοί τε τὰ αὐτῶν ἕκαστοι, ὅσον ἀποζῆν. Sua singuli colligentes quantum modice vivere, id est, ὅσον ἐς τὸ ἀποζῆν μετρίως ἄν τις ἀρκέσειεν, [62] quantum ad modice vivendum satis esset. v. Sect. 8. Reg. 7. Ὅσος aliquid involvens.

X.

60 Exemplum exhibet Plato Hipp. maj. pag. 282. lin. 27. Χρήματα ἔλαβε ΘΑΥΜΑΣΤΑ ὍΣΑ. Mirum, quantam (i. e.) ingentem pecuniae copiam corraserit. Estque haec locutio etiam Latinis concessa. Clarissimus Terentii locus, Eunuch. Mira vero, militi quae placeant! Graece ita possis: ΘΑΥΜΑΣΙΑ ὍΣΑ τῷ στρατηγῷ ἀρέσκει. De conjunctione ὡς eodem modo adhibita vide infra Cap. VIII. Sect. 10. r. 10. Pro eodem dicitur, θαυμαστὸν ἡλίκον. Demosth. pro Phormione, pag. 605. lin. 34. Ἔστι δ' ἐν ἐμπορίῳ καὶ χρήμασιν ἐργαζομένοις ἀνθρώποις, φιλεργὸν δόξαι καὶ χρηστὸν εἶναι τὸν αὐτὸν, ΘΑΥΜΑΣΤΟΝ ἩΛΙΚΟΝ. Est autem in mercatu & inter homines rem pecuniariam exercentes, sedulum videri & probum esse ingens miraculum. Habetque magnam emphasin, quod haec verba θαυμαστὸν ὅσον vel θαυμαστὸν ἡλίκον in fine ponuntur.

61 Haec Particula additur in illo Luciani in Jove Tragoedo. Οὐχ ὍΣΑ ΓΕ κἀμὲ ὁρᾶν. Non, quantum quidem ego video.

62 Huc refer tritissimum illud, quod Eveno tribuitur, epigramma:

Κἂν

**Οὐχ ὅσον, ne dum.** X. Οὐχ ὅσον, id est, οὐχ οἷον, *ne dum*, vel *non solum non*. Aristid. Panathen. Μέγα καὶ φανερὸν σύμβολόν ἐστι τοῦ προέχειν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, οὐχ ὅσον λανθάνειν· *Ingens ac perspicuum argumentum est, eam statim ab initio excelluisse, nedum ut lateret* [63].

**Ὅσον, circiter.** XI. Ὅσον, aliquando *circiter* significat, ut, στρατιώτας ὅσον δισχιλίους ἀνάγεσθαί φασιν, id est, *milites ad duo millia navigasse ferunt* [64].

**Ὅσον, i. μόνον.** XII. Interdum sumi videtur pro μόνον. Plutarch. in Publicola, Καὶ δᾷδα τις ἡμμένην λαβὼν ὅσον ὑπήνεγκεν, εἶτα ἀναιρεῖται. id est, *Facem ardentem aliquis tantum subjicit, mox eandem retrahit* [65].

XIII.

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὍΣΣΟΝ ἘΠΙΣΠΕΙ͂ΣΑΙ σοί, τράγε, θυομένῳ

Ubi ὅσσον ἐπισπεῖσαι, pro τοσοῦτον ὅσον ἀρκέσει ἐπισπεῖσαι vel εἰς τὸ ἐπισπεῖσαι. Ipsum epigramma Latinum reddit Ovidius lib. 6. Fast. vs. 357.

*Rode, caper, vitem; tamen huic cum stabis ad aram,*
*In tua, quod fundi cornua possit, erit.*

Supplet ellipsin Arrianus lib. VII. de Exp. Al. cap. 1. in fine. Καὶ σὺ ὀλίγον ὕστερον ἀποθανὼν ΤΟΣΟΥ͂ΤΟΝ καθέξεις τῆς γῆς ὍΣΟΝ ἘΞΑΡΚΕΙ͂ ἘΝΤΕΘΑΦΘΑΙ τῷ σώματι. *Quin igitur brevi post tempore moriturus tantum terrae possidebis, quantum cadaver sepeliendo sufficiat.* Ἔξεστιν, vel δυνατόν, vel, si quid his simile subaudi in illo AEliani V. H. lib. I. cap. 4. De canibus, qui currentes e Nilo flumine πίνουσιν, ὅσον ἁρπάσαι *bibunt, quantum rapiendo possunt.*

63 Est & ubi οὐχ ὅσον pro μόνον ponitur. Ita Aristides, Orat. pro Quatuorviris, p. 319. Πράγματα αἴσχιστα ἔμελλε συμβήσεσθαι, καὶ ΟΥ̓Χ ὍΣΟΝ τὸ τῆς δουλείας, ἀλλ' ἀποδρᾶναι πρῶτον, εἶτα δουλεύειν. *Res turpissimas moliebantur, nec servitutem tantum, sed etiam post fugam servitutem.* Vide infra, Reg. 12.

64 Exemplum quaere apud Arrian. lib. 1. pag. 36. lin. 22. Ἀπέχοντες αὐτοῦ ὍΣΟΝ ἑβδομήκοντα σταδίους Σαρδέων. *Cum circiter septuaginta stadiis abesset a Sardibus.* Hoc sensu conjunctum cum praepositione ἐς, πλεονάζει. *Pausanias* in Achaicis. pag. 421. lin. 35. ὍΣΟΝ μὲν ἘΣ χιλίους οἱ ἡλικίᾳ μάλιστα αὐτῶν καὶ τόλμαις ἀκμάζοντες πίπτουσιν ἐν τῇ μάχῃ. *Ex illis, qui prae caeteris aetate & fortitudine maxime florebant, circiter mille in praelio cadunt.*

65 Clarius Pausanias in Arcad. pag. 457. Ἐπ' ἐμοῦ δὲ οὔτε θεὸς ἐγένετο οὐδεὶς ἔτι ἐξ ἀνθρώπου πλὴν ὍΣΟΝ λόγῳ καὶ κολακείᾳ πρὸς τὸ ὑπερέχον. *At mea aetate nemo hactenus ex homine factus est Deus, nisi nomine tantum & im-*

Digitized by Google

XIII. Ὅσον αὐτίκα, ὅσον οὔπω, ὅσον οὐδέπω, ὅσον οὐκ ἤδη, id est, *jam jam*; de futuro potissimum: ut, ὅσον αὐτίκα ἢ τίκα, ὑπεράσμενος ἅψομαι, *jam jam me ad opus accingam* 66. Interdum etiam de praeterito: ut, ὅσον οὐκ ἤδη ἀπῆλθεν, Gallice, *il ne fait que de partir*. Thucydid. etiam unica voce, ὅσονοῦ: ut lib. 1. pag. 26. ait, Τὸν μέλλοντα, καὶ ὅσονοῦ παρόντα πόλεμον. *Bellum futurum, ac pene jam praesens.*

Ὅσον αὐτίκα, οὔπω, οὐδέπω, οὐκ ἤδη, jam jam.

XIV. Eadem significant aliquando ὅσον & σχεδὸν, id est, *fere, prope*, ut, αὐτοῦ δὴ ὅσον οὐδέπω τὸ παράπαν ἀπεγνωκότος, *cum is fere jam omnino desperasset.* Quod etiam dicunt, ὅσον οὐ, ut, ὅσον οὐκ αὐτόπτης γενόμενος, verbatim, *quantum non oculatus testis factus*, id est, *suis fere oculis usurpavit:* quasi dicatur, *si hoc unum excipias, quod oculis non viderit, tam praesens fuit, quam qui maxime.*

Ὅσον, fere.

XV. Imo jungitur cum σχεδὸν, tuncque παρέλκει: Euseb.

Σχεδὸν ὅσον, fere.

*immoderata adulatione.* Et p. 462. Καὶ τὰ μὲν ἐπιφανῆς συμβῆναι παρὰ τὸν βίον φασὶν οὐδὲν, πλὴν ὍΣΟΝ οὐκ ἐν Τεγέᾳ τὴν βασιλείαν καθεστήσατο, ἀλλ' ἐν Τραπεζοῦντι. *Hujus aetate nihil ajunt memorabile accidisse, nisi tantum quod non Tegeae, sed Trapezunte regni sedem collocavit.* Hinc sequente μήποτε vertendum, *Tantummodo ne, Dummodo non.* ut in illo Sophoclis, Trachin. vs. 1221.

ὍΣΟΝ γ' ἂν αὐτὸς ΜΗ'ΠΟΤΕ ψαύων χεροῖν.

*Dummodo ipse manus non admoveo.*

66 Herodian. lib. 1. cap. 13. Ὀλέθρου ταύτου τοῖς μὲν αἴτιον ἤδη γεγονότα, ἡμῖν δὲ ἐσόμενον ὍΣΟΝ ΟΥ'ΔΕ'ΠΩ. *Tanti exitii illis jam factum auctorem, nobis vero jam jam futurum.* Verbatim: *Quantum nondum.* q. d. *Nondum quidem nobis exitii auctor fuit, sed mox est futurus.* Differunt tamen ὅσον οὔπω, ὅσον οὐδέπω &c. ab ὅσονοῦ, seu ὅσον οὐ, quae hic & regula sequenti confunduntur. Illa reddenda *tantum nondum, jam jam:* haec, *Tantum non, fere, pene.* E. G. Qui e summo vitae periculo est liberatus, ait, ὅσον οὐκ ἀπώλωλα. *Tantum non*, i. e. *pene perii:* Cui vero praesens mors intentatur, dicit: Ὅσον οὔπω ἀπόλωλα. *Tantum nondum perii.* i. e. *Mox*, vel *jam jam periturus.* Illud enim notat rem jam cessantem; hoc adhuc durantem. Verum, Adverbium *fere* saepissime utrique quadrare, sed hinc non sequitur, hanc esse hujus vocabuli significationem; alioqui nihil certum esset, & confunderentur omnia. Utcunque enim in exemplo priori Regulae sequentis, *fere* commode reponitur pro ὅσον οὐδέπω, in sequenti tamen exemplo pro ὅσον οὐκ αὐτόπτης non licet reponere ὅσον οὐδέπω αὐτόπτης, quia hoc tempus notat rei quam proxime instantis, in illo vero omnis temporis significatio abest.

67 Grae-

Digitized by Google

seb. Praeparat. 13. Εἰς ἀλόγου δὲ ζώου χεδὸν ὅσον ἐκτραπομένου ἥκοντος. *Cum prope in bruti animantis naturam degeneraret.*

ὅσον, ἡλίκον. XVI. ὅσον, ἡλίκον, & οἷον, ὁποῖον, in neutro genere conveniunt potius cum praecedente substantivo neutro, quam cum sequente alterius generis: ut, πάχος ὅσον, vel ἡλίκον ὁ δάκτυλος, pro τοσοῦτον, vel τηλικοῦτον, ὅσος, vel ἡλίκος ὁ δάκτυλος. *Crassities qualis unius digiti, vel digitalis* [67].

S E-

67 Graecis, ubi quantitatem rei indicant, familiare est ὅσον usurpare absolute in neutro genere; idque quadruplici modo. Primo ponitur inter duo substantiva, casu sibi convenientia, nulla aut generis aut numeri ratione habita. Exempla hujus, ut & sequentium ex uno Hippocrate petita sufficiant. Primus hic modus ei est familiarissimus: vide eum de Natura Mul. pag. 570. Μίξας ΤΟΝ ὈΠΟΝ σιλφίου ὍΣΟΝ ΤΡΙΩ'ΒΟΛΟΝ. *Admixto laseris succo ad tres obolos.* Et paulo superius in plurali: ΤΡΙΒΟ'ΛΟΥΣ παραθαλασσίους σὺν τῇ ῥίζῃ τρίψας, ὍΣΟΝ ΚΟΓΧΗΝ. *Tribulis maritimis, quantum concha capit, una cum radice tritis.*

Secundus modus est, quo prius substantivum in genitivo ponitur; ut paulo post: ΔΙΚΤΑ'ΜΝΟΥ Κρητικοῦ ὍΣΟΝ ὈΒΟΛΟΝ. *Dictamnum Creticum oboli pondere.*

Tertio construitur cum participio, ibidem: Λευκοίου καρπὸν, ὍΣΟΝ ἐν τοῖς τρισὶ δακτύλοις ΛΑΒΩ'Ν. *Violae albae semen, quantum tribus digitis capere potes.*

Quarto pro Participio est Infinitivus. Idem de Morbis, pag. 495. Καππάρεως καρποῦ, ὍΣΟΝ τοῖσι τρισὶ δακτύλοισι ΛΑΒΕΙ͂Ν. *Capparis semen, quantum tribus digitis capitur.*

Porro videtur & hoc nomen per se sumi pro ὡς, i. e. ut. Pausan. in Arcad. pag. 527. Τῷ λόφῳ δὲ τῷ ὑπὲρ τῆς πόλεως, ὍΣΑ ἀκροπόλει, τὸ ἀρχαῖον ἐχρῶντο. *Colle, qui urbi imminet, antiqui pro arce utebantur.* Vel etiam ponitur pro ὡς, quando praeponitur substantivo superlativi loco. Sophocl. Aj. Flag. vs. 1009.

- - - Οὐχ' ὍΣΟΝ ΤΑ'ΧΟΣ
Δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο;

*Quin ipsum quamprimum huc adducito* Vide infra Cap. VIII. Sect. 10. reg. 8. Caeterum observa, in his verbis futurum, praecedente negativo, pro imperativo poni. De quo vide infra, Cap. V. Sect. 2. reg. 7.

Praeterea quemadmodum ὅσον in quarto casu significat temporis durationem, ita in tertio casu redditur *dum*, & notat temporis intervallum, quo sensu frequenter sequitur ἐν τοσούτῳ, quod tum vertendum est, *Interea.* Pausanias, in Messeniacis pag. 228. lin. 33. ὍΣΩι δὲ

δὲ ἔθοι συνεστήκασιν, ΈΝ ΤΟΣΟΥ'ΤΩι τὰς οἰκέτας ἐκέλευσεν ὁ Εὐφαής &c. *Dum autem hi ex adverso steterunt, interea servos jussit Euphaës.* Hoc sensu additur & praepositio ἐν, ut apud Thucyd. lib. III. cap. 28. ΈΝ ὍΣΩι δ' ἂν πάλιν ἔλθωσι, Πάχητα μήτε δῆσαι Μιτυληναίων μηδένα, μήτε ἀνδραποδίσαι, μήτε ἀποκτείνειν. *Interea, dum redirent, Paches neque in vincula conjiceret Mitylenaeorum quemquam, neque in servitutem redigeret, neque occideret.*

Denique Ὅσα ἔτη, ad verbum, *Quotquot anni*, vel adverbialiter, *Quotannis*, vel, si referri potest ad praecedens substantivum, adjective redditur, *Annuus*. Arrian. de Exp. Al. lib. I. pag. 55. lin. 36. Καὶ (subaudi, ἐκέλευσε) φόρους ἀποφέρειν ὍΣΑ ἜΤΗ. *Et jussit quotannis*, sive, *annua tributa pendere*. Et lib. III. cap. 17. & IV. c. 8. Huic germanum est ὁσημέραι, conflatum ex ὅσαι ἡμέραι, *Quotidie*. Apud eundem, lib. III. cap. 26. Καίτοι δὶς ἐπὶ τὴν σκηνὴν ὉΣΗΜΕ'ΡΑΙ τὴν Ἀλεξάνδρου φοιτᾷν. *Quamvis bis quotidie ad tabernaculum Alexandri ventitare solitus esset.* Sic Aristoph. in Plut. vs. 1007.

Καὶ μὴν πρὸ τοῦ γ' ὁσημέραι, νὴ τὼ θεώ,
Ἐπὶ τὴν θύραν ἐβάδιζεν ἀεὶ τὴν ἐμήν.

*Tamen antehac quotidie, per Deos, domum meam semper frequentabat.* Similiter autem ut ὅσα ἔτη, eadem quoque forma dicere licet ὅσαι ἡμέραι· vid. Thom. Mag. in V. Thucyd. VIII, 64. & ὅσαι νύκτες, quod adfert L. Bos de doctrina Ellips. pag. 228. sine exemplo, apud Lucian. in Philops. p. 479. B. utraque junxit Damasc. in Biblioth. Photii p. 568. Συνδιήγομεν ἀλλήλοις ὍΣΑΙ τε ἩΜΕ'ΡΑΙ καὶ ὍΣΑΙ ΝΥ'ΚΤΕΣ. Ὅσοι μῆνες, ex Demosthene affert H. Stephanus, cujus locus extat Orat. in Timocr. pag. 480, lin. 32. Locutio plane elliptica, hoc modo supplenda: Ὅσαι ἡμέραι & ὅσα ἔτη ἐςὶ, τόσοις vel, τοσούτοις &c. Non multum hinc abit Horatius lib. II, od. 14, vs. 5.

*Non, si tricenis, QUOTQUOT*
*eunt DIES,*
*Amice places illacrymabilem*
*Plutona tauris.*

Atticismum esse, adfirmat Moeris. Ὁσημέραι, Ἀττικῶς. καθ' ἡμέραν, Ἑλληνικῶς.

SECT.

# SECTIO X.

*De nominibus* οὖρος, παῖδες, πᾶσαν, πλοῖμος, πολιτεία, πολὺς, πρᾶγμα, πρᾶξις, πρόσχημα, πρῶτα.

## REGULA I.

Οὖρος, & οὔριος ἄνεμος.

QUI Latinis *secundus ventus* est, is Graecis vel simpliciter οὖρος, vel οὔριος ἄνεμος, dicitur; quas voces tametsi plerique ab ὄρω, id est, *incito*, derivare soleant; fortasse tamen ἀπὸ τῆς οὐρᾶς derivare liceat. Nam οὐρὰ in navi, idem est quod πρύμνα, *puppis*: favetque phrasis gallica, qua ventum illum dicimus *le vent en pouppe*. Ergo κατ' οὖρον φέρεσθαι, *secundo vento ferri*, qui ab Homero dicitur, Διὸς οὖρος, vel etiam ἴκμενος οὖρος. At Oratoribus etiam φόρος, & ἐπίφορος· quod Virgilius expressit hoc versu.

*Prosequitur surgens a puppi ventus euntes.*

Οὐριοδρομεῖν, καλουρῶσαι, ἐπουρίζειν. ἐπουριάζειν.

II. Dicebant etiam ἐς οὖρον καταστῆναι, vel οὐρίῳ πλῷ χρήσασθαι, vel ἐξ οὐρίας πλεῖν, intelligendo πνοῆς, id est, *flatu*, *vento*, vel unica voce, οὐριοδρομεῖν aut καλουρῶσαι. Aristophanes vero, οὐρία θεῖν, *secunda currere*, id est, *secunda navigatione uti*. Hinc fit ἐπουρίζειν, *secunda aura provehere*: quod etiam metaphorice de secundo rerum, & negotiorum statu dici potest. Imo etiam ἐπουριάζειν Lucianus dixit eodem sensu.

Λαμπρὸς ἄνεμος. Ἱστιοδρομεῖν.

Denique Polybius secundam & velocem navigationem describens; Λαβὼν, inquit ille, οὖρον, καὶ λαμπρὸν ἄνεμον, ἐκπετάσας πᾶσι τοῖς ἀρμένοις, καὶ καλουρώσας, ἐπ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν. *Ventum secundum, eumque vehementem nactus, velis omnibus passis, felicique vectus cursu, ad ipsum portus ostium appulit*; ubi λαμπρὸς, est *vehemens & incitatus*: πᾶσι vero τοῖς ἀρμένοις, vel ἱστίοις, idem est quod Galli dicunt, *a pleines voiles*, quod etiam Graeci unico verbo ἱστιοδρομεῖν dicere solent.

Παῖδες.

III. Παῖδες, in plurali, cum genitivis, *Artifices*, *Populos*, aut certam hominum conditionem, ac professionem significantibus pro nominibus ipsis, convenienti casu positis, Hebraeo more usurpantur. Sic, Ῥητόρων, Ἰατρῶν, Φιλοσόφων, Γραφέων παῖδες, *Rhetorum*, *Medicorum*, *Philosopho-rum*,

Digitized by Google

rum, *Pictorum filii:* elegantius multo, quam Ῥήτορες, &c. Sic Κελτῶν παῖδες, id est, *Galli*, δυστήνων παῖδες, *miseri*. Ita Psalmo 4. *Filii hominum usque quo gravi corde?* id est, *homines*. Alibi *Filii Prophetarum*, id est, *Prophetae* [68].

IV. Πᾶσαν praecedente εἰς, idem est quod πάντως; id est, omnino, vulgo, *en tout:* ut, διακοσίους εἶχε στρατιώτας εἰς πᾶσαν, *milites ducentos omnes habebat* [69]. Plutarch. Pompejo, ... Εἰς πᾶσαν. en tout.

68 Notanda praeterea haec vox, non tantum quod cum praepositione ἐκ constructa pro παιδία, *Pueritia* ponitur, quo modo & Latini dicunt *a puero*, sed eodem plane modo in sexto casu cum praepositione ἐν invenies, ut ἐν παιδί, *in pueritia:* sicut etiam dicunt ἐν μειρακίῳ, *in adolescente* pro, *in adolescentia*. Philostrat. de Vit. Sophist. in Hermocr. Ὡς μηδὲ δάκρυον ἐπ' αὐτῷ τὴν Καλλιστὼ ἀφεῖναι, ἘΝ ΜΕΙΡΑΚΙ'Ωι ἀποθανόντι. *Adeo ut ne lacrymam quidem Callisto ob eum fuderit, in adolescentia extinctum.*

69 Exemplum ex Plutarcho diversum quid a superiori confirmat. L. Bos agnoscit ellipsin substantivi χρείαν, ut sit εἰς πᾶσαν χρείαν, *ad omnem usum:* & citat eundem Plutarchi locum. Vide eum in voce χρεία. At multo frequentius est Graecorum idioma, cum in priori acceptione nomen πᾶς cum articulo praepositivo convenit cum praecedenti substantivo. Ita ut dixerint, Διακοσίους εἶχε στρατιώτας ΤΟΥ'Σ ΠΑ'ΝΤΑΣ. Athenaeus lib. VI. de Julio Caesare in Britanniam trajiciente: Τρεῖς οἰκέτας ΤΟΥ'Σ ΠΑ'ΝΤΑΣ συνεπήγετο. *Tres omnino famulos secum ducebat.* Et Arrian. de Exp. Al. lib. 2. cap. 5. ἘΝ ἑπτὰ ΤΑΙ͂Σ ΠΑ'ΣΑΙΣ ἡμέραις τοὺς μὲν βίᾳ ἐξελὼν, τοὺς δὲ ὁμολογίᾳ παραστησάμενος. *Cum intra septem in universum dierum spatium illos partim vi, partim pactionibus in suam potestatem redegisset.* Et cap. 13. Darius, recolligens copiarum reliquias dicitur habuisse milites ἐς τετρακισχιλίους ΤΟΥ'Σ ΠΑ'ΝΤΑΣ. i. e. *Quatuor in universum millia.* Eodem modo de Corcyraeis Thucyd. lib. III. cap. 85. Διέβησαν ἐς τὴν νῆσον ἑξακόσιοι μάλιστα ΟἹ ΠΑ'ΝΤΕΣ. *Trajecerunt in insulam circiter sexcenti universi.* Plura addere exempla, supervacaneum. Id tamen addam, quod mihi hactenus observare licuit, nomen πᾶς cum articulo, addito numero fere postponi: quo minus dicam *semper*, obstat Plutarchi locus in Caesare sub finem. Θνήσκει δὲ Καῖσαρ, ΤΑ` μὲν ΠΑ'ΝΤΑ γεγονὼς ἔτη πεντήκοντα καὶ ἕξ. *Obiit Caesar annos quinquaginta sex natus.* Eodem modo in Act. Apost. XXVII, 37. Ἦμεν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ ΑἹ ΠΑ͂ΣΑΙ ΨΥΧΑΙ` διακόσιαι ἑβδομηκονταέξ. *Eramus in navi ducentae septuaginta sex omnes animae.* Et cap. XIX, 7. Ἦσαν δὲ ΟἹ ΠΑ'ΝΤΕΣ ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο. *Erant omnino viri* cir-

Ὧι δελεασθεὶς ὁ δῆμος, εἰς πᾶσαν ἤδη τιθασὸς αὐτοῖς ἐγεγόνει. id est, *Quo populus semel inescatus, iis se rebus in omnibus facilem deinceps & flexibilem praebuit.*

Πλόϊμος. V. πλόϊμος, vel πλώϊμος, non tantum conjungitur cum substantivo, ut πλόϊμος θάλασσα, *mare navigabile:* ναῦς πλόϊμος, *navis ad navigationem idonea:* sed etiam in neutro fere, vel masculino, τὸ πλόϊμον, & πλώϊμον, vel πλόϊμος sumitur, vel pro *tempore ad navigandum opportuno*, vel pro *omni loco, qui navigatione tuto adiri possit.* idque duobus praecipue modis.

Primo, absolute, in gignendi casu plural. num. cum particip. ὄντων. Philo in Legat. Διαγγελθείσης οὖν τῆς ὅτι νοσεῖ φήμης, ἔτι πλοΐμων ὄντων, ἀρχὴ γὰρ ἦν μετοπώρου. id est, *Itaque morbi ejus vulgata fama, cum adhuc tempus ad navigationem opportunum esset, autumni enim initium erat;* subaudiendo vel καιρῶν, vel χωρίων. Thucydid. comparativum usurpat lib. 1. pag. 5. Καὶ ἤδη πλωϊμωτέρων ὄντων. id est, *Cumque jam tutior esset navigatio:* nullum enim ibi nomen exprimitur, quo genitivus iste referatur.

Se-

*circiter duodecim.* Articulum negligit Herodotus lib. 1. cap. 163. de Arganthonio: Ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδοήκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ ΠΑΝΤΑ εἴκοσι καὶ ἑκατόν. *Tartessiis imperavit octoginta annos, vixit vero omnino viginti supra centum.* Graecissat Cicero de Inventione *l.* 1, *c.* 9. *Relinquitur ergo, ut OMNIA tria genera sint caussarum.* Nec etiam necesse est, ut πᾶς conveniat cum substantivo; nam potest cum articulo τὸ neutro genere constanter addi: ita enim de Lycurgo Plutarchus pag. 41. Ἐβασίλευσε μῆνας ὀκτὼ τὸ σύμπαν. *Regnavit menses omnino octo.*

Est & diversus ab hoc hujus adjectivi usus, quo in Dativ. pl. neutr. gen. positum significat, *omni studio* vel *cura.* Ita Herodian. lib. III. cap. 13. ΑΠΑΣΙ γὰρ ἤθελε τοὺς παῖδας τῆς ἐν Ῥώμῃ διαίτης χρηστῆς ἀπολαύειν. *In id enim omni studio incumbebat, ut liberi sui bona institutione Romae uterentur.* Ita malo, quam, quod interpres habet, *Imprimis;* & in ἅπασι subaudienda velim σπουδήν, φροντίδα, νουθετήματα, τέχνην, vel similia, quae ad bonam institutionem facere possunt. Pro eodem dicitur etiam πάσῃ τέχνῃ, Vid. quae infra dicemus, sect. 11. reg 2.

Tertius hujus adjectivi usus est, quo in Accusativo Plurali Neutro Genere ponitur elliptice. Lucian. in Asino. Τί γὰρ ἡμῖν δοκεῖ τρέφειν τὸν ὄνον τοῦτον, ΠΑΝΤΑ καταπίπτοντα; *Cur nobis videtur hunc asinum alere ubique collabentem?* Intelligitur procul dubio praepositio κατά. Ut in illo Hom. Il. E vs. 807.

Πάν-

Digitized by Google

Secundo, πλόϊμόν ἐστι, dicitur; id est, *tuta*, vel *opportuna navigatio est*: & πλωϊμώτερόν ἐστι, *tutior*, vel *opportunior*. Idem Thucydid. paulo post, Καταστάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτικοῦ, πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλους. *At postquam a Minoë instructa classis esset, facilior deinceps ac tutior ultro citroque navigatio esse coepit.*

VI. Πολιτεία, non modo vel *rempublicam*, vel *certam* rei- Πολιτεία.

Πάντα δ' ἕνεκα ῥηϊδίως. Et *omnibus modis*, *omni ratione*, vel *ubivis facile erat victor*. i. e. κατὰ πάντα. Adde Aristoph. in Nub. vs. 1432. Ἐπειδὴ τοὺς ἀλεκτρυόνας ἅπαντα μιμεῖ. *Quandoquidem gallos per omnia imitaris*: & in Ran. vs. 1248. Οὐκ ἔστιν, ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. *Nemo est ab omni parte beatus.* Consentit & verbo & re Theognis vs. 441.

Οὐδείς τοι ΠΑ'ΝΤ' ἐστὶ πανόλβιος. - - -

Quartus usus observandus, quo itidem in Neutro Plurali construitur cum Substantivis Generis diversi, & commode redditur, *Nihil aliud*, *quam*. Exemplum habet Philo Jud. de vit. Moys. lib. I. ΠΑ'ΝΤΑ γὰρ ἦσαν ἢ τραχεῖαι πέτραι, ἢ ὄρη λιθωδέστατα, ἢ ψάμμοι βαθεῖαι. *Nihil illic aliud erat*, *quam* [verbatim, *Omnia erant*] *vel rupes asperae*, *vel montes maxime saxosi*, *vel altissimae arenae*.

Quintus usus est, quo cum Substantivo conjungitur, & in versione per Adverbium redditur, Substantivo in Adjectivum mutato cognatae significationis, sequente infinitivo. v. g. Τὸ καὶ τὸ ποιεῖν πᾶσα ἀνάγκη, πᾶς πόνος, πᾶς κίνδυνος. *Hoc vel illud facere*, *est omnino necesse*, *maxime laboriosum*, *prorsus periculosum*. Verbatim, *omnis necessitas*, *omnis labor*, *omne periculum*. Epict. Enchir. cap. 38. ΠΑ'ΣΑ ἈΝΑ'ΓΚΗ, ὅταν ἀποτυγχάνῃς, ὧν θέλῃς, καὶ περιπίπτῃς, οἷς μὴ θέλῃς, μέμψασθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. *Omnino necesse est*, sive, *Fieri aliter non potest*, *quin*, *cum iis*, *quae vis*, *fueris frustratus*, & *in ea*, *quae non vis*, *incideris*, *culpes* & *oderis auctores*. Et cap. 18. Τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι ΠΑ'ΣΑ ἈΝΑ'ΓΚΗ. *Sed omnino necesse est*, sive, *aliter fieri nequit*, *quin*, *qui alterum curat*, *alterum negligat*. Similiter Pindarus Nem. Od. 8. Νεαρὰ δ' ἐξευρόντα δόμεναι βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, ἍΠΑΣ ΚΙ'ΝΔΥΝΟΣ. *Nova vero inventa examinanda dare*, *ut explorentur*, *omnino periculosum est*; seu; *periculosae plenum opus aleae*. Similiter, πᾶν τοὐναντίον ἐστίν. *Omnino contrarium est*, apud Platonem in Sophista. In hoc Graecissat Maro, lib. AEn. V, vs. 800.

*FAS OMNE est*, *Cytherea*, *meis te fidere regnis.*

Addo & sextum illud, quod Latini dicunt, *apertum* vel *medium mare*. Graecis est τὸ πᾶν

*reipubl. formam* ſignificat ; ſed etiam certum aliquem modum , quo quis in gerenda repub. verſetur. Demoſth. pro Coron. Οὐ μόνον τὸ τιμᾶσθαι τὴν πόλιν ἡ προαίρεσις ἡ ἐμὴ, καὶ ἡ πολιτεία διεπράξατο. id eſt , *Non tantum ut civitas in honore eſſet, inſtitutum illud meum, ac propria gerendae reipub. ratio in cauſa fuit.*

Πολύς. VII. Πολὺς , praeter id quod annotatum eſt in nomine μέγας, cap. 3. Sect 7. Reg. 12. eſt aliquando idem, quod δυνάμει πολλῇ , id eſt , *cum ingentibus copiis*. Plutarch. de fortuna Romanor. Εὑρὼν δὲ τὸν Πομπήϊον ἠθροικότα , καὶ πολὺν μὲν ἐν γῇ, πολὺν δὲ ἐν θαλάσσῃ. *Ubi Pompejum inveniſſet denſis, & ingentibus copiis inſtructum, ſeu terreſtribus, ſeu maritimis.* At Demoſth. orat. de Cherſon Φίλιππος δυνάμει πολλῇ περὶ Ἑλλήσποντον ὤν. *Philippus , qui circa Helleſpontum cum ingentibus copiis verſabatur* [70].

VIII.

πᾶν πέλαγος. Et ἐκπλεῖν εἰς τὸ πᾶν πέλαγος, vernacule eſt, In volle zee ſteken.

[70] Alio ſenſu dici quis poteſt πολὺς, de quo ſcilicet multa narrare poſſumus. Lucian. Dem. Encom. pag. 892. ubi, quum dixerat Therſagoras, de Homeri inſtitutione pauca dici poſſe, ſubdit ; *At tibi* (ſc. *Demoſthenem laudanti*) ΠΟΛΥ͂Σ μὲν ὁ Καλλίστρατος. *Multus quidem eſt Calliſtratus.* i. e. *Multa de Calliſtrato praedicare potes.* vel , *Multam Calliſtratus tibi dicendi copiam miniſtrat.* Sic, cujus ſubinde mentio fit, πολὺς dicitur : AEſchin. contra Cteſiph. pag. 306. lin. 9. ΠΟΛΥ͂Ν μὲν τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Φίλιππον ἐν ταῖς διαβολαῖς φέρων. Ad verbum ita : *Multum quidem Alexandrum & Philippum in ſuis calumniis ferens* , i. e. *ſubinde Alexandrum & Philippum in ſuis calumniis nominans.* Confer AEſchin. in Timarch. pag. 193. lin. 45. & Noſtrum, Cap. III, ſect. 6. reg. 7.

Idem illud adjectivum neutro genere in plurali fere poſitum & articulo veſtitum ſecundum caſum poſt ſe habet rei ejus, cujus partem ſignificat. Ut : Πελοποννήσου τὰ πολλά. *Peloponneſi magna pars.* Thucyd. lib. 1. cap. 2. Et in ſuperlativo gradu , eodem libro cap. 12. Καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ ΝΗΣΙΩΤΩ͂Ν ΤΟΥ͂Σ ΠΟΛΛΟΥ͂Σ ᾤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ ΣΙΚΕΛΙ͂ΑΣ τὸ ΠΛΕΙ͂ΣΤΟΝ Πελοποννήσιοι. *Et in Ioniam quidem & magnam inſularum partem Athenienſes colonos miſerunt ; in Italiam vero & maximam Siciliae partem Peloponneſii.*

Formati ex hoc Adjectivo Comparativi , imprimis quando Genitivum poſt ſe habet, obſervandus eſt elegans uſus, poniturque pro πλεονέκτημα, i. e. pro eo , quo ſi quis augetur , inde majus emolumentum , majorem potentiam, vel ſimile acquirit in faciendo ,

vel

Digitized by Google

VIII. De nominibus πρᾶγμα & πρᾶξις, haec notatione digna & selectiora accipe. Primum quod Latini dicunt, *Nihil est molestiae vel incommodi*, Graeci, οὐδὲν πρᾶγμά ἐστι, *nihil refert*, vulgo, *il ne m'en chaut*: ut cum Demosth. ait, Ὅτι αὐτῷ ΟΥ᾿ΔΕ`Ν ἘΣΤΙΝ ἔτι πρᾶγμα πρὸς τὰς συνθήκας ταύ-

οὐδὲν πρᾶγμα, *nil refert.*

vel fugiendo rem, aut aliud quidpiam agendo. Ita de muro in Isthmo structo Aristides, Orat. pro Quatuorv. pag. 315. Ὅπου γὰρ ἐξῆν τοῖς βαρβάροις περιπλεύσασι κατὰ πόλεις ἑλεῖν αὐτοὺς, τί ΠΛΕ´ΟΝ ΤΟΥ῀ ΤΕΙ´ΧΟΥΣ ἦν. *Ubi enim barbari circumnavigantes oppidatim eos expugnare poterant, quid murus prodesse poterat?* Similiter absque Genitivo Arrian. Exp. Al. lib. III. c. 27. Ὥστε οὐδὲν ΠΛΕ´ΟΝ αὐτῷ γίγνεται τὴν κρίσιν ἀποφυγόντι. *Ita ut nihil ei profuerit crimine absolutum fuisse.* Adde Isocrat. Paneg. non longe ab initio. Similiter pro πλέον μοι γίνεται, dicunt etiam πλέον ποιῶ. Plat. in Theaet. Οὕτω δὴ ἀναγκασθήσεσθε εἰς ταὐτὸν περιτρέχειν μυριάκις, ΟΥ᾿ΔΕ`Ν ΠΛΕ´ΟΝ ΠΟΙΟΥ῀ΝΤΕΣ. *Sic sane cogemini sexcenties eodem recurrere, nihil promoventes.*

Adhaec, praeter tritissimum illud οἱ πολλοὶ, i. e. *Vulgus*, sunt multa elegantissime dicta, quae de hoc Nomine cumulate proferre possemus, si nostri id esset instituti, quae omnia una, quantum id fieri potest, regula complectimur hoc modo: Hujus Adjectivi non minus elegans quam frequens usus est in illis occasionibus, ubi magnitudinis, multitudinis, atrocitatis, celeritatis, vel in summa cujuspiam in re quacunque exsuperantiae significatio est. e. c. Ποταμὸς πολύς. proprie, *Flumen multum*, i. e. *magno impetu & aquarum vi celeriter fluens.* Quo sensu dixit Virg. AEn. VI, vs. 659.

*PLURIMUS Eridani per sylvam volvitur amnis.*

Πολὺ κακὸν, *Multum malum* i. e. *Morbus vehementissimus.* Thucyd. lib. II, cap. 51. Ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ νικώμενοι. *Mali violentia victi.* Homo dicitur πολὺς τῇ ἐπιστήμῃ, *qui aliqua in re excellit.* Ita Suidas de Thucydide: Οὗτος ὁ Θουκυδίδης ἀνὴρ ἦν ΠΟΛΥ`Σ ΤΑΙ῀Σ ΤΕ´ΧΝΑΙΣ, κάλλει λόγων &c. *Thucydides hic vir fuit excellens artibus, elegantia orationis* &c. Amator apud AElian. V. H. lib. XII, cap. 14. dicitur παρὰ πότον πολὺς λαλῶν. *Inter pocula loquacissimus.* Τόπος πολὺς, est *locus amplus* apud AEschin. in Timarch. pag. 184, lin. 9. Ποίησίς ἐστί τι πολύ. *Vocabuli* ΠΟΙ´ΗΣΙΣ *usus late patet.* Plat. in sympos. Ὥρα πολλή. *Tempus serum.* Quomodo & Latini dicunt *Multa nox.* Et quod Marco est cap. VI, 35. Ὥρα πολλὴ, id Matth. XIV, 15. est Ὀψία γενομένη, & Luc. IX, 12. ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν.

 71 Πρᾶγμα

ταύτας. id est, *Quod ejusmodi pacta nihil jam ad eum pertineant:* Galli propius, *n'ayant plus que faire de ces pactes.* Plato in Sympolio, Ἐὰν δὲ ψευδῆ, οὐδὲν δὴ πρᾶγμα. *Et encores qu'elles fussent fausses, il n'importeroit pas.* [71].

**Πρᾶξις, obligatio in solidum.** IX. Secundo, quae a Jurisperitis, *obligatio in solidum* vocatur, apud Graecos, πρᾶξις est. e. g. quod Galli, *estre obligé un seul pour le tout*, Graeci, πρᾶξιν εἶναι ἐξ ἑνὸς καὶ ἀμφοῖν, verbatim *actionem esse ex uno & utroque:* id est, *duo simul, & utrumque seorsim integra obligatione teneri.*

**Πρᾶξις, practique, dolus. πραξικοπεῖν, circumvenire.** X. Tertio, πρᾶξις in malam partem sumitur, [72] ut apud nos, *practique*, id est, *versutum fraudulentumque consilium, quo adversarius circumvenitur*; quae *calumnia* Ciceroni dicitur. Et aliquando pro ipsa proditione sumitur: unde πραξικοπεῖν τινα, *dolo aliquem circumvenire.* Quod tamen saepius cum locis iis jungitur, quae dolo capiuntur. Nam τὴν πόλιν πραξικοπῆσαι, est *urbem dolo & proditione capere:* quo pertinet Gallicus Idiotismus, *practiquer*, de eo, qui vel in urbe, quam oppugnat, vel in negotio, quod gerit, proditores aut promissis, aut muneribus comparat: quod Polybius dicit: πρᾶξιν συστήσασθαι, vel καλασκευάζειν.

**Πρόσχημα, decus.** XI. Quod Latini, *decus & ornamentum* dicunt, Graeci fere πρόσχημα, quasi προέχον σχῆμα: sic τὴν βουλὴν πρόσχημα τῆς πόλεως, id est, *Senatum reipublicae decus*, & τὴν πόλιν πρόσχημα βασιλείας, *urbem regni decus* appellant. Plutarch. Alc-

71 Πρᾶγμα ποιεῖσθαι eo sensu usurparunt Graeci, quo Latini suum Verbum *Curare.* Herodot. Erat. cap. 63. Πρῆγμα μέντοι οὐδὲν ἐποιήσαντο. *Tamen id nihil curarunt.* Plane ut nos: zy maakten 'er geen werk van.

Ponitur etiam in plurali hoc Nomen pro *Reip. administratione.* Sic οἱ ἐν πράγμασι Thucydidi sunt, *qui Remp. administrant. Magistratus.*

Significat & excessum aliquem eodem modo, quo cognatae significationis substantivum χρῆμα, infra sect. 13. initio. Ita ex Eubulo Athenaeus, Deipnosoph. lib. XIII, pag. 559.

- - - - - Εἰ δ' ἐγένετο
Κακὴ γυνὴ Μήδεια· Πηνελόπεια δὲ
Μέγα ΠΡΑΓΜΑ. - - - -
*Fuerit Mala mulier Medea: at Penelope eximia erat mulier.*

72 Quemadmodum & πρᾶγμα. Quo sensu occurrit apud Gregorium Cyprium in epist. Τὰ μὲν πρὸς σὲ εἰλικρινές ἐστι καὶ ἀνόθευτον, καὶ ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ τοσοῦτον ἀπηλλαγμένον, ὅσον γῆς τε καὶ σελήνης τὸ μεταξύ. *Tam sincere & candide tecum egi, & a fallacia tantum abfui, quantum a luna terra distat.*

73 Eo-

Digitized by Google

Al xand. Ὥστε καὶ Σάρδεις, τὸ πρόσχημα τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ τῆς βαρβάρων ἡγεμονίας παραλαβεῖν: *Ita ut ipsas quoque Sardeis, maritimi barbarorum Imperii metropolim, sedemque primariam, deditione acciperet.*

XII. Eadem vox *colorem* saepe, ac *praetextum* significat: quam etiam Latini *speciem* aliquando dicunt: ut τὸ ἀνδρεῖον τῷ προπετοῦς πρόσχημα ποιήσασθαι, id est, *fortitudinis colorem temeritati praetendere*, Galli *faire semblant*. Thucydid. lib. 1. pag. 64. Πρόσχημα γὰρ ἦν, ἀμύνεσθαι, ὧν ἔπαθον, (id est, ὑπὲρ, vel ἀνθ' ὧν ἔπαθον) δῃοῦντες τὴν βασιλέως χώραν. id est, *Praetextus enim erat, quo ad vastandum Regis agrum utebantur, quasi acceptas a barbaris ulciscerentur injurias.* Πρόσχημα, *praetextus.*

XIII. Quo sensu ponitur etiam ἐλλειπτικῶς, id est, aliquid subaudiendo: tuncque fere duo membra sic inter se opponuntur, πρόσχημα μὲν, τὸ δ' ἀληθές· ut, *specie quidem*, vel *per causam illi honorem exhibendi, re autem ipsa, ut eum omni spe honoris spoliaret*: πρόσχημα μὲν, ὡς τιμήσων αὐτὸν, τὸ δ' ἀληθὲς, ἅπασαν τὴν αὐτοῦ τιμὴν καθαιρήσων· ubi πρόσχημα μὲν, id est, πρόσχημα ποιούμενος, vel κατὰ πρόσχημα· sequitur autem ὡς, id est, *quasi* [73]. Πρόσχημα μὲν, τὸ δ' ἀληθές.

XIV. Τὰ πρῶτα, in neutro plurali, id est, ὁ πρῶτος, ὁ πάνυ, ὁ παρὰ δοκιμῶν, *Princeps.* Lucianus in Timone, ubi Mercurius ad Timonem, Ἴσθι τῶν Ἀθηναίων τὰ πρῶτα. *Esto Atheniensium Princeps.* Sic τῶν συμμαθητευόντων τὰ πρῶτα, *Princeps condiscipulorum* [74]. Τὰ πρῶτα, *primus.*

73 Eodem plane sensu construitur & accusativus πρόφασιν. Ita Aristides in Orat. pro Quatuorviris, pag. 309. Ubi Themistocles dicitur jussisse classem aedificari, ΠΡΟ'ΦΑΣΙΝ ΜΕ'Ν, ὩΣ ἐπὶ τὸν πόλεμον, τὸν πρὸς Αἰγινήτας, ΤΗ͂Ι ΔΕ' ἈΛΗΘΕΙ'Αι τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι προορῶν. *Per caussam quidem, quasi ad bellum cum AEginetis gerendum, re autem vera, ea, quae futura erant, praevidens.* Et Pausanias in Corinth. p. 132. Φλεγύαν Ἐπιδαύριοί φασιν ἐλθεῖν ἐς Πελοπόννησον, ΠΡΟ'ΦΑΣΙΝ μὲν ἐπὶ θέᾳ τῆς χώρας, ἜΡΓΩι ΔΕ', κατάσκοπον πλήθους τῶν ἐνοικούντων. *Phlegyan in Peloponnesum venisse ajunt Epidaurii, verbo quidem visendae regionis gratia; re autem vera, ut specularetur, quanta esset incolarum frequentia.* Subaudi κατὰ.

74 Vide generaliorem regulam, quam notavimus supra, Sect. 3, reg. 2.

# SECTIO XI.

*De Nominibus* σημεῖον, τεκμήριον, ἀπόδειξις, μαρτύριον, τέλος, τίς.

## REGULA I.

Σημεῖον, τεκμήριον, ἀπόδειξις.

Σημεῖον, *indicium*, τεκμήριον, *conjectura*, ἀπόδειξις, *demonstratio*: [75] saepe initium dant periodis, idque ἐλλειπτικῶς, id est, *vocibus quibusdam subintellectis*: tuncque adjungitur particula δὲ, & particula γὰρ membri sequentis initio adhibetur. Quod ergo Latini dicerent, *Cujus rei argumentum illud est, quod assidue cum improbis versetur*: Graeci, τεκμήριον, vel σημεῖον δὲ, ὅλος γάρ ἐστιν ἐν τῇ τῶν μοχθηρῶν συνουσίᾳ. Itaque subaudiri potest τούτου ἂν εἴη τὸ ἑπόμενον, *ejus sit quod sequitur*, vel λεχθησόμενον, *quod dicetur*, aut aliquid simile [76]. Sic,

75 Adde μαρτύριον, *testimonium*. Herodot. Polymn. cap. 221. ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΔΕ μοι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γέγονε· οὐ ΓΑΡ &c. *Hujusce rei non minimum id mihi testimonium est; non enim &c.*

76 Exemplum habet Demosth. Adversus Androtion. prop. fin. Πρὸς μὲν χρημάτων κτῆσιν οὐδὲ πώποτε ὁ δῆμος ἐσπούδασε, πρὸς δὲ δόξης, ὡς οὐδὲ πρὸς ἓν τῶν ἄλλων· ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ ΔΕ· χρήματα μὲν ΓΑΡ πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ποτὲ σχὼν, τὰ πάνθ᾽ ὑπὲρ φιλοτιμίας ἀνήλωσεν &c. *In pecuniis possidendis nullum unquam studium posuit populus, in gloria autem tantum, quam in re aliqua alia. Cujus rei indicium est, quod, cum inter Graecos plurimum opibus polleret, has omnes in honoribus tribuendis consumserit.* Majoris confirmationis gratia saepe additur μέγα vel μέγιστον. Exempla quaere apud Aristidem, Orat. pro Quatuorviris, p. 353. Ἀλλ᾽, οἶμαι, κἀκείνοις ταὐτὸν ἦν, ὅπερ τοῖς Ἕλλησι τοῖς σὺν Θεμιστοκλεῖ· κατὰ γῆν μὲν γὰρ οὐδὲν κρατεῖσθαι, κατὰ θάλατταν δὲ ὑπῆρξε καὶ σώζεσθαι καὶ κρατεῖν· ΜΕΓΑ ΔΕ ΣΗΜΕΙΟΝ, ἕως μὲν ΓΑΡ διὰ Ἰσθμοῦ τὴν εἰσβολὴν ἐπεχείρουν, ἠτύχουν· ἐλθόντες δὲ ἐπὶ τὸν πόρον τὸν Ἀχαϊκὸν, εὗρον αὐτὸν πόρον ὄντα τῆς σωτηρίας αὐτοῖς. *At idem, opinor, quod Themistoclis militibus, illis etiam evenit. In terra enim non poterant non vinci, mari autem & servari & superare contigit. Cujus rei magnum hoc est argumentum. Donec enim per Isthmum invadere conabantur, adversa fortuna usi sunt. Cum autem venissent ad trajectum Achaicum, eum sibi* tra-

Digitized by Google

Sic, *Atque hoc certo inde constat*, Graece, ἀπόδειξις δέ. Eodem modo alia quoque substantiva usurpari possent: ut ῥᾳδιούργημα, ab Oenomao, apud Eusebium lib. 5. de Praeparat. Euang. p. 220. novae edit. ubi carpens oraculum Cnidiis editum, Τὸ δὲ ῥᾳδιούργημα, inquit, ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἦν βέβαιος ἀποφυγὴ ὀρύξασι. id est, *Versutiae autem ratio haec fuit; quod cum ne suffosso quidem Isthmo, certum propterea receptum habituri essent* [77]. Ῥᾳδιούργημα

II.

*trajectum salutarem invenerunt.* Alterius exemplum suppeditat eadem oratio pag. 247. ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΔΕ κἀκεῖνο ΣΗΜΕΙΟΝ τῆς Περικλέους ὀρθότητος ἀνδρὸς τῶν εἰρημένων, καὶ ὡς οὐκ ἐκεῖνος ἦν ὁ διαφθείρας οὐδ' ἐθίσας Ἀθηναίους φιλαργύρους εἶναι, οὐδ' ἐκ παντὸς τρόπου τὸ πλέον ζητεῖν ἔχειν· οὔτε ΓΑΡ τοὺς φόρους Περικλῆς εἰς ἄπειρόν ἐστιν ὁ ἐπαξαγών. *Praeter ea, quae superius diximus, maximum & illud est argumentum integritatis Periclis, eumque non fuisse, qui Athenienses corrupit & avaros reddidit, neque quovis modo plura semper concupiscere assuefecit, quod nec tributa in infinitum auxit* &c. Ubi obiter observa voculae ἄνευ cum participio constructionem, de qua vide infra, ad Cap. IX. Sect. I. R. 8. Itemque participii διαφθείρας cum articulo & verbo substantivo, de quo ad Cap. VI Sect. I. R. 18. His adde Isocratem Areopag. pag. 283. & Helen. laud. pag. 411. Particula δὲ membro priori aliquando abest. Plat. Apol. Socr. pag. 40. ΜΕΓΑ μοι ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ τοῦτο γέγονεν· οὐ ΓΑΡ ἔσθ' ὅπως οὐκ &c. *Hujusce rei hoc mihi magnum fuit argumentum; Nam procul dubio* &c. Nec semper particula γὰρ adjungitur, sed semper caussalis particula, ὅτι vel τῷ cum infinitivo. Alterius exemplum habet Aristoteles, lib. Eth. 6. cap. 5. ΣΗΜΕΙΟΝ ΔΕ, ΟΤΙ καὶ τοὺς περί τι φρονίμους λέγομεν, ὅταν πρὸς τέλος τι σπουδαῖον εὖ λογίσωνται. *Hujus rei argumentum est, quod in re quapiam aliquem prudentem dicimus, quando ad finem aliquem bonum consequendum recte secum pendit.* Alterius exemplum non occurrit in praesentia, nisi in cognato δῆλον δὲ, ibid. cap. 2. ΔΗΛΟΝ ΔΕ, ΤΩι τὰ θηρία αἴσθησιν μὲν ἔχειν, πράξεως δὲ μὴ κοινωνεῖν. *Hoc inde constat, quod bruta sensum quidem habent, sed actione sunt destituta.* Ellipsin supplet Philo Judaeus, de Nom. Mut. Σημεῖα δὲ τῶν λεγομένων καὶ αἰσθήσεις ἐναργῆ περιφέρουσι· γεύσεως γὰρ ὄσφρησις προκαθημένη &c. *Signa eorum, quae dicta sunt, sensus etiam manifesta exhibent; sapori enim olfactus praecedens* &c.

77 Nomen σῶμα notandos imprimis quatuor usus habet. Primo est *salus* apud Dinarch. contra Dem. pag. 93. lin. 31. Ὧι τὴν τῶν ΣΩΜΑΤΩΝ φυλακὴν ὁ δῆμος παρακαταθήκην ἔδωκεν. *Cui civium salutem populus commisit.*

 Se-

Τέλ☉, magistratus. II Τὸ τέλ☉, proprie *finis*, interdum *magistratum*, & *dignitatem* significat: unde οἱ ἐν τῷ τέλει, supple, ὄντες, id est, *qui magistratu funguntur*, *qui sunt in Republica principes* [78].

III.

Secundo pro *toto homine* ponitur: ut, ἐλεύθερα σώματα, pro *hominibus liberis*. Sic in eadem Orat. pag. 94. lin. 54 Οὐδὲ τὴν δουλείαν ὑπομένειν, οὐδὲ τὰς ὕβρεις ὁρῶντες εἰς τὰ ἘΛΕΥ'ΘΕΡΑ ΣΩ'ΜΑΤΑ γινομένας. *Neque servitutem sufferre, neque contumelias, quas liberis hominibus fieri viderent.* Clarius AEschines in Timarch. pag. 173, lin. 28 Ἐνταῦθα ὁ νομοθέτης οὔπω διαλέγεται αὐτῷ ΤΩ͂Ι ΣΩ'ΜΑΤΙ τοῦ παιδός. *Hic legislator nondum sermonem in ipsum puerum dirigit.* Eodem modo Virg. lib. 11. AEn. vs. 18.

*Huc delecta VIRUM sortiti CORPORA furtim*
*Includunt coeco lateri.*

Et lib. V, vs. 318.

*Primus abit, longeque ante omnia CORPORA Nisus*
*Emicat.* - - -

Tertio pro *Vita*. Sic apud Demosth. pro Megal. Τοῖς σώμασι κινδυνεύειν, est *Capitis periculum adire*, Belg. zyn lyf waagen.

Quarto pro *servo* sive *mancipio*. Ita Graeci dicunt: Σώματα πολλὰ τρέφειν, pro, *Multos servos alere*.

78 Exemplum habet Thucyd. lib. I. cap. 10. Ἔξω τῶν βασιλέων καὶ ΤΩ͂Ν μάλιστα ἘΝ ΤΕ'ΛΕΙ. *Exceptis regibus & summae dignitatis viris.* Eidem hoc Nomen *turmam* notat, lib. II. cap. 22. Ἱππομαχία τις ἐγένετο βραχεῖα ἐν Φρυγίοις τῶν τε Ἀθηναίων ΤΕ'ΛΕΙ ἑνὶ τῶν ἱππέων καὶ Θεσσαλοῖς μετ' αὐτῶν, πρὸς τοὺς Βοιωτῶν ἱππέας. *Levis quaedam equestris pugna in Phrygiis inter unam equitum Atheniensium turmam, quibus Thessali erant adjuncti, & Boeotorum equites commissa est.* Quin & Optimates, *Principes*, urbisque *magistratus* non tantum οἱ ἐν τέλει, sed & τὰ τέλη vocantur. Videndus Max. Tyr. Differt. VII. Τῶν Λακεδαιμονίων τὰ τέλη. *Lacedaemoniorum magistratus.*

Est & alius hujus substantivi usus, quo absolute positum, sequente Particula δὲ, adverbialiter sumitur pro *Tandem*, dissimulata, ut videtur, Praepositione κατά. Herodot. Erat. cap. 66. ΤΕ'ΛΟΣ ΔΕ' ἑσσωθέντων περὶ αὐτέων νεικέων. *Tandem his de rebus contentione orta.* Et Lucian. Dem. Encom. pag. 923. ΤΕ'ΛΟΣ Δ' ἐμοῦ τὰ μὲν δεομένου, τὰ δὲ ἀπειλοῦντ☉. *Tandem me partim precante, partim minante.* Vel praecedente Conjunctione καί. Thucyd. lib. I, cap. 109. ΚΑΙ' ΤΕ'ΛΟΣ ἐς Προσωπίτιδα τὴν νῆσον κατέκλεισεν. *Et tandem in Prosopitide insula conclusit.* Adde Plut. de Aud. Poët. pag. 35. ΚΑΙ' ΤΕ'ΛΟΣ ὁ Θερσίτης ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως, οὐ χωλὸς, οὐ φαλακρὸς, οὐ κυρτὸς, ἀλλ' ἀκριτόμυθος λοιδορεῖται. *Denique Thersitae*

Digitized by Google

III. Τίς (quod ab aliis in nominum, ab aliis in pronominum classe reponitur:) sive interroget, sive indefinite ponatur, varios usus habet. Ac primum quidem, cum interrogat, jungi potest cum Articulo praepositivo anteceden- 'Ο τὶς, pro τίς.

*sitae Ulysses convicians, non claudum eum, non calvum, non gibbosum, sed garrulum vocat.* Est & ubi τέλος solum eodem officio fungitur. Ita Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. I, pag. 25. ΤΕ´ΛΟΣ, ἔφη, τί δεῖ λέγειν ἔτι; *Tandem, inquit, quid pluribus opus est?* Et lib. II. pag. 42. ΤΕ´ΛΟΣ, εἶπεν, ἀκηκόατε πάντα. *Tandem, inquit, audivistis omnia.*

Eodem modo Adjectivum τελευταῖον vel τελευταῖα in neutro Genere adhibetur, quod plerumque vestitum est articulo. Lucian. lib. cit. pag. 902. Δεδιέναι, μὴ ΤΟ` ΤΕΛΕΥΤΑΙ῀ΟΝ πάθοιμι τὸ τοῦ Πρώτεως. *Metuere, ne ad extremum idem mihi accidat, quod Proteo.* Ubi obiter observa phrasin, πάθοιμι τὸ τοῦ Πρώτεως, de qua supra ad init. hujus libri. Dicunt etiam unica voce τοτελευταῖον. vid. Plat. Phaed. pag. 91, lin. 35. Plurali τὰ τελευταῖα utitur Demosthenes Olynth. II. pag. 6. in fine.

Huic adfine est substantivum πέρας, quod sine Particula δὲ etiam construitur, ut τέλος. AEschin. in Timarch. pag. 119. lin. 29. ΠΕ´ΡΑΣ πείθουσιν ἀναστῆναι τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ. *Tandem persuadent homini, ut ab ara surgat.* At τὸ τέλος nonnunquam absolute pro τὴν ἀρχὴν i. e. *prorsus, omnino*, positum videtur. Ita Phocylides:

Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ,
ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης,
Οὐκ ἐρέω ΤΟ` ΤΕ´ΛΟΣ.

*Quicunque volens injuste agit, is est homo nequam; sed, qui necessitate, non dico, eum omnino esse injustum.*

Nominis τέχνη elegantior usus est, quam ut hic omittatur, quum scilicet in Dandi Casu ponitur, addito Adjectivo πάσῃ, quoties singulare in agendo studium, dexteritatem, aut celeritatem indicare volunt Graeci. Quod itaque nostrates dicunt: Loop wat gy kunt. Haast u wat je kunt / id Graeci, Τρέχε πάσῃ τέχνῃ. Μετάπεμπε πάσῃ τέχνῃ. Ita Aristoph. Ἐκκλ. vs. 530.

- - - Ἐδεῖτο δέ,
Ἥπερ μεθῆκε, μ' ἐξιέναι ΠΑ´ΣΗι ΤΕ´ΧΝΗι.

*Petiit vero, quae me arcessivit, ut curriculo exirem.* Ibidem vs. 366.

Ἀντισθένην τις καλεσάτω
ΠΑ´ΣΗι ΤΕ´ΧΝΗι.

*Antisthenem huc quispiam evocet quam celerrime.* Quibus in verbis latere videtur Participium χρώμενος, quasi quis dicat: *Ad id, quod agis, omni arte utere, ut celerrime, dextere &c. perficias.* Nec absimili modo dixit Virgilius, AEn. V.

- - - *E scopulo MULTA vix ARTE revulsus.*

i. e. *multo labore, studio*, vel simil.

dente, ut, σὺ μὲν ἂν ἐπιχειρήσαις τουτῳὶ ὁ τίς; καὶ ποῖος; καὶ πόθεν; *Tu id conatus sis? qui homo? qualis? unde?* tuncque accentum retinet, ac si solum esset [79].

Τίς pro ποῖος. IV. Interdum sumitur pro ποῖος, idque ἐλλειπτικῶς, ut, τίς γὰρ ἐγὼ πρὸς τοσούτους· supple, ἂν ἐξεταθεὶς εἰμι; *quis sum ego, si cum tot ac tantis conferar?* Sic Latini, *quid enim unus inter tantos?* τίς γὰρ εἷς ἐν τοσούτοις;

Τίς ἄρα; ποτέ; δῆτα. V. Eidem interroganti saepe additur ἄρα, ποτὲ, vel utrumque simul, ut, τίς ἄρα σε οὕτωσὶ ἐξεδιήτησεν? *quis tandem usque adeo te a solita morum integritate dimovit?* Aliquando alia vox interjicitur, ut, τίς τέ [80] ποτε κακῶς οὕτως ἐποίησεν; *quis te obsecro tam injuriose tractavit.* Quae additio locum in omnibus casibus habere potest. Dicitur etiam τί δήποτε, & τί δῆτα; ut, τί δῆτα περὶ σαυτοῦ μάτην ὀνειροπολεῖς; *quid tandem tecum ipse somnias?*

Τί γάρ; τί δὲ ἄλλο ἤ; VI. Τί γάρ, vel τί δὲ ἄλλο ἤ; *quid enim aliud quam?* ponun-

simil. Jungitur idem substantivum in eodem Casu cum adjectivo ἰθείῃ, & dicitur quis ἰθείῃ τέχνῃ, *recta arte*, i. e. *non dissimulanter* & *palam* agere. Ita intelligo locum Herodoti, Calliop. cap. 56. Καλεόμενος αὐτὸς ἸΘΕΙ´Ηι ΤΕ´ΧΝΗι ἀπολιπεῖν αὐτόν. Nescio, quid interpreti in mentem venerit, cum vertit: *Ratus a disciplina militari se deseri.* In marginalibus tamen Stephani emendationibus altum silentium. Ego sic verto: *Ratus se palam ab illis deseri.* Utrum recte, penes eruditos sit judicium. Caeterum pro iisdem alibi habet Herodotus, ἐκ τῆς ἰθείης

79 Sic neutrum τὸ τί; *Quid nam*, vel, *Quare* Apud Aristoph. Avib. vs. 1039.

- - - Νόμους νέους
Ἥκω παρ' ὑμᾶς δεῦρο πωλήσων, ΠΕΙ. ΤΟ´ ΤΙ´;

*Venio huc ad vos venditurus. PI. Quid?* Et in Nub. vs. 773. In dubitandi forma utitur Apostolus scribens ad Romanos, VIII. 26. ΤΟ´ γὰρ ΤΙ´ προσευξώμεθα, καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν. *Quid enim oremus, ut oportet, non novimus.* At τὸ τι; vox est formalis, de qua supra ad Cap. I, R. 9. Jungitur etiam cum Pronomine οὗτος, defective, subaudito verbo ἐστὶ, cum articulo subjunctivo: Plat. Phaedr. pag. 259. Ἔχουσι δὲ δὴ ΤΙ´ ΤΟΥ´ΤΟ; Quae sic resolvenda: Τί δὲ δή ἐστι τοῦτο, ὃ ἔχουσι; *Quid illud est, quod habent?* At ὁ τις, interjecta particula δὲ, in divisionibus locum habet, & notat *alius quispiam.* Aristoph. Avib. vs. 1444.

Ὁ δέ τις τὸν αὑτοῦ φησιν ἐπὶ τραγῳδίᾳ
Ἀνεπτερῶσθαι. - - -

*Alius vero quispiam filium suum ad scribendum Tragoedias ait evolasse.* Vide, quae supra diximus, ad cap. 1, R. 4.

80 Lege; τίς σέ ποτε.

81 Haec

nuntur ἐλλειπτικῶς: ut, τί γὰρ ἄλλο ῥᾳθυμῶν, ἢ κινδυνεύεις ἄμυστος διατελεῖν; *quid enim aliud ex inertia tua expectare potes, nisi ut ignarus permaneas?* Quae dicuntur pro, τί γὰρ ἂν ἄλλο πάθοις; vel trajectio verborum est: simplicius enim dicetur, τί γὰρ ἂν ἄλλο ῥᾳθυμῶν κινδυνεύσεις, ἢ ἄμυστος ἂν διατελεῖν;

Id ipsum aliquando fit cum particula ἂν, sine ἢ, in clausula periodorum: ut, κινδυνεύεις ἀποθανεῖν ὑπὸ τοσαύτης προπετείας, τί γὰρ ἂν ἄλλο; *periculum est ne te tua perdat audacia, quid enim aliud!* supple, γένοιτο, *accidere possit*; vel προσδοκήσειας, *expectes?* Τί γὰρ ἂν ἄλλο;

VII.

81 Haec verborum trajectio non est perpetua; neque enim locum habere potest in Diogenis apud Lucianum verbis, qui Alexandro roganti, τί γελᾷς, *Quid rides?* respondet: Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην &c. *Quid aliud, nisi quod in mentem venit &c.* Nam haec trajectio: Τί γὰρ ἄλλο ἀνεμνήσθην, ἢ, non convenit cum praecedente interrogatione, τί γελᾷς; simplicius itaque & tutius mihi videtur, si dicamus, particulam τί in similibus locutionibus pro οὐδὲν poni. Utuntur praeterea Graeci his particulis τί γὰρ eo sensu, quo Latini, *Quamquam*, vel, *Quid autem?* Nos: Trouwens. In alle geval. Ita hoc Maronis lib. II. AEn. v. 101.

*Sed quid ego haec autem nequicquam ingrata revolvo?*

ita Graece vertas:

Καὶ τί γὰρ ἂν τοιαῦτα μάτην ἀχάριστα λέγοιμι?

Atque huc referri possunt Horatii verba lib. II, Sat. 3.

*Quum laqueo uxorem interimis, matremque veneno.*
*Incolumi capite es? QUID ENIM, Neque tu hoc facis Argis,*
*Nec ferro, ut demens genitricem occidit Orestes.*

Clarius Terentius, Adelph. 3, 3, 80.

*STR. Tu rus hinc ibis. D. Recta S. NAM QUID tu hic agas?*

Aliquando, cum ita fert sententia, eaedem particulae Latine sonant. *Quid multis?* i. e. *Quanquam quid plura hujusmodi commemorem?* quando brevitatis gratia orationem contrahimus. Ita apud Lucian. in Tox. pag. 609. de quodam, qui omne patrimonium in meretriciis amoribus consumserat. Συνοικίαι ὅλαι καὶ ἀγροὶ, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς, καὶ χρυσὸν, ὁπόσον ἐθελήσειε, ΚΑΙ ΤΙ ΓΑΡ; ἐν βραχεῖ ὁ Λυσίωνος οἶκος, ὀνοματόλατος τῶν ἐν Ἰωνίᾳ γενόμενος, ἐξήντλητο. *Universae domus (sup. muneri dabantur) & agri, & famulae, & vestes pretiosae, & aurum, quantum petebat. Quid multis? Lysionis domus tota, quae antea fuerat nobilissima in Jonia, brevi tempore est exhausta.* Ubi post τί γὰρ subaudi πολλὰ διέξειμι.

*Τί δὲ, τί γὰρ εἰ μή;*

VII. Eodem fere modo usurpari solet, *τί δὲ*, vel *τί γὰρ*, *εἰ μή*; ut, *τί γὰρ, εἰ μὴ ἐγέλων ἂν νηπιάζοντα ὁρῶν;* pro *τί γὰρ ἂν ἄλλο ἔπασχον, εἰ μὴ*, &c. *quid enim aliud agerem, nisi riderem, dum se coram puerilem in modum gereret* [82]?

*Ἄλλο-τι ἤ. interrogando.*

VIII. At vero *ἄλλοτι*, unica voce (quod proprie *aliud quid* significat) sequente particula *ἤ*, apud Platonem maxime, interrogando passim usurpatur, pro *num*, & *numquid*, quasi esset, *τί ἄλλο ἤ*; *quid aliud, quam?* Plato in Apolog. [83] *Ἄλλοτι ἢ περὶ πλείστου ποιῇ ὅπως ὅτι βέλτιστοι οἱ νεώτεροι ἔσονται*. id est, *Nunquid hoc plurimi facis, quomodo juniores evadant quam optimi?* quasi esset, *τί ἄλλ' ἢ περὶ πλείστου ποιῇ; quid aliud, nisi plurimi facis?*

Sic Herodotus lib. 2. [84] *Ἄλλοτι ἢ οἱ ταύτῃ οἰκέοντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι*; id est, *Numquid AEgyptii partem istam incolentes fame laboraturi sunt?*

*Ἄλλοτι solum, interrogando.*

Interdum *ἄλλοτι* sine *ἤ*, eodem sensu; tuncque oratio converti non potest, dicendo *τί ἄλλο*. Idem Plato 1. de Rep. [85] *Ἄλλοτι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδὲ ἰατρὸς καθ' ὅσον ἰατρὸς, τὸ τῷ ἰατρῷ συμφέρον σκοπεῖ, ἀλλὰ τῷ κάμνοντι*; id est; *Numquid igitur, inquam, ne medicus quidem, qua medicus est, spectat medici utilitatem, sed aegroti?*

*O quo te nomine appellem?*

IX. Τί interrogativum, & *τὶς* indefinitum [86], simul Atticè junguntur cum aliis vocibus necessariis, ad significandum, *ô quo te nomine appellemus?* Demosthen. pro Coron. *Ὦ τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσείποι*; verbatim, *ô quid dicens quis te recte appellet?*

X.

82 Exemplum quaere apud Xenoph. de Admin. Dom. pag. 844. *Ἡ γυνή ἐδόκει σοί, ἔφην ἐγώ, ὦ Ἰσχόμαχε, πώς τι ἐπαΐειν, ὧν συ ἐσπούδαζες διδάσκων; ΤΙ' ΔΕ', ΕΙ' ΜΗ' ὑπισχνεῖτό γε ἐπιμελήσεσθαι*; *Quid autem uxor tua, inquam, o Ischomache, an quodammodo iis mentem adhibere videbatur, quae tanto studio illam docebas? Quid aliud* [*inquit*] *nisi pollicebatur, se sedulo facturam?* Et paulo post: *Καὶ πῶς δὴ, ἔφην ἐγὼ, ὦ Ἰσχόμαχε, διέταξας αὐτῇ; ΤΙ' ΔΕ', ΕΙ' ΜΗ'* &c. *Et quomodo, inquam, o Ischomache, illi disposuisti? Quid aliud* [*facerem*,] *quam* &c.

83 Pag. 24, lin. 30.

84 Cap. 14.

85 Pag. 342. Caeterum de *ἄλλοτι* & *ἄλλοτι ἤ* consule Budaeum pag. 474.

86 Infinitum *τὶς* ad aliud idioma spectat, (vid. reg. 13) cum abesse possit. Aristoph. Nub. vs. 1381. *Σοφώτατόν γ' ἐκεῖνον, ὦ τί σ' εἴπω*; *Illum autem sapientissimum, o quo nomine te appellem?*

87 Con-

Digitized by Google

X. Τί μὴν aliquando ſignificat *quidnam igitur*? etiam praecedente ἀλλὰ, ut neganti ſe cauſam aliquam rei cujuſdam, aut facti habuiſſe, ſic inſtabimus: ἀλλὰ τί μήν, id eſt, *quam igitur aliam*? ut, τοῦτο, νὴ Δία, τὸ αἴτιον οὐ μὴ ἐγίνετο, ἀλλὰ τί μήν; *ea tibi videlicet cauſa non fuit: quaenam igitur*?

Τί μήν, *quidnam?*

Aliquando voculae iſtae ſunt concedentis, tuncque ſignificant *quidni*, *plane*, *omnino*; ſed tunc fere omittitur ἀλλά: ut quaerenti, μῶν σὺ χαίρεις πλησιάζων τουτῳί; *ejuſne tibi conſuetudo placet*? reſpondeas, τί μήν; *plane*, *omnino*. Plautus, *Quippeni*.

Τί μήν, *quidni? plane.*

Quod etiam dicitur cum his particulis, τί γὰρ οὔ, vel πῶς γὰρ οὔ. De quo poſtea [87].

Τί γὰρ οὔ; *quidni?*

XI. Jam vero τὶς, cum indefinite ponitur, primo eleganter παρέλκει, additurque aliis vocibus ornamenti cauſa. Aliquando cum interrogatione, ut, ποῖόν τινα παρὰ τὸν καιρὸν αὐτὸν ἀπέδειξεν, id eſt, *quem ſe tandem ea probavit occaſione*? πῶς τι δὲ ἐλπίδα ἔχες τὸ παράδοξον τουτί γε; id eſt, *quomodo de re tam aliena ſpem ullam habere potuiſti*? ubi τις, indefinite ſumitur, & caret accentu [88].

Τὶς, indefinite poſitum abundat.

Aliquando ſine interrogatione, μέγα τι καὶ θεσπέσιον τεχνούργημα, *ingens plane ac divinum opus.* Sic, οὐδέν τι πλέον ἔσχεν, *nihil aſſecutus eſt emolumenti*: σμικρόν τι ὑποχώρησον, *recede tantillum* [89].

XII.

87 Contra, τί οὖν τοῦτο non quidem eſt negantis, ſed in dicentis verba cum aliqua admiratione inquirentis. Latini dicunt: *Quid ita?* Proprie, *Quid igitur hoc?* Plato Hipp. maj. pag. 289. in fine.

88 Ita ſaepe apud Ariſtidem. E. G. in Orat. pro Quatuorviris, pag. 296. Δεῖξαι διὰ βραχίων ἐν ΠΟΙΌΙΣ ΤΙΣΙ πράγμασι ΠΟΙ͂ΌΣ ΤΙΣ ἦν ὁ Θεμιστοκλῆς. *Breviter oſtendere in qualibus negotiis qualem ſe praeſtiterit Themiſtocles.* Ariſtoph. Nub. verſ. 763. Aliquando τὶς contra deeſt, relicto Genitivo, quem rexerat, iſtius defectus indice, Ibidem verſ. 1126.

Κἂν γαμῇ ποτ' αὐτός, ἢ ΤΩ͂Ν ΞΥΓΓΕΝΩ͂Ν, ἢ ΤΩ͂Ν ΦΊΛΩΝ.

*Etſi quando ducet uxorem, vel ipſe, vel [aliquis] cognatorum, vel amicorum.* Lucian. in Nigrin. Κωμικοὺς φαύλους ἑώρακας ὑποκριτὰς, ΤΩ͂Ν ΣΥΡΙΤΤΟΜΈΝΩΝ λέγω ΤΟΎΤΩΝ, καὶ ΔΙΑΦΘΕΙΡΟΝΤΩΝ τὰ ποιήματα; *Vidiſtine comicos malos biſtriones, ex iis, inquam, qui exſibilantur & poëmata corrumpunt?* Vide ſupra ſect. 1. in fine. Simile illud Horatii lib. III. od. 13.

*Fies nobilium tu quoque fontium.*

89 Herodian. lib. 1. cap. 16.

Ἡ ΟΥ-

Τι, etiam indefinite interrogat. XII. τὶ, licet indefinite, aliquando tamen habet interrogationem. Demosth. Philipp. 1. Γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον, ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν; id est, *Num vero aliquid magis novum fieri possit, quam ut Macedo Athenienses bello superet?* nisi dicamus esse novam trajectionem, pro. τί γὰρ ἂν γένοιτο, &c. [90]

Τὶς Gallice, *on*. XIII. Idem nomen, cum optandi aut subjungendi modo, & particula ἂν, particulam Gallicam (*on*) commode exprimit; quam fere Latini per secundam optativi, vel subjunctivi personam enunciant: ut, *on pourroit respondre cela fort justement*, τοῦτο δή τις ἀποκρίναιτ' ἄν, καὶ μάλα γε εἰκότως. Latine, *hoc juste responderis*. [91] Quo sensu negationem saepe adjunctam habet, tuncque idem est quod nemo, ut, οὐκ ἄν τις τοῦτο φήσειε, *nemo id unquam dixerit*.

Jungitur etiam cum imperfecto, & aoristo indicativi modi, ut, δικαίως οὐκ ἄν τις κατηγόρει, vel κατηγόρησέ μου τότε· *nemo tunc me jure accusaret, vel accusasset* [92].

XIV.

*Η ΟΥ'ΔΕ'ΝΤΙ ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικός. *Quae nihil differebat ab uxore.* Jungitur autem frequenter dativo πολλῷ ante comparativos, ut: ΠΟΛΛΩ͂Ι ΤΙΝΙ' ἐμοῦ ΚΡΕΙ'ΤΤΩΝ ἐστιν. *Multo praestantior est me.* Estque haec locutio familiaris Aristidi. Ita in Orat. 3. Platonica pag. 405. ΟΥ̓ ΠΟΛΛΩ͂Ι ΤΙΝΙ ΧΕΙ'ΡΩΝ ἦν τοῦ Νέστορος. *Non multum Nestori cedebat.* Jungitur & eidem ante superlativos, & redditur commode, *Facile.* Sic in eadem orat. pag. 402. ΠΟΛΛΩ͂Ι ΤΙΝΙ ΠΡΩ͂ΤΟΣ ἦν. *Facile erat princeps.* In summa fere invenitur post voculas aliquam quantitatem significantes; v. g. ΟΠΟ'ΣΟΝ ΤΙ' διαφέρει, δῆλον. *Quantopere different, satis constat.* Sic πολύ τι πρᾶγμα μέγα τι ἔργον.

90 Simplicius mihi videtur, si subaudiatur, πότερον; μῶν; vel similis interrogativa vocula. Interrogatio enim non consistit in vocula τὶ. Alioqui vertendum esset: *Quid magis novum fieri posset?* Locus Demosthenis est pag. 16, lin. 16. Caeterum, quod plane est contrarium, acuitur etiam citra interrogationem, & tunc videtur poni pro ὅ, τι. Hoc modo occurrit in Euang. Marc. XIV. 36. Ἀλλ' οὐ ΤΙ' ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ ΤΙ' σύ. Ubi commode subauditur γένοιτο. Ut sit sensus: *sed fiat, non quod ego volo, sed quod tu.* Rursus Cap. VI, 36. ΤΙ' γὰρ φάγωσιν, οὐκ ἔχουσιν. *Nam, quod edant, non habent.* Confer Cap. VIII, 2. Et Matth. XX, 22.

91 Exemplum habet Pausanias in Achaicis, pag. 415. Κατὰ δὲ τὴν Φιλίππου βασιλείαν, τοῦ Ἀμύντου, Λακεδαίμονα πόλεων μόνην οὐ προδοθεῖσαν τῶν ἐν Ἕλλησιν εὕροι ΤΙΣ ἌΝ. *Regnante vero Philippo, Amyntae filio, Lacedaemonem solam ex urbibus Graecis non proditam inveneris.*

92 Rarius cum praes. ind. Theogn. vs. 184.

Χρειὼς

Digitized by Google

XIV. Πᾶς τις, id est, ἕκαστος, *quivis, quilibet, nemo non:* Julianus Apostata, ad Jamblichum scribens; Πανὶ μέλος λιγυρὸν ἔχοντι πᾶς τις ἐκστᾶίη. *Pani argutum aliquid modulanti nemo non cedat.* Quod etiam dicitur, πᾶς ἕκαστος, vel ἕκαστος πᾶς. Basilius ad Domitianum, Ἐπεὶ ἔλυσα τὴν ἐπιστολὴν, καὶ πάνθ' ἕκαστα ἐπεξῆλθον. *Ubi epistolam resignavi, singulaque perlegi.* Item αὐτὸς ἕκαστος dicitur: Pausanias in Messenic. Αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος ἔσπευδεν ἄρξαι μάχης. id est, *Quisque pugnam incohare gestiebat* [a]. Imo, τις solum, pro ἕκαστος. Plutarch. in Fabio, Νῦν τις, ὦ στρατιῶται, Μαρκίου Μινουκίου μεμνημένος, ἐπειγέσθω. *Nunc agite milites: quisque Marci Minucii memor festinet,* vel *excitetur.*

*Πᾶς τις, quivis. — Πᾶς ἕκαστος. idem. — Αὐτὸς, ἕκαστος. idem. — Τὶς pro ἕκαστος.*

S E-

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα,
Κύρνε, καὶ ἵππους
Εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
Βήσεσθαι. - - -

*Arietes quidem & asinos quaerimus, Cyrne, & equos generosos, & quisque vult admittere ex bonis.* Belg. men wil.

93 Vide Nostrum infra Cap. IV, Regula 8. Pro iisdem dicitur, πάντες ὅσοι, vid. supra sect. 9. r. 1. & πᾶς ὁ, sequente participio, in Euang. Luc. cap. XVIII, 14. ΠΑ͂Σ Ὁ ὙΨΩ͂Ν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. *Quicunque se extollit, humilis reddetur.* Adde Joann. XVIII, 37. & XIX, 12. Item ἕκαστός τις & αὐτός τις. Imo duo haec cum πᾶς τις conjungi in una eademque periodo, jam ante me observavit ex Thucydide H. Stephanus ad al. script. de Dial. Att. pag. 80. His subjungo alium hujus voculae usum, quo in masculino & neutro genere apud Graecos *Eximium aliquem* & *magnum quid* significat. Ita in Epict. Enchir. c. 18. Κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί ΤΙΣ. *Etsi quibusdam videaris esse aliquis.* Sic Act. Apost. c. 5: 36. Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων εἶναί ΤΙΝΑ ἑαυτόν. *Nam ante hos dies exstitit Theudas, dicens se esse aliquem.* Addam unum ex Pind. Pyth. Od. 8.

- - - ΤΙ' δὲ ΤΙ'Σ; Τί δὲ οὔτις;
Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. - - -

- - - *Quid vero aliquis?*
*Quid vero nullus,* (i. e. *nullius pretii*)
*Umbrae somnium homines.*

Additur aliquando adjectivum μέγας. Act. Ap. c. 8: 9. Λέγων εἶναί ΤΙΝΑ ἑαυτὸν ΜΕ'ΓΑΝ. Vel utuntur Neutro Genere Τὶ. Quod inter Latinos imitatus Ovid. ait. lib. VI, fast. vs. 27.

*Est ALIQUID nupsisse Jovi,*
*Jovis esse sororem.*

Vide & Trist. l. 1, 2, 53. Et hic aliquando Adjectivum μέγα additur. Contra οὐδένα dixerunt pro homine nullius pretii. Sic Epict. Enchir. c. 31. τὸ τὶς opponitur τῷ οὐδείς. Πῶς δὲ ΟΥΔΕΙ'Σ οὐδαμοῦ ἔσῃ, ὃν δεῖ μόνος εἶναι ΤΙΝΑ τοῖς ἐπί σοι;

*Quomodo autem nullo eris numero, quem in iis solis, quae penes te sunt, aliquem esse oportet?* Eidem opponit ὑπέρμεγας Aristoph. Eq. vs. 158.

Ὦ νῦν μὲν ΟΥΔΕΙ'Σ, αὔριον δ' ΥΠΕ'ΡΜΕΓΑΣ.

*O tu, qui nunc nullus es, cras eris maximus.* Pro quo & neutrum μηδὲν usurpat Lucian. in Mortuor. dial. tom. 1. p. m. 282. Φημὶ δὲ τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, ὅσοι τὸ ΜΗΔΕ'Ν ἐξ ἀρχῆς ἐόντες, ὅμως ἐπὶ μέγα προεχώρησαν. *Hos autem imprimis laude dignos censeo, quicunque prius nullo fuerint loco, & postea magni evaserunt.*

# SECTIO XII.

## *De Nominibus* τοσοῦτον, φθόνος, χεὶρ, χρεών.

## REGULA I.

Τοσοῦτον. Τοσοῦτον interdum Attice idem est, quod τὸ δεῖνα μόνον, *hoc duntaxat unum.* Demosthen. passim, τοσοῦτον ὑπειπὼν, id est, *si hoc unum addidero* Herodot. lib. 2. τοσόνδε, eod. fere modo usurpavit, pag. 111. Ἀλλὰ τοσόνδε μὲν ἄλλα ἐπὶ μακρότατον ἐπυθόμην. id est, *Ut unum id quod sequitur, fuse admodum commemorantes audivi.* Quod minus assequuti videntur Interpretes. Vide cap. 5. Sect. 2. Reg. 7. [94]

II.

94 At ibi frustra simile quicquam quaeres: fortasse respicit Auctor Cap. III, Sect. 8. Reg. 13. ubi Herodoti verba ex lib. II, cap. 28. in fine citantur, qui locus hunc paululum praecedit, & ubi itidem interpres corrigitur. Caeterum τοσοῦτον & ὅσον se mutuo in partitionibus sequuntur, & alterum alteri respondet, ut apud Latinos, *Tam, quam.* Thucyd. l. 1. c. 88 Ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, τὰς σπονδὰς λελύσθαι, καὶ πολεμητέα εἶναι, οὐ ΤΟΣΟΥ͂ΤΟΝ τῶν ξυμμάχων πεισθέντες τοῖς λόγοις, ὍΣΟΝ φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους &c. *Decreverunt vero Lacedaemonii, foedera esse rupta, & bellum gerendum, non tam sociorum inducti oratione, quam, quod metuebant Athenienses.*

Est & alius hujus nominis usus, quo cum adjectivo ἕτερος construitur significatque ἕτερος τοσοῦτος, *Bis totidem, bis tantum.* Isocr. in Panegyrico p. 141. Τὴν μέν γε μετ' Ἀγησιλάου στρατιὰν ὀκτὼ μῆνας ταῖς ἑαυτῶν δαπάναις διέθρεψαν· τοὺς δὲ ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύσαντας ἙΤΕ'ΡΟΥ ΤΟΣΟΥ'ΤΟΥ χρόνου τὸν μισθὸν ἀπεστέρησαν. *Exercitum quidem Agesilai octo menses suis sumptibus aluerunt: qui autem pro ipsis periculis sese objecerant, eos bis tanti temporis, vel, bis totidem mensium stipendio privaverunt.*



Digitized by Google

II. Οὐδεὶς φθόνος, *nulla invidia*, id est, *libenter vero*, ac fere praecedente ἀλλὰ, in dialogismis: ut obsecranti, πρὸς τῆς πάλαι φιλίας μὴ φθονήσῃς κἂν τοῦτο, *per antiquam amicitiam, ne hoc etiam invideas*, continuo respondeas, ἀλλ' οὐδεὶς φθόνος, id est, *ego vero perlibenter ejus copiam fecerim:* posset etiam verti, *hoc enim liberaliter fieri decet:* ut, σοὶ μὲν οὖν ἔγωγε μετακοινωνήσω τοῦ πράγματος, οὐδεὶς γὰρ φθόνος πρὸς τὸν γνησίως φιλοῦντα, id est, *rem equidem tecum libenter communicabo, id enim cum amico fieri liberaliter decet* [95]. Ὀυδεὶς, φθόνος, *libenter*.

III. [96]. Χεὶρ aliquot elegantes habet significatus: primum enim, Ἐκ χειρὸς, *cominus*.

95 In exemplo, quod nobis exhibet Plat. in Tim. pag. 23. lin. 36. ἀλλὰ sequitur. Ibi Solon a sacerdotibus sciscitatur, orans, ut de antiquis suis civibus historiam accurate persequantur. Responsum fert. ΦΘΟΝΟΣ ΟΥΔΕΙΣ, ὦ Σόλων· ἈΛΛΑ σοῦ τε ἕνεκα ἐρῶ. i. e. *Libenter, o Solon, inque gratiam tuam dicam.* Idem observandum in cognato hellenismo, οὐδὲν κωλύει, ἀλλὰ particula sequente. Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V. pag. 145. lin. 9. Ἀκοῦσαι μέντοι, ἔφη, ΟΥΔΕΝ ΚΩΛΥΕΙ. ἈΛΛΑ λέγε, ὅ, τι γιγνώσκεις περὶ αὐτῶν. *Nihil impedit quominus audiam. At tu modo dic, quid de his sentias.* Dicunt etiam, φθόνος οὐδεὶς λέγειν. *Nihil impedit, quo minus dicam.* Plat. in Phaedone. Ἃ μέντοι τυγχάνω ἀκηκοὼς, ΦΘΟΝΟΣ ΟΥΔΕΙΣ ΛΕΓΕΙΝ. *Quae tamen audivi, libenter dicam.*

96 Nomen Χάρις vix praeterire possum, quin aliquid de ejus usu notem. Ubi Latini dicunt *referre* vel *agere gratias*, ibi Graeci adhibent quartum hujus Nominis Casum cum verbis ἀποδιδόναι, ἔχειν, τελεῖν, εἰδέναι. Exempla passim obvia. Utuntur & plurali numero, ut ἀποδιδόναι χάριτας apud Dem. epist. 2. pag. 111. in fine. Res autem, pro qua gratiae aguntur, generandi casum obtinet. Ut ἔχω σοι χάριν τούτου. vid. eundem pro Megal. pag. 84. lin. 14. Contra χάριν ἀποστερεῖν dicitur is, qui beneficii est immemor. Plat. Gorg. pag. 520. lin. 26.

II. Ὀφείλω σοι χάριν τούτου. Proprie: *debeo tibi gratias pro hac re.* Latine: *Hoc tibi acceptum refero.*

III. Ποιῶ σοι τοῦτο ἐν χάριτι. *Gratificor tibi in hoc.*

IV. Σὴν χάριν, omissa praepositione. *In tuam gratiam.* Ut supra diximus ad Cap. I. reg. 11.

V. Frequentissima est sacris scriptoribus vox χάρις i. e. *Gratia*, quando pro beneficio Divino ponitur, quod scilicet Deus hominibus largitur, nulla cujusquam meriti ratione habita, sed pro libera sua in mortales voluntate. Hinc toties in N. T. εὑρίσκειν χάριν. χάριτος ἐκπεσεῖν. ἐπιμένειν τῇ χάριτι, &



Digitized by Google

enim, ἐκ χειρὸς, vel χειρῶν μάχεσθαι, *cominus pugnare* est, vulgo *combattre main à main:* unde, ἡ ἐκ χειρὸς μάχη, vel ἡ συςάδην, vel ἐκ συςάσεως, vel καθ' σύςασιν, Poëtis αὐτοσχεδὸν, & σχεδὸν, apud quos, οἱ ἀγχέμαχοι, sunt *cominus pugnantes.*

Ἐκ χειρὸς *coram, statim.*

IV. Secundo, ἐκ χειρὸς, *coram*, vel *continuo.* Polybius lib. 5. Τῆς κοινολογίας ἐκ χειρὸς γινομένης· id est, *Coram habito colloquio:* sic ἐκ χειρὸς ἔχεσθαι τῶν προκειμένων, *continuo rem urgere.*

Χειρῶν νόμος.

V. Tertio, χειρῶν νόμος (*lex manuum*) est proprie, *manuum consertio, ardorque certaminis:* unde, ἐν χειρῶν νόμῳ γενέσθαι, idem est, quod ἐν λαβαῖς, Gallice: *venir aux mains, aux prises.* Quod etiam dicunt, εἰς χειρῶν νόμον ἐλθεῖν, vel ἀφικέσθαι, vel εἰς χεῖρας ἰέναι. Plutarch. in Pomp. Ταῖς χερσὶν ἐμφῦναι, καὶ συμπλακῆναι· quasi *mutuis manibus implicari* [97]. Ergo χειρῶν νόμος, est quasi *manuum lex*, quod in manibus vis [98] certaminis posita sit: unde dicebant, ἐν χειρῶν νόμῳ

& sexcenta alia. At χάριν cum ἔχειν in hac significatione non dum inveni. Verba sunt Apostoli ad Hebraeos scribentis, cap. XII, 28. Διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες ΕΧΩΜΕΝ ΧΑΡΙΝ, δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας. Illud ἔχωμεν χάριν vertit interpres Latinus: *retineamus gratiam:* Gallus: *retenons la grace:* Belga: **Laat ons de genade vasthouden.** Satis quidem sane: sed est tamen cur dissentiam, & vertere malim, *habeamus*, i. e. *agamus gratias*; primo quia verbum ἔχω cum accusativo χάριν junctum, nunquam, quod sciam, hanc significationem admittit: dein quia rebus mutationem subituris & perituris, non *gratiam*, sed *inconcussum regnum* opponit Apostolus: & denique, quia altera versio optime praecedentibus ac sequentibus congruit. Nam primo τῶν σαλευομένων τῇ μεταθέσει opponitur βασιλεία ἀσάλευτος, i. e. *regnum inconcussum*, quod accipiunt fideles; quod ingens profecto est beneficium, cui statim subjungit Paulus debitas gratias, ἔχωμεν χάριν. denique ostendit modum, quo pro tanto beneficio optime Deo gratias agamus, nempe τῷ λατρεύειν εὐαρέστως τῷ Θεῷ &c. Verba Pauli itaque sic verto: *Quare, quoniam inconcussum regnum accepimus, habeamus gratias, per quas Deo digne serviamus, cum pudore ac metu.*

Caetera abunde alicunde haurire possunt tirones.

97 Item, ποιεῖν ἐν χερσὶ μάχην. vid. infra ad Cap. V, sect. 10, reg. 6.

98 Unde ἀκμὴ χειρῶν. *vis manuum*, pro *certaminis ardore*; & ἀκμὴ χειρῶν φέρειν, *vim manuum ferre*, scil. *in hostem*, est in *illum*

Digitized by Google

μῶν ἀμύνεσθαι, verbatim; *in manuum lege propulsare*, (*ulcisci*) *estre au fort du combat*, vel ἀποκτεῖναι, *tuer sur le champ.* Idem in Theseo, Εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις. *Manus cum adversariis conserere.*

VI. Quarto, eodem fere sensu dicitur, ἐν χερσίν· ut, τοὺς πολεμίους, τοὺς μὲν ἐν χερσὶν ἀπέκτεινον, τοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβον· *hostes partim in acie ceciderunt*, (Gallice, *sur la place*,) *partim vivos ceperunt.*

Ἐν χερσίν, eod. sensu.

VII. Quinto, χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι, verbatim, *injustarum manuum incipere*: id est, *injuriae auctorem esse*, *lacessere*, *rixam movere*: ut, ὁπότερος ἂν χειρῶν ἀδίκων ἄρξειεν, αὐτοῦ τὴν ἀειφυγίαν καταψηφίζεσθαι· id est, *qui prior injuriam fecerit, eum perpetuo multare exilio* [99].

Χειρῶν ἀδίκων ἄρξαι.

Denique εἰς χεῖρας ἰέναι, non tantum de *congressu bellico*, sed etiam de *amico* dicitur, ut idem sit, quod εἰς ὁμιλίαν καὶ δεξίωσιν ἰέναι, apud Thucyd.

VIII. Quas Latini *novas tabulas*, id est, *aeris alieni remissiones*, Graeci, χρεῶν ἀποκοπάς, quasi *debitorum excisiones*, vulgo dicunt; Attici uno verbo σεισάχθειαν, quasi dicas *oneris excussionem*, *mitiori quadam*, & ὑποκοριστικῇ *voce*, atque id ex instituto Solonis, teste Plutarcho, in ejus vita. Χρεωκοπία etiam dicebatur, unde verbum χρεωκοπεῖν, *debita remittere.*

Χρεῶν ἀποκοπαί, *novae tabulae.*

*lum multa vi irruere.* Ita Homerus Il. ε, vs. 506.

Οἱ δὲ ΜΕ'ΝΟΣ ΧΕΙΡΩ͂Ν ἰθὺς
φέρον - - -

*Illi vero recta acie tendebant in hostem*; sive *ex adverso irruebant.* Nam utrumque significat τὸ ἰθύς. Eustath. ad h. l. pag. 577. Τὸ μένος χειρῶν ἰθὺς ἔφερον, ἀντὶ τοῦ, ἐμάχοντο ἀντικρύ· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐρεῖ ὁ ποιητής.

99 Exemplum habet Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. 1, cap. 30. Νῦν γὰρ ἔρχονται οἱ πολέμιοι ἄρχοντες ἀδίκων χειρῶν. *Nunc enim veniunt hostes moventes hostilitatem.* Genitivus χειρῶν saepe excidit subaudiendus. Ita AElianus lib. 1. V. H. cap. 14. Λέγει δὲ αὐτός, καὶ μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς, ἀμύνασθαί γε μὴν αὐτούς, ἀλλ' οὐκ ἄρχειν ἀδίκων. *Ait idem* [Aristoteles lib. IX. histor. animal. cap. 12.] *Olores cum aquilis pugnare, ita tamen ut illatam vim propulsent, sed pugnam ultro non lacessant.* Quod Aristoteles dicit ἄρχειν μάχης, id AElianus ἄρχειν ἀδίκων supp. χειρῶν.

# SECTIO XIII.

## *De Nominibus* χρῆμα, χρυσός, χώρα, ὥρα.

## REGULA I.

Χρῆμα, excessus.

Substantivum, τὸ χρῆμα, fere usurpatur ad significandum *excessum aliquem*, tam in bonam, quam in malam partem, sic, μέγα τι χρῆμα, *ingens quiddam*: [1] quo sensu Tullius ad Atticum, de Antonio loquens, *Teucris illa*, inquit, *lentum sane negotium*, id est, *tardus admodum est.* Graece, βραδύ τι χρῆμα [2].

Χρῆμα, cum genitivo singulari.

II. Saepe cum Genitivo singulari jungitur, ut ὑπερβάλλον τι χρῆμα τοῦ ἵππου, id est, *equus eximius*, ἐξαίρετον χρῆμα τοῦ νεανίου, *egregius adolescens*: θεσπέσιόν τι χρῆμα τῆς ἀγχινοίας, τῆς εὐφυΐας, id est, *divinum ingenium*, *divina indoles* [3]. Aliquan-

1 Idem observandum in nomine πρᾶγμα, de quo vide supra ad sectionem X, reg. 8.

2 Simili modo ait Seneca Philosophus, Epist. 95. *Homo, SACRA RES, homo jam per lusum & jocum occiditur.* Graece: Ἄνθρωπος, ἹΕΡΌΝ ΤΙ ΧΡῆΜΑ, ἄνθρωπος ἤδη κατὰ παίγνιον καὶ ἐντρυφώμενος ἀπεκτείνεται. Exemplis apud Graecos nihil tritius. Quamvis autem hoc idioma Graecis juxta & Romanis frequens sit, in Graecis tamen nescio quem nativum habet leporem.

3 Exemplum exstat apud Herod. Clio. c. 36. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τούτῳ ἐν τῷ Μυσίῳ Οὐλύμπῳ ΣΥῸΣ ΧΡῆΜΑ γίνεται μέγα. *Eodem tempore in Olympo monte Mysiae aper exstitit ingentis magnitudinis.* Proprie, *Apri res magna.* Een groot ding van een zwyn. Imitatus est Phaedrus lib. IV, fab. 7.

*Haec quum tentaret, si qua*
*RES esset CIBI.*

i. e. *si quis esset cibus.* Idem observandum in nominibus ἔργον & πρᾶγμα, de quibus supra ad sect. 4. r. 12. & 10, r. 8. Per appositionem usurpat Xenoph. Κύρ. παιδ. I. Καταβάλλει ΤΗΝ ἜΛΑΦΟΝ, ΚΑΛΌΝ ΤΙ ΧΡῆΜΑ ΚΑΊ ΜΈΓΑ. *Ferit cervam, pulcram & vasti corporis.* At cum genitivo plurali *multitudinem* notat. Ita πολὺ χρῆμα τεμαχῶν καὶ κρεῶν ὀπτημένων dixit Aristoph. in Plut. vs. 895. i. e. *Magnam piscium sectorum & assarum carnium copiam.* Et παμπολύ τι χρῆμα τῶν Ἑλλήνων. *Ingens Graecorum multitudo.* AElian. V. H. lib. II, cap. 13. Eodem modo Xenoph. Cyropaed. lib. II, cap. 2. Σφενδονητῶν παμπολύ τι χρῆμα. *Fundito-*

quando per appositionem usurpatur, ut, ἑώρακα τὸν βασιλέα, θαυμάσιόν τι χρῆμα τοῦ ἄρχοντος, *Regem vidi, eximium sane principis exemplar ac specimen.*

III. Rarius, sed tamen aliquando cum Genitivo plurali copulatur. Eusebius lib. 1. Praeparation. Euangel. ipso statim initio. Τὴν δέ σοι, (nempe ἀπόδειξιν Εὐαγγελικὴν) θεῖον Ἐπισκόπων χρῆμα, σὺν εὐχαῖς ἐπεφώνησα. *Eandem tibi, (demonstrationem Evangelicam) qui sacrum Episcoporum decus & ornamentum es, adjunctis etiam precibus consecravi.* Aristophan. in Nubib. Actu 1. Ὦ Ζεῦ Βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, ὅσον ἀπέραντον! *O Jupiter Rex, quid istuc noctis est, quamque infinitum!* Idem in Ranis, Actu 5. Τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον! *Quanta laborum moles!* Cum genit. plurali.

IV. Aliquando reddi Latine debet, *ut qui maxime*, vel *minime*, per omnia genera cum particulis ὡς & οὐδέν. Plato in Phaedone, ubi Socrates ineptum se esse ait ad Physica: Οὕτως ἐμαυτῷ ἔδοξα πρὸς αὐτὴν σκέψιν ἀφυὴς εἶναι, ὡς οὐδὲν χρῆμα. *Ita mihi visus sum ad hoc studii genus ineptus, ut qui minime*, verbatim, *ut nulla res.*

V. Pecunia foenore occupata, vulgo, *argent mis en rente*, ἐνεργὰ χρήματα, quasi *operantes pecuniae*: quemadmodum *otiosam pecuniam*, ἀργὰ χρήματα nominabant. Lucrum autem ex foenore proveniens, ἔργον, id est, *opus*, vel ἐργασία, quasi *operatio* dicebatur [4]; quanquam ἐργασία latius pa- Χρήματα ἐνεργὰ, *rentes.*

*ditorum ingens numerus.* Ubi etiam sua elegantia voculae τι non deest. Herodotus adjectivum πολὺ substantivo jungit in regimine, in Erat. cap. 43. Ὡς δὲ συνελέχθη μὲν ΧΡΗ͂ΜΑ ΠΟΛΛΩ͂Ν ΝΕΩ͂Ν. *Ubi vero collecta est ingens navium multitudo.*

4 Hinc ἐργάζεσθαι *rem familiarem augere* opponitur τῷ δαπανᾶσθαι ab Isocr. ad Nicocl. pag. 37. Νόμιζε τοὺς ΔΑΠΑΝΩΜΕ'ΝΟΥΣ ἀπὸ τῶν σῶν ἀναλίσκειν, καὶ τοὺς ἘΡΓΑΖΟΜΕ'ΝΟΥΣ τὰ σὰ πλείω ποιεῖν. *Existima eos, qui sua prodigunt, de tuis bonis impensas facere, quique rem familiarem augent, eosdem tuas opes augere.* Constructum cum dativo χρήμασι subauditum vult accusativum βίον, & significat, *Rem pecuniariam exercere.* Demosth. pro Phormione, pag. 605. lin. 32. Ἔστι δ᾽ ἐν ἐμπορίῳ καὶ ΧΡΗ'ΜΑΣΙΝ ἘΡΓΑΖΟΜΕ'ΝΟΙΣ ἀνθρώποις φιλεργὸν δόξαι καὶ χρηστὸν εἶναι τὸν αὐτὸν θαυμαστὸν ἡλίκον. *Est enim in mercatu & inter homines, quaestum pecuniarium exercentes sedulum videri & probum esse, ingens miraculum.* Ubi obiter observa ἐνέργειαν voculae ἡλίκον in fine positae, de qua vide, quid supra sect. 3, §. 7. notaverimus. Cum praepositione ἐν construitur in Euang. Matth.

patebat, ac fere genus omne quaestus ex mercatura, aliisque rebus profectum complectebatur. Sors autem, vulgo,
**Le principal.** *Le principal*, Graece, τὸ ἀρχαῖον, vel τὰ ἀρχαῖα, vel ἀρχαῖον δάνειον, quasi *antiquum mutuum*, vel ἀρχαῖον κεφάλαιον quasi *antiquum caput*, vel κεφάλαιον [5] solum vocabatur [6].
**Les interests.** Usura vero, Gallice, *les interests*, Graece, οἱ τόκοι [7]. Denique, quod ultra summam excurrit, vulgo, *le surplus*, Graece, τὸ πλεῖον, vel τὸ πλέος, ut, δισχίλιαι δραχμαὶ, καὶ τὸ πλεῖον, vel τὸ πλέος, id est, *duo drachmarum millia & quod ultra excurrit.*

**Χρήματα ἐπίτιμα.** VI. Χρήματα ἐπίτιμα bona eorum dicebantur, qui crimine aliquo tenebantur, legum tamen adhuc munita praesidio, quaeque proinde occupare nemini liceret: ut, ἐπίτιμος ἀνὴρ, *qui integrae adhuc erat conditionis & famae*; & ἐπιτιμία, *status illius & conditionis integritas.* contra vero ἄτιμα χρήματα, *quae impune cuivis diripere licuisset*; ἄτιμος, *notatus infamia.*

VII.

Matth. cap. XXV: 16. Πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν ΕἸΡΓΑ΄ΣΑΤΟ ἘΝ ΑΥ̓ΤΟΙ͂Σ. *Profectus autem ille, qui quinque talenta acceperat, ex illis quaestum fecit.* Caeterum, quamvis χρήματα non nisi multitudinis numero *pecuniam* significare didicerimus, est tamen ubi in singulari numero χρῆμα pecuniam notat, ubi non in genere pecunia, sed certa illa, quae ex agri, merciumve venditione redit, intelligitur, ut in Act. Apost. cap. IV. in fine. Ὑπάρχοντος αὐτοῦ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα, καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων. *Cum esset illi ager, eum vendidit, & pecuniam sive pretium ejus ad pedes apostolorum deposuit.*

5 Apud AEschin. contra Ctesiph. p. 289. lin. 12.

6 Hinc, quia ratione usurae magna est pecuniae summa, pro magna pecuniae summa accipitur in Act. Apost. XXII, 28. Ἐγὼ πολλοῦ ΚΕΦΑΛΑΙ΄ΟΥ τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. *Mihi magna pecuniae summa haec civitas constitit.*

7 Occurrit verbum δανείζομαι, *Foenere accipio*; item substantiva τόκος & ἀρχαῖον, apud Athen. Deipnos. lib. 13. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν καταδρομὴν αὐτοῦ ποιησάμενος, ὡς ἘΔΑΝΕΙ΄ΣΑΤΟ, ὥστε οὔτε ΤΟ΄ΚΟΥΣ, οὔτε ἈΡΧΑΙ͂ΟΝ ἀποδίδου. *Et postea iterum eum insectatur, quod foenore accepisset, neque usuram, neque sortem solvisset.* (Ubi observa etiam locutionem, καταδρομὴν αὐτοῦ ποιησάμενος. *Insectationem ejus faciens*, pro, *Eum insectans.* Vide infra ad cap. V, sect. 10. §. 9.) Ipsa porro usura in dandi casu cum praepositione ἐπὶ verbo additur, v. g. Quod nos dicimus: Hy heeft geld opgenomen tegen anderhalf ten honderd. Id Graeci: Ἐδανείσατο ἐπ᾽ ἐννέα ὀβολοῖς τὴν μνᾶν.

8 Sect.

VII. *Aurum signatum* χρυσὸς ἐν νομίσμαλι, (verbatim, *aurum in nummo*,) vel ὡς νόμισμα, (*ut nummus*) vel ἐπίσημ@; *rude* autem, ἄσημ@. *Aurum factum*, χρυσὸς ἐν καλασκευαῖς, quasi *aurum in supellectile*. *Aurum infectum*, χρυσὸς ἐν ὕλῃ, vel ὡς ὕλη, id est, *in materia*, vel *ut materia*: Gallice, *en masse*, *en lingots*.

*Aurea vasa*, χρυσὸς ὡς πρόβοσκημα, ad *pastum*. Quod autem de auro dicitur, de argento dici potest: Plutarch. in Pompejo, Ἀναφέρελαι εἰς τὸ δημόσιον ταμεῖον, ἐν νομίσμαλι καὶ καλασκευαῖς, ἀργυρίȣ καὶ χρυσȣ̃ δισμύρια τάλανλα, id est, *Referuntur in publicum aerarium*, *argenti & auri*, *tam signati*, *quam facti*, *talenta viginti millia*. Philo de Legatione ad Cajum: Ἄργυρον, καὶ χρυσὸν, τ μὲν ὡς ὕλην, τ δὲ ὡς νόμισμα, τ δὲ ὡς πρόβοσκημα, δι' ἐκπωμάτων, καὶ τινων ἑτέρων· *Argentum*, *& aurum*, *partim infectum*, *partim signatum*, *partim ad esum & potum*, *poculis & aliis quibusdam comprehensum*. Idem lib. de Providentia, ἄργυρον, καὶ χρυσὸν distinguit in duo genera, ἄσημον, & ἐπίσημον, quae licet proprie, *rude*, *signatumque* sonent, tamen latius pro *infecto*, *factoque* sumi videntur; cum & *rude* in *infecto*, & *signatum* in *facto* censeri possit.

Falli autem eos puto, qui *argentum factum*, ἔργα ἀργύρεια, vel εια, dici volunt; sunt enim potius *argenti fodinae*, ut supra ostendimus in nomine ἔργα. Cap. 3. Sect. 4. Reg. 12.

VIII. Χώρα in dandi casu sumitur pro τῷ μέρῃ, de quo supra, [8] id est, *loco*, *vice*, ac fere cum particula ἐν, ut, ἐν χώρᾳ τȣ̃ ἐνεδρεύονλος ἁλῶναι, *insidiatoris loco captum esse*: quod etiam dicitur per accus. cum verbo ἔχω, ut τὰ ἐν παρέργῳ αὐλοσχεδιασθένλα, τῶν ȣ̓κ ὄνλων ἔχȣσι χώραν, id est, *quae tumultuarie facta sunt*, *perinde ac si nulla sint*, *haberi solent*. Χώρα.

IX. Secundo, ἐν χώρᾳ κεῖσθαι, est, *suo loco & ordine*, *sine ulla perturbatione consistere*: cui opponitur, ὅπῃ ἔτυχε, *passim*, *ac temere*, *promiscue*.

X. Tertio, καλὰ χώραν ἔχειν, vel μένειν, vel ἀτρεμεῖν, *suo loco manere constanter*, *& immotum*; quod etiam Isocrat. & alii dixerunt, ἀτρεμεῖν. Transfertur ea quoque significatio ad dignitatis gradum, unde ἐᾶν τινα καλὰ χώραν, id est, *loco aliquem non movere*, *vel dignitatem ei suam defendere*: verbatim *sinere aliquem secundum locum* [9]. Καλὰ χώραν, *suo loco*.

XI.

8 Sect. 7, regula 3.

9 Eodem modo Latini suo *Locus* utuntur. Exempla ubique obvia. Nep. in V. Eumenis, cap.



Digitized by Google

Ὥρα, tempus est.

XI. Ὥρα per sese, ac sine verbo substantivo, significat *tempus est*, *decet*, *juvat*: ut, ὥρα δὴ νῦν καὶ πρὸς ἕτερον τραπέσθαι λόγον, *alteram nunc disputationem instituere juvat.* Quo sensu reddi quoque potest per Idioma Gallicum, *je peux bien*, *tu peux bien*, v. g. *tu t' en peux bien aller maintenant*: ὥρα σε νῦν ἀπιέναι, vel καιρός. Ἐν ὥρᾳ & καθ' ὥραν, *en sa saison*, Latine, *suo tempore*: ut παρ' ὥραν, *hors de saison*: sic ἐν ὥρᾳ γενέσθαι dicuntur *puellae nubiles* [10].

XII. Ὧραι, denique in plurali, *tempestatem*, vel *anni tempus* significant: ut, *ad amicum suae quemque tempestatis fructum mittere*, πέμπειν πρὸς τὸν φίλον ὅσα φέρουσιν ὧραι, *quae ferunt tempora.*

cap. 1. *Hunc locum tenuit amicitiae apud Philippum annos septem.* Ubi *locum* pro *dignitatis gradu*, ut ipse explicat in sequentibus. *Illo interfecto, eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim.* Confer Curt. lib. IX, cap. 2. *In propiorem ejus, qui tum regnasset, amicitiae locum admotum*

10 Luculento hoc exemplo confirmat Plat. in Critia pag. 113. lin. 32. Ἤδη δ' εἰς ἈΝΔΡΟΣ ὩΡΑΝ ἡκούσης τῆς κόρης. *Jam ad nubilem aetatem provecta puella.*

# CAPUT QUARTUM.

## *De Pronomine.*

## REGULA I.

Pronomen periodum claudens.

PRONOMINA ἐγώ, *ego*, ἡμέτερος *noster*, ὑμέτερος, *vester*, οὗτος, *hic*, prae caeteris eleganter ac numerose periodos terminare solent: ut, πάντα πατρίδος ὑπὲρ ποιεῖν τε καὶ παθεῖν ἐξ ἀρχῆς εἱλόμην ἐγώ: *omnia ab initio reipublicae causa facere, ferreque constitui* [11]. Sic, μηδὲν ἂν ἀποδυσαίμην, τῆς πρὸς ἐμὲ διαθέσεως ἕνεκα τῆς ὑμετέρας, *nihil unquam recusarim ob vestram erga me benevolentiam.* Demosth. pro Coron. Οἴομαι δὲ, ὑμᾶς ἂν ὁμολογῆσαι, κοινὸν εἶναι τουτονὶ τὸν ἀγῶνα ἐμοί τε

11 Imo, ut periodum claudat Pronomen ἐγώ, inter hoc & verbum interponitur vocabulum, quo fit, ut sensus paulo videatur intricatior. Ita in Cebetis Tab. Πῶς, ἔφην, τοῦτο, ἐγώ. *Quomodo, inquam, hoc, ego?* Pro, *Quomodo hoc, inquam ego?*

12 Pro-

Digitized by Google

τι καὶ Κτησιφῶντι, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἄξιον σπουδῆς ἐμοί. *Vos autem confessuros existimo, caussam hanc esse mihi cum Ctesiphonte communem, nihiloque minore mihi studio defendendam.* Ibid. Ἵνα μηδεὶς ὑμῶν, τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἠγμένος, ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μου. *Ut nemo vestrum alienis abductus verbis, me accusationi huic defensionis meae jura opponentem, alieniore animo audiat.* Ibidem, Οὐχ ὑπῆρχον οἱ ταῦτα ἐροῦντες οὗτοι; *N' estoit ce pas eux, qui tenoient ces discours?* Sic οὑτοσὶ apud Demosthenem saepius, cum praesertim insectandi causa adhibetur, ut, ὁ μισθωτὸς καὶ προδότης οὑτοσί, id est, *mercenarius iste, ac proditor* [11].

II. Dativi μοὶ, & σοὶ, quemadmodum apud Hebraeos, Latinos, & Gallos, saepe παρέλκουσιν, [12] ut, σφοδρῶς ἅπτου μοι τοῦ πράγματος, *rem mihi alacriter suscipe.* Sic, τοὔργον σοι κἂν δυσχερές τι δοκῇ, δι' ὀλίγων ἔγωγε ἀποτελέσω τῶν ἡμερῶν, id est, *opus hoc tibi, difficile licet videatur, paucis ego diebus absolvam.* Μοὶ, & σοὶ, abundant.

III. Possessivum pronomen σὸς, σὴ, σὸν, novo more significat potius, *aliquid alterius erga te, quam tui erga alterum.* Sic Plato in Gorgia, [14] Καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς, εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ. id est, *At vide ne tu mihi succenseas, id enim dicam pro mea erga te benevolentia:* cave enim vertas, *pro tua erga me.* sic apud Homer. Ὀδυσσ. λ. Anticlea Ulyssi filio, Σὸς, id est, meus.

> Ἀλλά με σός τε πόθος, inquit, σά τε μήδεα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ.

ubi σὸς πόθος significat *desiderium*, non *tuum*, sed *tui meum.* Hoc imitatus est Cicero Philipp. 10. *Pro tua*, in-

12 Pronomen secundae personae σὺ ultimum locum obtinet in Euang. Joh. c. 4: 19. Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ. *Domine, video, te esse Prophetam.* Confer cap. VIII: 48.

13 Ita tamen, ut ego quidem arbitror, haec pronomina παρέλκουσιν, ut latentem secum adferant significationem quandam. Notant enim vel aliquid, nescio quomodo, imperiose prolatum, vel tenerum adfectum. Sed, quoniam hic loquendi modus Graecorum non tantum est proprius, sed & Hebraei, Latini, Galli & Belgae eundem in suis linguis admittunt, inter Graecae linguae idiotismos horum pronominum constructioni locum non darem. Pro dativo autem invenias aliquando accusativum σε Poëtice. Sic apud Homerum non semel.

> - - - Ποῖόν ΣΕ ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

*Quale tibi verbum excessit septum dentium?*

14 p. 486. l. 5.

15 Imo

inquit, *amicitia jure doleo*, id est, *pro ea quae mihi tecum est amicitia*. Graece dici posset, εἰκότως ἔγωγε δυσχεραίνω, τῆς φιλίας εἵνεκα τῆς σῆς.

Possessivum cum alieno nomine.

IV. Solet etiam possessivum, maxime Poëtice, conjungi cum eo substantivo, cui minus quam alteri convenire videtur. Sic Euripides in Phoenissis, τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον, verbatim, *meum partus dolorem*, id est, *partus mei dolores*: ubi ἐμὸν jungitur cum πόνον, licet melius ἐμῶν in genit. plurali cum ὠδίνων conveniret.

Possessivum cum genitivo.

V. Idem possessivum jungitur cum Genitivo personae, ad quam ipsum pertinet: ut, ὅλως δὴ τἀμὰ οὗτοι διαρπάσουσι, τοῦ κακοδαίμονος, *res ergo meas hominis infelicissimi penitus isti diripient*: ubi τἀμὰ cum genitivo κακοδαίμονος jungitur [15]. Hoc sensu frequens est Genitivus pronominis αὐτὸς, ut apud Latinos pronominis *ipse*.

Αὐτὸς, de alio, & de se.

VI. Αὐτὸς spiritu leni, promiscue significat, vel *aliquem alium*, vel *se ipsum*: ut, *cum impetum in se populi animadverteret*, ὁρῶν τὴν τοῦ δήμου ὁρμὴν, ἐπ' αὐτὸν φερομένην, pro ἐφ' ἑαυτόν. Euseb. lib. 6. Praeparat. Euang. Ἵνα ἐν οἷς ἂν τῆς τοῦ μέλλοντος προῤῥήσεως ἀποπίπτοι, καταφυγὴν αὐτῷ τῆς ἀλογίας τὴν εἱμαρμένην πορίζοιτο. i. e. *Ut si res aliter, quam praedictum ab eo foret, eveniret, ad fatum continuo perfugium sibi ac receptum pararet*. ubi αὐτῷ, pro αὐτῷ, vel ἑαυτῷ. Vicissim οὗ, οἱ, ἱ & ἑαυτοῦ, pro aliis non reciprocis passim usurpantur, licet aliquando cautius: ut apud Latinos, maximeque Tullium, *sui*, *se*, & similia, pro *illius*, *illum* & similibus. Hac enim in distinctione superstitiosus nimium fuit apud Latinos Valla, Gaza apud Graecos. Demosthen. adversus Androtionem, Εἶθ' ὡς ὁτιοῦν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν. *Deinde, quasi liceret ei quidvis agere*: ubi ἑαυτῷ manifeste pro αὐτῷ. Alibi passim.

Ἑαυτοῦ de 1. 2. & 3. persona.

VII. Imo, quod mirabilius videri possit ἑαυτοῦ, & reliqui casus ejusdem pronominis, qui proprie *seipsum* sonant, ad primam quoque secundamque personam referuntur. Xenophon hist. 2. Οὕτω παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους; *Sic amicos tuos instituis?* ubi ἑαυτῆς, pro σοὺς vel σοῦ usurpatur. Isocrates in Busiride, Μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἑαυτοῦ. *Nihil ostendens rerum mearum*: ubi frustra nonnulli reponunt ἐμαυτοῦ [16].

VIII.

15 Imo Genitivum singularem refert Ovidius ad Pronomen significans Pluralitatem; ep. 5. Heroid.

*Et flesti, & NOSTROS vidisti FLENTIS ocellos.*

Pro *flentium*, vel, *meos flentis*.

16 Huc refer illud Lucae Euang. cap.

Digitized by Google

VIII. Pronomen αὐτὸς, cum nomine ἕκαστος, idem penitus est, quod ἕκαστος per se solum. Demosth. περὶ συμμορ. Ὅσα τὸ πρῶτον, inquit, αὐτὸς ἕκαστος ἑαυτῷ προσήκειν ἡγήσαιτο. *Quae sibi quisque primum expedire judicabat:* dicitur etiam una voce αὐτοέκαστος [17]. Αὐτὸς ἕκαστος.

IX. Αὐτὸς cum praepositivo articulo praecedente in omni casu & genere significat *idem:* nec vocem unicam Graeci habent, qua Latinam exprimant. Ergo, ὁ αὐτὸς, *idem*, ἡ αὐτὴ, *eadem*, τὸ αὐτὸ, *idem*. Quae saepe conjunguntur cum dativo, ut ταυτό σοι πάσχω, *idem quod* Ὁ αὐτὸς, idem.

cap. XIII, com. 34. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους ΠΡΟΣ ΑΥΤΗΝ. *Jerusalem, Jerusalem, quae prophetas obtruncas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt.* Hoc Idioma cum Latinis sit inusitatum, simile invenias tamen apud Ovid. Heroid. Ep. 5. vs. 46.

*Miscuimus lacrymas moestus uterque suas.* Pro, *nostras.*

Huc pertinet merus Graecorum idiotismus, quo quis dicitur aliquid facere αὐτὸς καθ' αὐτὸν vel αὐτὸς πρὸς αὐτὸν. nulla personarum ratione habita. Nam ut Plut. in V. Cic. p. 880. Αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἔπλευσε. *Solus navigavit*, in tertia persona: ita Sophocl. Electr. vs. 281. in prima persona dicit:

Ἐγὼ δ' ὁρῶσ' ἡ δύσμορος κατὰ στέγας
Κλαίω, τέτηκα, κἀπικωκύω πατρὸς
Τὴν δυστάλαιναν δαῖτ' ἐπωνομασμένην
ΑΥΤΗ ΠΡΟΣ ΑΥΤΗΝ.

Pro πρὸς ἐμαυτήν:

*Ego vero misera videns talia domi*
*Fleo, tabesco, ac deploro patris*
*Convivium illud, quod infelix dicitur,*
*Sola mecum.*

17 Vide supra Cap. III. Sect. II, reg. 14. [A]tticismum putat H. Stephanus in dedicatione, quam libro de Dialect. Att. praefixit. At αὐθέκαστος, qui est, ὁ αὐτὸς ἀεὶ vel ἐν ἑκάστῳ, in malam partem accipitur, pro eo, qui est rigida natura, & neque bonis delectatur, neque malis contristatur alienis, &, nulla personarum, temporum, dignitatis aut casuum ratione habita, in omnibus eundem servat animum. Ita differentiam ostendit Dionys. Halic. ad Cn. Pomp. inter Herodotum & Thucydidem, illum vocans ἐπιεικῆ, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συνηδόμενον, τοῖς δὲ κακοῖς συναλγοῦντα: id est, *Lenem & alienis bonis gaudentem & malis contristatum.* Hunc vero κατ' ἀντίθεσιν facit αὐθέκαστόν τινα καὶ πικρόν, *rigidum & acerbum.* Adeoque αὐθέκαστος Latinis erit *durus, rigidus, acerbus, crudis moribus & austeris.*

18 Da-

*quod tu*, *patior*, id eſt, *eodem modo affectus ſum*, *quo tu* [18].

Αὐτῷ & αὐτοῖς ſine σύν.

X. Dativus uterque ejuſdem pronominis eleganter ponitur ſubintellecta praepoſitione συν, ut, *μέγα τι τῶν πολεμίων πλῆθος αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν*, *magnam partem hoſtium cum ipſis armis cepit:* ſic, *αὐτοῖς ἀνδράσι*, *cum ipſis viris* : *αὐτῷ τῷ ἵππῳ κατεποντίσθη*, *cum ipſo equo demerſus eſt* [19].

Αὐτὸς, ſubſtantivum involvens.

XI. Interdum ſubſtantivum aliquod intelligitur, quod eidem

18 Dativus ille nonnunquam per ellipſin reticetur, & neceſſario ſubaudiendus eſt. Ita Plutarch. in Conj. Praec. p. 144. Πᾶσα γυνὴ, τοῦ λύχνου ἀρθέντος, Ἡ ΑΥΤΗ' ἐστιν. Ubi intellige ταῖς τυχούσαις. *Omnis mulier*, *ſublato lumine*, *cuilibet alii ſimilis eſt*. Defectum iſtum paulo poſt ſupplet, cum ait: Τὴν δὲ γαμετὴν δεῖ μάλιστα, τοῦ φωτὸς ἀρθέντος, εἶναι μὴ ΤΗ'Ν ΑΥ'ΤΗ'Ν ΤΑΙ͂Σ ΤΥΧΟΥ'ΣΑΙΣ ΓΥΝΑΙ͂ΞΙΝ. *Matronam vero decet tunc maxime*, *cum lumen ſublatum eſt*, *non eandem eſſe alii cuivis*. Ubi etiam obiter obſerva aor. β'. partic. verbi τυγχάνω eundem uſum habere apud Graecos, quem pronomen *quilibet* apud Latinos. Vide ſis infra, cap. VI. Sect. 4, reg. 7. Hinc κατὰ ταυτὰ *Eodem modo* etiam cum Dativo conſtruitur adverbialiter. Pauſ. in Achaicis pag. 410. prop. fin. Καλοῦνται οὐ πατρόθεν οἱ Ῥωμαῖοι ΚΑΤΑ' ΤΑΥΤΑ' ἝΛΛΗΣΙΝ. *Non a patribus accepto nomine appellantur Romani ritu Graecorum:* vel, *eodem modo*, *quo Graeci*. Senſus eſt: *Romani non ea duntaxat denominatione*, *quae ab adjecto patris nomine ducitur*, *ſunt contenti*, *quemadmodum Graeci*. Sic apud Lucianum in Alexandro, pag. 530. ubi ſermo eſt de draconibus manſuetis adeo, ὥστε καὶ γάλα πίνειν ἀπὸ θηλῆς ΚΑΤΑ' ΤΑΥΤΑ' ΤΟΙ͂Σ ΒΡΕ'ΦΕΣΙΝ. *Ut etiam lac ſugant e mamma more infantium*. Pro eodem & abſolute dici poteſt τὸ αὐτό. Plutarch. Apophth. de Oronte. Καθάπερ οἱ τῶν ἀριθμητικῶν δάκτυλοι, νῦν μὲν μυριάδας, νῦν δὲ μονάδα τιθέναι δύνανται, ΤΟ' ΑΥ'ΤΟ', καὶ τοὺς τῶν βασιλέων φίλους νῦν μὲν τὸ πᾶν δύνασθαι, νῦν δὲ τοὐλάχιστον. i. e. *Quemadmodum Arithmeticorum digiti nunc decem millia*, *nunc unitatem repraeſentare poſſunt*, *ita* (*ait*) *etiam regis amicos*, *nunc omnia poſſe*, *nunc minimum*.

19 Haec pertinent ad doctrinam de praepoſitione σὺν, quae non tantum cum pronomine αὐτὸς, ſed etiam cum aliis nominibus ἐλλείπεται. Vide infra ad Cap. IX, Sect. 5, reg. 13. Ellipſin ſupplet Homerus Il. ι. vſ. 194.

- - - Ταφὼν δ' ἀνόρουσεν Ἀχιλλεὺς
ΑΥΤΗ͂Ι ΣΥ'Ν ΦΟ'ΡΜΙΓΓΙ. - - -

- - - *Attonituſque exſurgit Achilles*
*Una cum cithara*. - - -

20 Apud

eidem pronomini respondeat. Cujusmodi autem illud esse debeat, ex adjuncto verbo conjiciendum est. Sic apud Synesium, ἀπὸ τῆς αὐτῆς σιτεῖσθαι, *ejusdem mensae cibis uti:* subauditur enim τραπέζης.

XII. Idem pronomen in compositione vocem unicam efficiens, usum elegantem habet, cujus aliquot haec exempla sunto: αὐτεπάγγελτος, id est, *qui sponte, nec vocatus, operam commodat suam:* qui etiam αὐθαίρετος, & αὐτοκέλευστος [20] dicitur: at, αὐτοκέλευθος, *qui se ipsum in viam dat.* Aliquando αὐτεπάγγελτος, cum participio ἐθέλων (*volens*) conjungitur. Demosth. pro Coron. Ὥστε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας αὐτεπαγγέλτους ἐθελοντὰς παραχωρῆσαι Φιλίππῳ: id est, *Ut Philippo sponte Graecorum libertatem proderent.* Αὔτανδρος, idem quod αὐτοῖς ἀνδράσι, ut, ἡ ναῦς αὔτανδρος κατεποντίσθη, *navis cum ipsis hominibus submersa est:* [21] quod etiam dicitur αὐτανδρὶ adverbialiter. Sic αὐτόφορτος, *cum ipsis etiam oneribus*, ut, ἵππος αὐτόφορτος κατεκρημνίσθη, *equus cum clitellis & oneribus praeceps actus est.* Αὐτεξούσιος, *qui sui juris est*, [22] unde τὸ αὐτεξούσιον, *liberum* est *arbitrium*, quo quis sui dominus est. Αὐτήκοος *testis auritus*, αὐτόπτης, *testis oculatus:* [23] unde αὐτοψία, & adverbium αὐτοψεί. Αὐτόμολος *transfuga*; vel *qui sponte adveniat.* Αὐτονόμος, αὐτοτελής, & αὐτόδικος dicitur, *qui ne depend, ny releve de personne.* Αὐθόδιος, *qui omnino recens ab itinere aliquid agit*, ut, αὐθόδιος τοῖς πολεμίοις ἐπέβαλε, *statim ab itinere impetum in*

**Αὐτὸς in compositione.**

20 Apud Aristid. pro Quatuorviris, pag. 465.

21 Exemplum habet Plutarchus παραλλ. Ἑλλ. καὶ Ῥωμ. pag. 306. Χάσμα μεθ' ὕδατος γενόμενον πολλὰς οἰκίας ΑΥΤΑΝΔΡΟΥΣ εἰς τὸν βυθὸν εἵλκυσεν. *Terrae hiatus cum illuvie ortus multas domos una cum hominibus in profundum traxit.* Eodem modo hoc Pronomen etiam cum aliis Nominibus componi potest, ut δένδρα αὐτόκλαδα. *Arbores una cum ramis.* Lucian. Ver. Hist. lib. 1. ubi vergit ad finem. Ἐκωπηλάτουν κυπαρίσσοις ΑΥΤΟΚΛΑΔΟΙΣ καὶ ΑΥΤΟΚΟΜΟΙΣ. *Remigabant Cypressis, ita ut erant ramosae & frondosae.*

22 Non differt ab hoc αὐτοκέφαλος, nisi quod hoc vocabulum sit Ecclesiasticum: & αὐτοκέφαλος dicebatur *Archiepiscopus*, qui praeerat Ecclesiae, quae nullam aliam superiorem agnoscebat, unde dependeret, sed sui plane juris erat. vid. Meurs. Gloss. Graeco barb.

23 Vide Plut. libro cit. pag. 310. Ὁ δὲ Κυάνιππος ἀνέλπιστον πρᾶγμα ΑΥΤΟΠΤΗΣ γενόμενος ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν. *Cyanippus vero rem insperatam suis oculis adspiciens se ipsum interemit.*

24 Ex

*in hostes fecit.* Αὐτόκλητος proprie de *parasito* dicitur, *qui non vocatus in alienam se mensam intrudit.* Αὐτοδίδακτος, *qui per se, ac nullius opera doctrinam consecutus est.* Αὐτοφόνος, αὐτοθάνατος, αὐτοκτόνος, & αὐτόχειρ, [24] *qui seipsum occidit:* αὐτόχειρ tamen, & αὐτοθάνατος, *qui alium etiam sua manu interfecit* [25]. Αὐτοπρόσωπος, *qui per se & coram aliquid agit, nemine prorsus interposito.* Adjungenda sunt etiam adverbia tria, αὐτόχρημα, id est, *reipsa, plane omnino* [26]; αὐτοβοεὶ, *primo impetu, du premier assaut:* quasi *clamore ipso,* ut, αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν εἷλεν, *urbem primo impetu cepit* [27]: αὐτόθεν, id est, *per se,* vel *e re nata,* ut, αὐτόθεν ἄρχ τὸ πρᾶγμα φθέγγεται φωνὴν ἀφιέν,

24 Ex his αὐτόχειρ etiam generalius dicitur is, qui aliquid suis manibus, sive propria arte facit. Ita apud Aristoph. in Avib. vs. 1135. roganti cuidam, quis talem urbem condidisset, respondetur:

Ὄρνιθες, οὐδεὶς ἄλλος, οὐκ Αἰγύπτιος
Πλινθοφόρος, οὐ λιθουργὸς, οὐ τέκτων παρῆν.
Ἀλλ' ΑΥΤΟΧΕΙΡΕΣ. - - -

*Aves, nemo alius, non AEgyptius laterum bajulus, non lapicida, non faber aderat, sed ipsae propria arte.*

25 Exemplum exhibet Sophocles, Electr. vs. 958

Ὅπως τὸν ΑΥΤΟΧΕΙΡΑ πατρῴου φόνου
Ξὺν τῇδ' ἀδελφῇ μὴ κατοκνήσῃς κτανεῖν.

*Ut auctorem paternae necis una cum sorore non dubites occidere.* Ubi etiam Genitivum post se habet. Et vers. 1022.

Ἀλλ' ΑΥΤΟΧΕΙΡΙ μοι μόνῃ τε δραστέον.

*Sed propriis manibus solique mihi faciendum* scilicet *AEgisthus interficiendus.* Potest etiam per adverbium efferri, ut in illo Callimachi Epigr. 21.

- - - Βασιλὼ κάτθανε παρθενικὴ
ΑΥΤΟΧΕΡΙ. - - -

*Basilo virgo sibi ipsi mortem conscivit.* De eo, qui alium manu sua interimit Eutropii Metaphrastes lib. IX, cap. 20. Τὸν Ἄπρον ΑΥΤΟΧΕΙΡΙ διεχρήσατο. *Aprum propria manu occidit.* Hinc substantivum αὐτοχειρία, *Caedes, quam quis propriis manibus conficit,* occurrit apud Demosth. in Neaeram, p. 518. Ἔκτεινεν Ἀπολλόδωρος τὴν γυναῖκα ΑΥΤΟΧΕΙΡΙΑι. *Interemit Apollodorus mulierem propriis manibus.*

26 Aristides pro Quatuorviris, pag. 360. ΑΥΤΟΧΡΗΜΑ διάκονος. *Revera minister.*

27 Thucyd. lib. II, cap. 81. Ἐνόμισαν καὶ ΑΥΤΟΒΟΕΙ ἂν τὴν πόλιν ἑλεῖν, *Existimarunt, se urbem vel ipso clamore, seu, primo impetu capturos.* Scholiastes explicat, βοῇ μόνῃ χρησάμενοι. Moeris de vocib. Atticis: Αὐτοβοεὶ· Ἀττικῶς. Παραχρῆμα· Ἑλληνικῶς.

28 Cap.

Digitized by Google

ἑαυτ, *res per sese loquitur.* De quo in Adverbio pluribus [28].

XIII.

Denique componitur cum nominibus propriis, & Latine redditur *alter.* V. G. si quem Latini ob poësin laudant, inquiunt: *Alter Homerus, Alter Virgilius.* Gr. Αὐθόμηρος, αὐτοβιργίλιος, Lucian. Timon. Philosophi describens habitum, promissam barbam, austerum vultum, magnum eum quid secum murmurantem vocat Αὐτοβορέαν, *Ipsum Boream*, vel *Alterum Boream.*

Notanda nova loquendi forma, qua utitur B. Joannes cap. XV, comm. 5. pronomen αὐτὸς adhibens pro relativo ὅς. Ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ΑΥΤΩ῀Ι, οὗτος φέρει καρπὸν πολύν. pro καὶ ἐν ᾧ ἐγὼ μένω. *Qui manet in me, & in quo ego maneo, hic fert multum fructum.*

Nunc de hujus pronominis abundantia & defectu pauca dicenda. Abundat, & praecipue in dandi casu, vel quando absque ulla necessitate repetitur, ut in Euang. Matth. c. VIII, 23. Καὶ ἐμβάντι ΑΥΤΩ῀Ι, εἰς τὸ πλοῖον ἠκολούθησαν ΑΥΤΩ῀Ι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. *Ingressumque illum in navim secuti sunt sui discipuli.* Sic vers. 28. & Luc. XIX, 26. Vel post aliud nomen vel pronomen, vid. Matth. VIII, 5. IX, 27. V, 40. Joan. XV, 2. & XVIII, 11. Eodem modo abundat reciprocum, ut notat Sylburgius ad Paus. in Phoc. pag. 660. Τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τῷ παιδὶ Ὅμηρος μὲν Νεοπτόλεμον ὄνο-

28 Cap. VI, Sect. 5. R. 1. 2, 3. Sunt & alia multa, cum quibus hoc pronomen compositum non inelegantem sensum efficit, quae hic recensere longum est. Unum tamen alterumve animi caussa addam. Αὐθημερὸν, *Eodem die.* Exempla crebra. AEschin. in Timarch. pag. 173. Παραδοθεὶς δὲ τοῖς ἕνδεκα τεθνάτω αὐθημερόν. *Traditus autem undecimviris moriatur eodem die.* Pro eodem dicunt Poëtae Αὐτῆμαρ.

Αὐτερέτης non tam dicitur *remex ipse*, quam is, *qui remigis partes agit.* Sic de militibus armatis, Pachete duce, Mitylenen navigantibus, ait Thucyd. lib. III. cap. 18. Οἱ δὲ ΑΥΤΕΡΕΤΑΙ πλεύσαντες τῶν νεῶν, &c. *Illi autem remigum in navibus vice fungentes.*

Apud Philosophos artificialiter compositum notat ideam ejus rei, cum qua componitur. Sic V. C. Platoni differunt ἄνθρωπος & αὐτοάνθρωπος. *Homo & ipse homo*, sive, *Homo ex materia & forma constans*, &, *Hominis idea.* Repugnat Aristoteles lib. 1. Eth. cap. 6. Ἐν τε ΑΥΤΟΑΝΘΡΩ΄ΠΩι καὶ ἈΝΘΡΩ΄ΠΩι εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου. *In ipso homine & homine eadem est ratio & definitio hominis. quatenus homo, nihil different.* Simili modo secum componitur, sive geminatur Pronomen αὐτοταυτὸ, *Ipsum illud ipsum*, apud Plat. in Alcib. 1.

Ὅτι post τοῦτο.

XIII. Creberrimum est, maxime apud Demosthenem, ut ὅτι, post τοῦτο consequatur; quae dictio Latinis barbara videretur, v. c. *nostis quippe, nostis, me vivo, frustra illum furere*, ἴστε γὰρ δήπου, ἴστε τοῦθ᾽ ὅτι μάτην, ἐμοῦ γε ζῶντος, μαίνεται οὑτοσί, verbatim, *nostis hoc, quod frustra*; quae locutio a Latinis auribus repudiaretur. Demosthen. Olynth. 1 Οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦθ᾽ ὅτι πολλάκις ὑμεῖς, οὐ τοὺς αἰτίους, ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας, ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε. *Equidem non sum nescius, Athenienses, vos saepenumero, non malorum auctoribus, sed iis, qui de rebus postremi dixerint, succensere solitos.* Interdum vero inter τοῦτο & ὅτι, aliquid interponitur. Idem Philipp 1. Ἀλλ᾽ οἶδε τοῦτο καλῶς ἐκεῖνος, ὅτι ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία, ἆθλα τοῦ πολέμου, κείμενα ἐν μέσῳ· *At ille nimirum probe norat, loca haec omnia, tanquam belli praemia, in medio posita esse* ⁊.

XIV.

ὄνομα ἐν ἁπάσῃ ΟΙ᾽ τίθεται τῇ ποιήσει. *Achillis vero filium per omne suum opus Neoptolemum nominat.* Sic plur. σφισι apud eundem in Corinth. pag. 90. Ὧν ὀνόματα μὲν ΣΦΙΣΙ Μέρμερος καὶ Φέρης. *Quorum quidem nomina Mermerus & Pheres.* Act. Apost. VII, 2. Nec hoc Latinis negatum; ita enim Cic. pro Lege Manil cap. 14. *Signa & tabulas, caeteraque ornamenta Graecorum oppidorum, quae caeteri tollenda esse arbitrantur, EA sibi ille ne visenda quidem existimavit*

Pronomen αὐτὸς desideratur tunc, cum nomen praecedens refertur ad duo verba, diversos casus exigentia. Isocr. Panegyr. pag. 98. Ὁρῶσα δὲ . . . τῶν λόγων τῶν καλῶς ἐχόντων οὐ μετὸν τοῖς φαύλοις, ἀλλὰ (subaudi αὐτοὺς, & refer ad superius λόγων.) ψυχῆς εὖ φρονούσης ἔργον ὄντας *Videns autem, orationum pulcrarum & artificiosarum stupidos non esse participes, sed eas prudentis animi opus esse.* In cujusmodi occasione pronomen Latini addunt, Graeci respuunt.

29 Interdum ὅτι praecedit. Sic Aristoph. in Avib. vs. 1176.

- - - Οὐκ ἴσμεν, ὍΤΙ δ᾽
εἶχε πτερὰ,
ΤΟΥ͂Τ᾽ ἴσμεν. - - -
*Nescimus, quod autem haberet alas,*
*Hoc scimus. - - -*

Aliquando ὅτι membrum claudit, ut ibidem vs. 1408.

Ἀλλ᾽ οὐν ἔγωγ᾽ οὐ παύσομαι,
ΤΟΥ͂Τ᾽ ἼΣΘ᾽ ὍΤΙ.
*Sed ego non cessabo, hoc scias velim.*

Quae verba sic ordinare potes. Ἀλλ᾽ οὖν τοῦτ᾽ ἴσθ᾽, ὅτι ἔγωγ᾽ οὐ παύσομαι. Est & alia loquendi forma, qua Articulus neutri generis τὸ praefigitur, & cum sequente Pronomine τοῦτο, mutato verborum ordine, plane evanescunt. Ita pro eo, quod

XIV. Insignius etiam est, quod sequitur, τοῦτο eleganter aliquando παρέλκειν, id est, *abundare*; unde obscuritatis aliquid suboriri videatur. Demosth. pro Coron. Καί τοι καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας τούτῳ διαφέρειν ἡγοῦμαι: *Enimvero etiam hoc, Athenienses, equidem convicium hoc ab accusatione differre arbitror.* ubi sane τοῦτο solius ornamenti caussa positum est. Nisi dicamus, ἐπιδεικτικὸν esse, pro eo ac vulgo diceretur, *Il y a encor cecy, que je crois, &c.* sed prior sensus facilior est [30].

Τοῦτο, παρέλκει, id est, abundat.

XV.

quod habet Auctor in priori exemplo, Ἴσε γὰρ δήπου &c. Graece quoque dicitur: Τὸ γὰρ δήπου, ὍΤΙ vel ὩΣ μάτην, ἔμοιγε ζῶντος, μαίνεται οὗτοι, ΤΟΥ͂ΤΌ ἴσε. Exemplum habet AEschin. Socrat. Dial. de Virtute. Τὸ δὲ, ὩΣ Κλεόφαντος, ὁ Θεμιστοκλέους υἱὸς, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ σοφὸς ἐγένετο, ὥσπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἦν σοφὸς, ΤΟΥ͂ΤΟ ἤδη ἤκουσας. Ad verbum ita; *Id, quod Cleophantus Themistoclis filius, evaserit vir bonus & peritus rerum earum, quarum pater ipsius, hoccine jam audivisti?* Aufer prius illud τὸ & posterius τοῦτο, & plana erunt omnia, ita ordinata: Ἤδη ἤκουσας, ὡς Κλεόφαντος ἐγένετο ἀνὴρ ἀγαθός. *Audistin' jam Cleophantum virum bonum evasisse?* Mihi videtur Demosthenes illud τοῦτο, ut novae adtentionis indicem adhibuisse, q. d. Καὶ τοῦτο σημεῖόν ἐστι. Locus extat pag. mih. 330. prop. fin. Neque plane est dissimile illud, quod apud Latinos pronomen *id* absolute ponitur, sequente relativo *quod*. Ita Corn. Nepos in vita Alcibiadis. cap. 6. *Illum unum omnes prosequebantur, & ID, QUOD nunquam ante usu venerat, nisi Olympiae victoribus, coronis aureis aeneisque vulgo donabatur.* Eodem modo Virg. Eclog. 3. vs. 35.

*Verum, ID, QUOD multo tute ipse fatebere majus,*
*Insanire libet quoniam tibi, pocula ponam*
*Fagina. - - -*

Addantur verba Ciceronis in Orat. 2. in Catil. cap. 8. *Quod si maturius facere voluissent, neque, ID, QUOD stultissimum est, certare cum usuris.* Habetque hoc imprimis tunc locum, cum praemissis levioribus ad graviora transitur.

30 Aliquando tamen Pronomen οὗτος in omni Genere, numero & casu abundat, & praecedens verbum repetitur; si abundare recte ex vulgari consuetudine dicimus, quando additur ad explicandam alioquin intricatiorem sententiam, quod praecipue fit, interjecta alia periodo, quae commode Parenthesi includitur. Sic Herodot. Erat. cap. 52. Ἀριστοδήμῳ ΤΕΚΕΙ͂Ν ΤΗ͂Ν ΓΥΝΑΙ͂ΚΑ, τῇ οὔνομα εἶναι Ἀργείην, θυγατέρα δὲ αὐτὴν λέγουσι

γυτι εἶναι Αὐτεσίωνος, τῦ Τισαμενῦ, τῦ Θερσάνδρυ, τῦ Πολυνίκεος. ΤΑΥ'ΤΗΝ δὲ ΤΕΚΕΙ͂Ν δίδυμα *Aristodemo uxorem, quae nominabatur Argiva (banc ajunt fuisse filiam Autesionis, qui fuit Tisameni, qui fuit Thersandri, qui Polynicis filius) peperisse geminos.* Pergenti in lectione ibidem alterum paulo post exemplum occurrit. Simile illud Terentianum Heaut,

- - - *Sed gnatum unicum,*
*Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,*
*Quod illa aetas magis ad haec utenda idonea est,*
*EUM ego hinc ejeci miserum injustitia mea.*

At παρέλκει aliquando Pronomen, ubi, ipso absente, minime tamen intricatus, sed simplicissimus fuisset verborum sensus: ita tamen, ut non raro emphasin habeat. Ita ἐμφατικῶς Herod. lib. c. cap. 58. Φάμενοι τὸν ὕστατον αἰεὶ ἀποψυχόμενον τῶν βασιλέων, ΤΟΥ͂ΤΟΝ δὴ γίνεσθαι ἄριστον. *Dicentes, eum semper, qui ex regibus ultimus decesserat, fuisse optimum.* Sine emphasi Lucian. Macrob. p. 828. Κλεάνθης δὲ, Ζήνωνος μαθητὴς καὶ διάδοχος, ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα ΟΥ͂ΤΟΣ γεγονὼς ἔτη &c. *Cleanthes vero, Zenonis discipulus & successor, novem & nonaginta annos natus* &c. Imitatur. Sallustius B. C. cap. 1. *Quasi injuriam facere, ID demum esset, imperio uti.* Aliquando non quidem pronomen ἀλλ', sed ipsum nomen repetitur. Fit hoc, ubi sensus longior, & propter incidentem parenthesin & casus enallagen intricatior est. Ita Pausanias in Laconicis. pag. 162. lin. 27. ΠΟΛΥ'ΔΩΡΟΝ εὐδοκιμῦντα ἐν Σπάρτῃ. . . . . . . (ὅτε γὰρ ἔργον βίαιον, ὅτε ὑβριστικὸν λόγον παρεσχετο εἰς ὐδένα & caetera.) ἔχοντα δὲ ἤδη Πολυδώρυ λαμπρὸν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὄνομα, Πολέμαρχος οἰκίας ἐν Λακεδαίμονι ἀνὴρ σὺκ ἀδόξυ, θρασύτερος δὲ, ὡς ἐδήλωσε, γνώμην, φονεύει τὸν Πολύδωρον. *Polydorum spectatae virtutis Lacedaemone virum (neque enim in quemquam violentus aut contumeliosus fuit) insigne per cunctam Graeciam nomen adeptum, Polemarchus, non obscuro Lacedaemone genere natus, sed ingenio, ut ipse se aperuit, audaciore, occidit.* ubi nomen Πολύδωρον, quod initio invenitur, in fine repetitur. Verba Pausaniae ita ἀναλόγως restitue: Πολύδωρον δὲ. ε. Σ. (ὐ. γ. ε. β. ὐ υ. λ. π. ε. ὐ.) ἔχοντα δὲ ἤδη λ. α. π. τ. Ε. ο. Πολέμαρχος οι. ε. Λ. α. ὐ. α. θ. δ. ω. ε. γ. φονεύει. simile exemplum quaere apud Arrianum de Exp. Alexandr. lib. II, cap. 10. Verba longiora, quam ut hic citentur. Nec unum tantum, sed & duo nomina repetit AElian. V. H. lib. VIII. cap. 9. ἈΡΧΕ'ΛΑΟΝ, τὸν Μακεδονίας τύραννον (ὕτω γὰρ καὶ Πλάτων αὐτὸν ὀνομάζει καὶ ὐ βασιλέα) τὰ παιδικὰ αὐτῦ ΚΡΑΤΕΥ'ΑΣ ἐρασθεὶς τῆς τυραννίδος, ὐδὲν ἧττον ἤπερ ἐκεῖνος τῶν παιδικῶν ἠράσθη, ἀπέκτεινε τὸν ἐραστὴν, ὁ ΚΡΑΤΕΥ'ΑΣ ἈΡΧΕ'ΛΑΟΝ. *Archelaum Macedoniae tyrannum* (ita

(*ita enim Plato eum vocat, non regem*) *Crateuas suus amasius, qui non minus imperii, quam ille amasii tenebatur desiderio, occidit.*

Est & ubi repetitum illud pronomen cum nomine praecedenti, ad quod refertur, casu non convenit. Pauf. in Laconicis. pag. 185. lin. 10. ΤΑ'Σ δὲ ἄλλας ἕνδεκα, ἃς καὶ αὐτὰς Διονυσιάδας ὀνομάζουσι, ΤΑΥ'ΤΑΙΣ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα. *Aliis vero undecim mulieribus, quas & ipsas Dionysiades vocant, certamen cursus proponunt.* Ubi ταύταις in dandi casu non convenit cum praecedenti τὰς ἄλλας. Nisi mavis, accusativum τὰς ἄλλας absolute esse positum, & vertendum, *quod ad caeteras adtinet.* de qua ἰδιολογίᾳ vide, quae supra de accusativo diximus; ad Cap III. Sect. 1. in fine. Quidquid id est, intelligendum potius, quam temere imitandum, tirones moneo. Pro pronomine hoc modo etiam articulo praepositivo utuntur Poëtae. vid. Hom. Il. ε. vs. 79.

Pronominis abundantiae non abs re fuerit subjungere ejusdem defectum, qui frequens nec inelegans est post praepositiones, quae sequentem habent particulam δὲ, & in versione adverbialiter redduntur. Sunt hae praepositiones frequentiores, μετὰ, πρὸς, ἐπὶ, ἐν, σύν. Sic μετὰ δὲ, sc. τοῦτο vel ταῦτα. Priorum trium exempla tantum non ubivis occurrunt. Ἐν δὲ, suppresso ablativo, ad superiora referendo, reddendum est fere, *in his*, eo sensu, quo V. C. dicitur: *Decem praetores creati sunt; in eis Miltiades.* Graece; Δέκα στρατηγοὺς εἵλοντο, 'ΕΝ ΔΕ' δὴ τὸν Μιλτιάδην. Nostro idiomate, *ondet andere.* sequitur tum fere particula δὴ vel καί. Ita Herodot. Terpf. cap. 95. Πολεμεόντων δέ σφεων, καὶ ἄλλα πολλὰ παντοῖα ἐγένετο τῇσι μάχῃσι. 'ΕΝ ΔΕ' ΔΗ' καὶ Ἀλκαῖος, ὁ ποιητὴς, συμβολῆς γενομένης, καὶ νικώντων Ἀθηναίων, αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει &c. *His inter se bellantibus, tum multa & varia in pugna acciderunt, tum Alcaeus poëta, commisso praelio, & Athenienfibus vincentibus, ipse quidem fuga sese eripit,* &c. q. d. Ἐν δὲ τούτοις καὶ τόδε ἐγένετο. Adi eundem in Erat. c. 86. Ὡς γὰρ δὴ ἀνὰ πᾶσαν μὲν ἄλλην Ἑλλάδα, 'ΕΝ ΔΕ' ΚΑΙ' περὶ Ἰωνίην τῆς σῆς δικαιοσύνης ἦν λόγος πολλός. *Nam & per universam caeteram Graeciam, & IN HAC per Joniam etiam magna tuae justitiae esset fama.* Ubi post ἐν δὲ intellige ταύτῃ, sc. Ἑλλάδι. Nam inter Graecos Jonas quoque fuisse recensitos, vel ipsum hoc loquendi genus evincit. Utrumque δὴ & καὶ iterum apud eundem in Polymn. cap. penult. Δῆλά μοι πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι, 'ΕΝ ΔΕ' ΔΗ' ΚΑΙ' ΤΩ͂ΙΔΕ οὐκ ἥκιστα γέγονε. *Comperta mibi sunt tum multis aliis, indiciis, tum praecipue hoc.* Ablativum Pronominis addit Lucian. de Parasit. 'ΕΝ ΔΕ' ΔΗ' ΤΟΥ'ΤΟΙΣ φιλοσόφους τινάς. *In bis Philosophos quosdam.*

Pronomen aliquando loco movetur.

XV. Aliquando, sed rarius (quod ideo parce imitandum:) pronomen, ac praesertim ὅτος loco movetur suo, cum aliqua orationis obscuritate. Plato in Apolog. Socrat, non longe ab initio, Ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε, ταύτην ἐν ὅτωσὶ ὀλίγῳ χρόνῳ: ubi ordo esse debuisset, Ἐπιχειρ. ὑμ. ἐν ὅτωσὶ ὀλίγῳ χρόνῳ ταύτην ἐξελέσθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔχετε: id est, *Conandum est, tam brevi tempore, hanc vobis calumniam excutere, quae jamdiu vestris insedit animis.* Credo Socrates μάλα ἀφελῶς, χύδην, καὶ ὡς ἔτυχεν, id est, *simpliciter, ac sine cura ulla* dicere videri cupiebat [31].

XVI.

Saepe particula καὶ vicem explet particulae δὲ, ut apud Eutropii Metaphrast. lib. V. c. 6. Καὶ πίπτουσιν δεκαπέντε χιλιάδες, ΚΑΙ ΠΡΟΣ Διογένης, ὁ Ἀρχελάου παῖς. *Et quindecim millia ceciderunt, & Diogenes insuper Archelai filius.* Adde Herodot. Poly. cap. 154.

At σὺν δὲ pro καὶ ἅμα magis Poëticum est. Utitur Theognis vs. 724.

- - - Ὅταν δέ κε τῶνδ᾽ ἀφίκηται
Ὥρη, ΣΥΝ Δ᾽ ἥβη γίγνεται ἁρμόδιος.

*Quando vero illorum venerit tempus, & simul pubertas fuerit congrua.* Et quemadmodum apud oratores & historicos pro δὲ, καὶ; ita apud Poëtas particula τε reponitur. Ita Orpheus Hymn.

Ὠκεανόν τε μέγαν, ΣΥΝ Τ᾽ Ὠκεανοῖο θύγατρας.

*Oceanumque magnum, simulque Oceani filias.* Similiter χωρὶς δὲ, pro, χωρὶς δὲ τούτων. Vide sis Nostrum sub finem libri.

31 In hujusmodi occasione, quo longior periodus, eo obscuriorem reddit orationem pronomen ὅτος, quam longissime loco suo motum. Exemplum est in Act. Apost. cap. I, 21, 22. Δεῖ οὖν ΤΩΝ ΣΥΝΕΛΘΟΝΤΩΝ ἡμῖν ἈΝΔΡΩΝ ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου, ἕως τῆς ἡμέρας, ἧς ἀνελήφθη ἀφ᾽ ἡμῶν, μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα ΤΟΥΤΩΝ. Structura est: Δεῖ οὖν ἕνα τῶν ἀνδρῶν &c. *Oportet igitur unum horum virorum, qui nobiscum convenere omni tempore, quo ingressus & egressus est inter nos Dominus Jesus, exorsus a baptismo Joannis ad eum usque diem, quo a nobis sursum est receptus, testem ejus resurrectionis fieri nobiscum.* Nec a simili ratione omnino abhorrent Latini. Ita Pronomen *Is* longe a suo substantivo removet Nepos in Vit. Pelopidae, cap. 2. *Diem delegerunt, ad inimicos opprimendos, civitatemque liberandam, EUM, quo maximus magistratus simul consueverant epulari.*

32 At

Digitized by Google

XVI. Neutrum plurale ταῦτα geminatum, sic tamen ut inter utrumque μὲν δὴ inseratur, significat idem quod Latini dicunt, *Ac de his hactenus*, Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα: cum aliqua disputatio, vel pars orationis paulo longior concluditur [32]. Exempla passim apud Demosthen. & alios, ac praesertim Historicos, & Oratores occurrent. *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. ac de bis hactenus.*

CA-

32 At καὶ ταῦτα solum, in media periodo sequente Participio, vertitur Latine, *Licet*, *Quamvis*, item, *Praesertim*. Exemplum apud Demosthenem obvium contra Phorm. prop. fin. Θανάτῳ ζημιώσαντες εἰσαγγελθέντα ἐν τῷ δήμῳ, ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ πολίτην ὑμέτερον ὄντα. *Capitis eum damnantes, delatum apud populum, idque cum*, vel, *quamvis civis vester esset.* Similiter apud Plat. in Gorg. p. 508. Σὺ δέ μοι δοκεῖς οὐ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις, ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ σοφὸς ὤν. *Tu vero mibi videris minus ad haec advertere animum* (verbatim) *& haec sapiens*. Subauditur verbum ποιεῖς, ut sit integrum: *Et hoc tu facis, qui es sapiens*. Graecam consuetudinem sequuntur fere nostrates: En dat / daar gy zoo wys zyt. Ellipsin supplet Demosthenes pro Phorm. pag. 605. Ubi, postquam Apollodoro exprobraverat mores dissolutos, quodque meretriciis amoribus deditus erat, addit: ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ γυναῖκα ἔχων ΠΟΙΕΙΣ. *Et haec facis, cum uxorem habeas.* In quibus καὶ ταῦτα etiam commode vertitur *Praesertim*, quae versio longe potior in ejusdem Demosthenis verbis epistola 3, prop. fin. Πῶς γὰρ οὐκ ἀτυχής; ᾧ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς, καὶ πρὸς Ἀριστογείτονα ἐμαυτὸν ἐξετάζειν συμβαίνει· ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ ἀπολωλότι πρὸς σωτηρίας τετυχηκότα. *Nam nonne sum infelix, cui ad caetera mala hoc quoque accedit, ut cum Aristogitone me comparem, praesertim cum perdito incolumem?* Ubi καὶ ταῦτα ita absolute ponitur, ut nusquam pendere videatur, more Latinis inaudito: caeteroquin & hi suum, *& haec*, *& ea*, adhibent, si quando cum praemissis casu conveniunt, ut apud Ciceronem in orat. 3. in Cat. c. 9. *Etenim cum esset ita responsum, caedes, incendia interitumque reip. comparari, ET EA a perditis civibus.* Rarissime καὶ ταῦτα periodum claudit. Ita Aristid. pro Quatuorviris pag. 504. Περικλέους δὲ οὐκ ἐφείσω, τεθνηκότος ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ. *Pericli vero non pepercisti, quamvis mortuo.* Diversus ab hoc Pronominis in media periodo post Conjunctionem καὶ usus est, quo eodem Genere, Numero & Casu ad praecedens Nomen refertur, tuncque nullo opus Participio, & vertitur, *Et quidem*. Herodot. Clio, c. 147. Οὗτοι γὰρ μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια. ΚΑΙ ΟΥΤΟΙ κατὰ φόνου τινὰ σκῆψιν. *Hi enim soli ex Jonibus celebrant Apaturia, idque*



Digitized by Google

*idque ob caedis patratae caussam.* Idem, Erat. cap. 11. Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, Ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΙΣΙ ὡς δρηπέτῃσι. *In summo quoniam res nostrae versantur periculo, Viri Jones, adeo ut vel liberi simus vel servi futuri, & quidem ut fugitivi.* Obiter observa particulae γὰρ singularem usum, de quo vide infra, ad Cap. VIII, Sect. 5. R. 4.

Adhaec sex hujus Pronominis usus observandi sunt.

Primus est, quo in neutro singulari, significat Universum illud Divinum opus, quod Graeci κόσμον, Latini *Mundum* vocarunt, i. e. omne id, quod oculis est conspicuum, quod que Graeci δεικτικῶς vocarunt τοῦτο. Consule eruditissimorum Schotti & Gronovii animadversiones ad Pomp. Mel. init. Ubi insignis citatur Platonis locus in Timaeo pag. 28. lin. 15. Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, ΤΟΥΘ' ἡμῖν ὠνομάσθω. Quod Cicero sic vertit: *Omne igitur coelum, sive mundus, sive quo alio vocabulo gaudet, HOC nobis nuncupatus sit.*

Secundus est, quo Graeci τοῦτο jungunt verbis, quae nominandi significationem habent: Latini Adverbio utuntur, *Ita, sic* E. G. Τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο. *Hoc enim vocabatur.* i. e. *Hoc ei fuit nomen.* Lucian. Ver. Hist. lib. 1. Et in Conviv. ΤΟΥΤΟ γὰρ ὁ γελωτοποιὸς ἐκαλεῖτο. *Sic enim morio vocabatur.* Ὀνομα cum praepositione κατὰ subaudit Cl. Bos, quem adi. Adde AElian. V. H. lib. V. cap. 3. Ἀριστοτέλης τὰς νῦν Ἡρακλείους στήλας καλουμένας, πρὶν κληθῆναι ΤΟΥΤΟ, Φησὶ Βριάρεω καλεῖσθαι αὐτάς. *Aristoteles columnas, quae nunc Herculis dicuntur, antequam ita vocarentur, Briarei appellatas fuisse, ait.*

Tertius est, quo jungunt hoc pronomen in neutro genere cum substantivo cujuscunque generis, ita tamen, ut verbum substantivum intercedat. V. C. Τοῦτ' ἐστι σοφία. Latinis dicere non licet: *Hoc est sapientia.* Epict. cap. 31. Πῶς οὖν ἔτι ΤΟΥΤ' ΕΣΤΙΝ ΑΤΙΜΙΑ; *Qui igitur haec est infamia?* Dixit tamen Sulpicius Severus dial. de virtutib. monach. orient. p. m. 249. *sive ILLUD ERROR EST, ut ego sentio: sive haeresis, ut putatur.*

Quartus est, quo idem totam praemissam orationem ita involvit, ut Latini non nisi per periphrasin reddere queant. Ita apud Platonem lib. IV. de Rep. pag. 421. roganti Socrati, num figulus, qui opulentus evasit, non sit futurus pigrior, quam ante fuit: concedit Adimantus, dicens πολύγε. *& multo quidem pigrior erit*: mox subjungenti: *An igitur pejor erit*; respondet alter. Καὶ ΤΟΥΤΟ πολύ. ubi τοῦτο involvit totum hoc, χείρων γίγνεται q. d. τοῦτο, ὃ νῦν δὴ ἔλεγες, τὸ, χείρων γίγνεται. ad hoc inquam; *multo pejor erit.*

Quintus est, quo pro ὁ δεῖνα

ponitur, indefinitam personam notans. Ita Antonin. εἰς ἑαυτ. lib. IV. cap. 6. Ὅλως δ' ἐκεῖνο μέμνησο, ὅτι ἐντὸς ὀλιγίστου χρόνου καὶ σὺ, καὶ ΟΥ῞ΤΟΣ τεθνήξεσθε. *Omnino autem illud memento, intra brevissimum temporis spatium & te, & hunc, quisquis est, moriturum.*

Denique Ablativi hi, οἷς, τούτοις, & τούτῳ, ᾧ, in oratione sibi mutuo respondent. Utriusque exemplum exhibet Demosthenes in orat. pro Corona pag. 329. & 330. ΟΙ῞Σ γὰρ οὐκ ἐγράψατο τὸ προβούλευμα, ΤΟΥΤΟΙΣ, ἃ διώκει, συκοφαντῶν φαίνεται. *In eo ipso, quod senatusconsultum non accusavit, constabit eum in iis, quae accusat, esse calumniatorem.* Καίτοι καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐγὼ λοιδορίαν κατηγορίας ΤΟΥ῞ΤΩι διαφέρειν ἡγοῦμαι, ΤΩ̃ι τὴν μὲν κατηγορίαν ἀδικήματ' ἔχειν, ὧν ἐν τοῖς νόμοις εἰσὶν αἱ τιμωρίαι, τὴν δὲ λοιδορίαν βλασφημίας. *Enimvero etiam, Athenienses, equidem convicium hoc ab accusatione differre arbitror, quod accusatio complectitur crimina, quorum poenae legibus sunt constitutae, convicium vero maledicta.*

# CAPUT QUINTUM.

## *DE VERBO.*

## SECTIO I.

### *De Verbo Activo, Passivo, & Neutro.*

### REGULA I.

ALIQUANDO vox activa, significationis passivae est. Quo in genere praecipua sunt, ἁλίσκω, sed fere tantum in praeterito perfecto ἑάλωκα, & Aorist. 2. ἥλων, vel ἑάλων, id est, *convictus sum, reus sum peractus*, unde ἁλῶναι τῶν δημοσίων κλοπῆς, id est, *peculatus reum peractum esse* [33]. Ἁλίσκω *capior.*

II. Ἀνακάμπτειν pro ἀνακάμπτεσθαι, id est, *reflecti.* Aristot. 1. Ἀνακάμπτειν, *reflecti.*

33 Frequens hujus verbi hic usus est, ubi de captivitate in bello sermo est. ut apud Arrian. lib. 1. cap. 1. in fine. Γυναῖκες δὲ ὅσαι ξυνείποντο αὐτοῖς, ἙΑ´ΛΩΣΑΝ πᾶσαι· καὶ τὰ παιδάρια, καὶ ἡ λεία πᾶσα ἙΑ´ΛΩ. *Mulieres, quotquot eos sequebantur, omnes captae sunt. Pueri quoque & praeda omnis abducta.*



Digitized by Google

1. Metaph. Τὰ δὲ εἰς ἄλληλα ἀνακάμπτει. id est, *Haec vero in sese mutuo reflectuntur ac recidunt:* quo eodem modo usurpantur ἐπανακάμπτειν, & ὑποκάμπτειν, quod postremum tamen proprie est, *per ambages circumagi fallendi causa*, ut cum lepores crebris in orbem saltibus insequentes canes ludificantur.

*Ἀναλαμβάνειν, recreari.*

III. Ἀναλαμβάνειν, pro ἀναλαμβάνεσθαι, praesertim cum significat, *recreari ac refici.* Theophrast. lib. 5. Ὅταν τὰ κατισχνωθέντα ἀναλάβῃ πάλιν, καὶ εὐσθενήσῃ. id est, *Ubi quae alimenti penuria laborant, recreata ac confirmata fuerint.* quod longe crebrius cum accusativo in activa significatione, dicitur ἀναλαβεῖν, & ἀναφέρειν ἑαυτὸν, id est, ῥαΐζειν, *convalescere.*

*Ἀνταποδίδωμι vicissim respondeo.*

IV. Ἀνταποδίδωμι, pro ἀνταποδίδομαι, id est, *vicissim respondeo*, & quasi *respondeo in vicem alterius.* Plato in Phaedone, Εἰ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα. id est, *Nisi per mutuam generationem sequentia priorum in locum sufficerentur.* sic χάρις dici potest ἀνταποδοῦναι, pro ἀνταποδοθῆναι, id est, *rependi beneficium* [34].

*Ἀπαλλάττειν liberari.*

V. Ἀπαλλάττειν, pro ἀπαλλάττεσθαι, *liberari seu defungi:* idque per omnia tempora, tametsi rarius in Aorist. 2. Aristoteles Problem. Sect. 5. Διὰ τί τὰ σύμμετρα τῶν σωμάτων, κάμνει τε πολλάκις, καὶ ἀπαλλάττει ῥᾷον; pro ἀπαλλάττεται. id est, *Quare quae melius temperata corpora sunt, & laborant saepius, & facilius morbis defunguntur?* [35] Sic ἀπηλλαχέναι τοῦ καθήκοντος. i. e. *officio defungi:* ἀπηλλαχέναι τῆς ἀρχῆς, *magistratu defunctum esse* [36].

VI.

34 Vellem, Auctor exempla auctoritate confirmasset omnia. An χάρις recte dicatur ἀνταποδοῦναι, sine exemplo non facile affirmaverim, neque rem probant citata ex Platone verba, quae inveniuntur pag. 72, lin. 10. quia τὰ ἕτερα potest, &, cur non dico, debet haberi accusativus a verbo activo ἀνταποδιδοίη rectus, cujus persona agens sequitur: est enim locus integer. Εἰ γὰρ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα, ὡσπερεὶ κύκλῳ περιιόντα, ἀλλ' εὐθεῖά τις εἴη ἡ γένεσις. structura est: ἡ γένεσις ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις. i. e. *Nam nisi quasi per mutuas vices, sive, successiones alia ex aliis nata, & veluti circulo commeantia, sufficeret, sed recta quaedam esset generatio.*

35 Plura praeter Aristotelis verba exempla suppeditat Budaeus pag. 318.

36 Ne ordinem alphabeticum conturbem, hic interserere, quam mox subjungere malo verba quaedam, quae simile quid patiuntur. Ac primum quidem αὔξω vel αὐξάνω *augeo*, in passiva significatione frequens est

VI. Ἵστημι, in Aoriſt. 2. & praeterito activo, ac praeſertim Ἵστημι, in praeter. & Aoriſt.

eſt pro, *augeor*, *creſco*. Ita Clemens Alexandr. Admonit. ad Gent. pag. 30. Ἐπειδὴ δὲ ἤνθησεν ἡ τέχνη, ἩΥΞΗΣΕΝ ἡ πλάνη. *Poſtquam vero floruit ars, auctus eſt error.* Confer Act. Apoſt. c. VII. comm. 17. ΗΥΞΗΣΕΝ ὁ λαὸς καὶ ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ. *Aucta eſt populi in AEgypto frequentia.* Et Euangel. Luc. cap. II, 40. Exempla tamen apud optimos auctores rariora.

Εἰσβάλλω etiam paſſive, vel, ſi mavis, neutraliter vertitur, pro *hoſtiliter invado*. Dinarch. contra Demoſth. p. 101. Τότε εἰς τὴν ἀπόρθητον νομιζομένην εἶναι Λακεδαιμονίων χώραν ἘΙΣΕΈΒΑΛΟΝ. *Tunc Lacedaemoniorum agrum, qui vaſtari non poſſe putabatur, invaſerunt.* In qua ſignificatione etiam uſurpatur adfine verbum ἐμβάλλω. Arrian. Exp. Al. lib. I, cap. 1. Ἐπὶ τοὺς Θρᾷκας ἘΝΕΈΒΑΛΟΝ. *Thraces invaſerunt.* Poſt εἰσβάλλω ſubaudit Cl. Bos στρατὸν; atque Herodotum ſic integre locutum fuiſſe oſtendit. Haec tamen ellipſis conſtanter ubique locum habere non poteſt. e. g. Quando fluvius dicitur εἰσβάλλειν εἰς θάλασσαν, tunc intellige ὕδατα vel ſimile. Ita Thucydid. lib. I, cap. 46. Διὰ δὲ τῆς Θεσπρωτίδος Ἀχέρων ποταμὸς ῥέων ἘΣΒΆΛΛΕΙ ἐς αὐτήν. ſc. λίμνην. *Acheron flumen per agrum Theſproticum fluens, in illam paludem labitur.* Simplex etiam βάλλω neutraliter pro ἄπιθι, in imperativo, non ſemel occurrit apud Comicum: Βάλλ' ἐς κόρακας. *Abi in malam rem.*

In poſteriori ſignificatione verbi εἰσβάλλω etiam verbum activum ἐκδίδωμι invenitur, & dicuntur flumina ἐκδιδόναι, quae ſeſe in mare exonerant. Pauſanias in Achaicis, p. 431. Οὐ πόῤῥω δὲ αὐτῆς ποταμὸς Γλαῦκος ἘΚΔΙΔΩΣΙΝ ἐς θάλασσαν. *Non procul ab illa fluvius Glaucus in mare ſeſe exonerat.* In his tamen activa ſignificatio agnoſcitur, ſi ſubaudias ὕδατα, ut dicantur *emittere aquas*; fietque Elliptica locutio, quae plenius mihi adridet.

Verbum ἐπιδίδωμι, quod natura ſua eſt activum, & proprie notat, *Do inſuper*, etiam vel neutraliter redditur, *Promoveo*, *Proficio*, vel paſſive, *Augeor*, *Incrementum capio.* Prioris exemplum habet Plato in Cratyl. pag. 410. in fine. Πολὺ ἐπιδίδως. *Multum promoves.* Alterius exemplum exhibet Iſocrates in Panegyrico, in fine. Τοιαῦτα λέγειν, ἐξ ὧν βίος μηδὲν ἘΠΙΔΏΣΕΙ τῶν πεισθέντων. *Talia dicere, ex quibus eorum, quibus perſuaſerint, vita non augebitur.* i. e. *ex quibus ſuae vitae nullum felicitatis incrementum capient.* Ubi ἐπιδώσει, pro, ἐπίδοσιν λήψεται; quemadmodum duo haec conjungit Demoſthenes in Philipp. 3. pag. 49. lin. 45. Ἐγὼ δὲ, ἁπάντων πολλὴν ΕἸΛΗΦΌΤΩΝ

ἘΠΙ-

tim in compositis, ut ΚΑΤΑΣΤΗ͂ΝΑΙ ΕἸΣ ἈΡΧΗ͂Ν[37], apud Isocrat. passim, *in magistratu constitui:* τὰ καθεστηκότα, vel καθεστῶτα saepe, id est, τὰ νενομισμένα, *status*, vel *instituta reipubl.* aut absolute quaecunque de re quapiam constituta sunt[38]. Ita συστῆναι πόλεμος, id est, συῤῥαγῆναι, a verbo, συῤῥήγνυμαι, & συγκολλεῖσθαι, *conflatum esse bellum*[39]: & ὑποστῆναι ὁ κόσμος, id est, *mundus conditus* dicitur. Ita προεστῆναι, *adductum esse*. Demosthen. Olyn. 1. Εἰς τοῦτο προέστη τὰ πράγματα Φιλίππῳ. *Philippi res eo redactae sunt.* ubi notetur, dativum Φιλίππῳ adhiberi, non autem genitivum Φιλίππου[40].

VII.

ἘΠΙ'ΔΟΣΙΝ, . . . . οὐδὲν ἡγοῦμαι πλέον, ἢ τὰ τοῦ πολέμου κεκινῆσθαι καὶ ἘΠΙΔΕΔΩΚΕ'ΝΑΙ. *Ego vero, cum omnia magnum incrementum ceperint, nihil existimo magis, quam res bellicas, mutatas atque auctas esse.* Caeterum rem, qua quis augeri dicitur, in quarto casu invenies, praecedente praepositione εἰς, vel πρὸς Plat. Hipp. maj. pag. 283. lin. 43. Ὡς πλέον ἂν ΕἸΣ ἈΡΕΤΗ͂Ν ἘΠΙΔΙΔΟΙ͂ΕΝ. *Ut in virtutis exercitatione magis proficiant.* Herodian. lib. III. cap. 13. Ἀφηνίαζον δὲ, καὶ ἘΠΕΔΙ'ΔΟΣΑΝ ΕἸΣ ΤΟ' ΧΕΙ͂ΡΟΝ. *Fraenum solvebant, & in pejus ruebant.* Cum praepositione πρὸς apud Isocr. ad Dem. p. 8. Δι' ὧν ἄν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον ΠΡΟ'Σ ἈΡΕΤΗ͂Ν ἘΠΙΔΟΥ͂ΝΑΙ. *Quibus studiis maxime in virtutis cultu proficere posse videaris.*

37 Pro καθεσταθῆναι, quod passivum occurrit apud Isocr. ad Dem. pag. 19. Εἰς ἀρχὴν καθεσταθείς. *Magistratum adeptus.* Et ad Nicocl. pag. 30. Ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν καθεσταθῶσι. *Postquam imperio potiti sunt.*

38 Nam perf. ind. Καθέστηκε, *constitutum est.* Unde pro *soleo* accipitur, apud Thucyd. lib. III. cap. 43. ΚΑΘΕ'ΣΤΗΚΕ δὲ τἀγαθὰ, ἀπὸ τοῦ εὐθέος λεγόμενα, μηδὲν ἀνυποπτότερα εἶναι τῶν κακῶν. *Solent autem bonae sententiae, cum directe dicuntur, nihilo minus esse suspectae quam malae.* q. d. *Ita humana sunt comparata, ut &c.* Hinc etiam τὸν καθεστῶτα βίον ζῆν. apud Platonem: *suo more vivere.* Καθίζω quoque activo & neutrali sensu adhibetur. Exemplis nihil tritius. nec non κάμπτω, in epist. ad Rom. cap. XIV, comm. 11. Ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ. *Mihi flectetur omne genu.* Ut & κλίνω, sic dicitur ἡμέρα κλίνειν, *dies inclinare.* Luc. IX, 12.

39 Ita Polybius lib. V, pag. 378, init Καὶ πρῶτον ἐπιχειρήσομαι δηλοῦν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, τὸν ὑπὲρ Κοίλης Συρίας Ἀντιόχῳ καὶ Πτολεμαίῳ ΣΥΣΤΆΝΤΑ ΠΟ'ΛΕΜΟΝ. *Et primum exponere aggrediar, quod initio proposui, bellum inter Antiochum & Ptolemaeum pro Coelesyria conflatum.*

40 Λείπω etiam pro *relinquor*,

Digitized by Google

VII. Μεταβάλλειν creberrimum est, pro μεταβάλλεσθαι, *mutari*. Philo de Leg. ad Cajum, Ἀρχόμενοι μεταβάλλειν πρὸς τὸν Μεταβάλλειν, εὔνομον καὶ ὁμοδίαιτον. *Cum ad vitae genus transferri inciperent*, mutari. *legum communione, ac mutua societate conjunctum*. At in voce passiva, saepius est, *transfugarum more ad hostem* αὐτομολεῖν *deficere*. Plutarch. Alexand. Τοῖς μεταβαλλομένοις πρὸς αὐτὸν, ἄδειαν ἐκήρυττεν, id est, *iis, qui ad se deficerent, impunitatem praeconis voce promittebat*, & alia passim.

VIII. Παρακινεῖν, non tantum *labefactare ac pervertere*, Παρακινεῖν, sed etiam *indecore moveri*, & *furore praecipitem agi* significat. Aristophanes in Ranis, Ἰδοῦ, σκόπει ἤν με παρακινήσαντα ἴδῃς, pro παρακινούμενον. *Aspice, num tibi videar indecore moveri*. Xenoph. 4. Memorab. Πολλοὶ μὲν ὑπὸ παρακεκινηκότων διαφθείρονται, pro παρακεκινημένων. *Multi ab hominibus furore percitis occiduntur*. Sic παρακινητικῶς ἔχειν, Plutarcho in Solone significat, ἐξεστηκέναι τοῦ νοῦ, *mente dejectum esse*. Nec alienum verbum παροινεῖν, id est, *insanire, ut ebrii solent* [41].

IX. Στρέφειν, maxime in Aorist. 1. id est, *conversus sum*, Στρέφειν, aut *converti*: unde ἐπαναστρέφειν, quod idem est, ac ἐπανακάμπτειν, de quo paulo ante Reg. 2. & ὑποστρέφειν, *redire*: quod etiam verbum militare est, significans, *repente a fuga in hostem converti*: quod etiam dicunt, ἐξ ὑποστροφῆς μάχεσθαι [42].

*indecore moveri.*

*converti.*

Apud

*quor, desum* in usu est, imprimis apud Grammaticos, apud quos vox aliqua λείπειν dicitur, i. e. *relinqui subaudienda*. Scholiastes Aristophanis in Nub. vs. 1083. ad haec verba: Ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ ait. ΛΕΙΠΕΙ ἡ Εἰς. *Relinquitur* vel *deëst praepositio* Εἰς. Ubi etiam observa, articulum ἡ in faeminino genere usurpari, pro τό. Vide supra Cap. 1. §. 18. Sic, quod Latini dicunt: *Caetera desunt*, posset Graeci verti, Τὰ ἐπίλοιπα λείπει. Similiter compositum ἐλλείπω pro *deficio*. Epict. Enchir. cap. 12. Μήποτε καλοῦντος ἘΛΛΕΊΠΗΙΣ. *Ne, illo vocante, deficias*. Et cum genitivo, ut apud Plat. Theag. ἐλλείπω ἐπιστήμης. *Deest mihi scientia*. Μεταβάλλω, *Mutor*. Plat. in Tim. pag. 60. loquitur de aqua, quae in aëris formam transit, Μετέβαλεν εἰς ἀέρος ἰδέαν.

41 Σβέννυμι in praet. ἔσβηκα, & aor. 2. ἔσβην quasi a σβῆμι pro *extinctus sum* passive utitur Hom. Il. I. vs. 467. Οὐδέ ποτ' ἔσβη Πῦρ. *Neque unquam exstinguebatur ignis*. Πληθύνω quoque & *Augeo* & *Augeor* notat, unde ποταμοὶ πληθύνοντες, Plutarcho sunt, *fluvii aquis aucti*.

42 Ἔστρεψεν ὁ Θεὸς pro ἔστρεψεν

**Ὑποστροφὴ oratoria.** Apud Rhetores autem est, *reflecti ad id quod postremo dictum est, oratione per quandam parenthesin interrupta:* ut cum Demosthenes pro Corona, dixisset, τοῦ Φωκικοῦ συςάντος πολέμου, id est, *conflato Phocensi bello*, subjungit, οὐ δι' ἐμὲ, οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πώποτε: *non mea profecto culpa, qui ad Rempub. nondum accesseram:* haec verba καθ' ὑποστροφὴν inserta esse, & oratorem ὑποςρέψαι, id est, in ea quae de conflato bello dixerat, *se reflexisse*, docet Hermogenes: quam etiam ὑποστροφὴν, ἐπιμβολὴν, idem appellat, quasi *intercalationem quandam.*

X.

ψεν ἑαυτὸν, dixit Lucas in Act. Apost. cap. VII, comm. 42. ubi vid. Casaubonum. Simile fit in cognatae significationis verbo τρέπω, ejusque compositis. Hesiod. in Deorum Generat. vs. 58.

> Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, ΠΕΡῚ δ' ἜΤΡΑΠΟΝ ὧραι.
>
> *Sed cum jam annus erat, & circumvoluta essent tempora.*

Imitati hoc etiam sunt Latini; ut Curtius lib IV, cap. 6, 29. *Ira deinde vertit in rabiem.* & Virg. AEn. l. I. vs. 108.

> *Franguntur remi: tum prora avertit.* Pro *avertitur.*

Alia ad hunc locum exempla addit Servius, quem adi. Hinc *annus vertens* crebro apud Latinos apud quos *terra movere* frequens est. V. Suet. Claud. cap. 22. Gell. lib. II, c. 28. & IV. c. 6. Similiter *volventia plaustra* dixit Virg. lib I, Georg. *quae volvuntur.* Rursus lib. III. Georg. vs. 365.

> *Et totae in solidam glaciem vertere lacunae.*

In plerisque tamen, si non in omnibus verbis, apud Graecos hoc modo usurpatis, significationem activam latere clam, autumo, suppresso accusativo patiente. Sic v. g. Pronomen reciprocum subaudi in ἀνακάμπτειν, ἀπαλλάττειν, προσκινεῖν, ςρέφειν, & similibus. In verbo ἐπιδίδωμι accusativus πολὺ, πλεῖςα &c. fere additur, q. d. *Addo multum progressibus meis.* Minus adridet pronomen reciprocum subauditum apud Cl. Bos. Praepositio εἰς λειπεῖ, sc. τὴν λέξιν. Μεταβάλλει εἰς τὸ ὁμοδίαιτον. subaudi τρόπον vel βίον. Quum formae mutatio innuitur, subaudienda est vox μορφὴν, quam addit AElian. V. H. lib. I, cap. 15. in fine. Τὸν Δία αὐτὸν ΜΕΤΑΒΑΛΕΙ͂Ν ΤῊΝ ΜΟΡΦῊΝ εἰς περιςεράν. *Ipsum Jovem mutatum esse in formam columbae.* Τὰ τῶν φυτῶν συνάπτει τῇ γῇ. Verbatim: *Plantae connectunt terrae*, sc. τὴν ῥίζαν, *radicem.* Συνάπτειν τοῖς πολεμίοις, integre reddunt Latini, *Conserere manum cum hostibus.* Similem ellipsin etiam apud Latinos observa, ut cum Virgilius ait: *Venti posuere*, supple *vim.* Neque enim satisfacit Servius, illud explicans *quievere*, tanquam neutraliter ac-

X. Στείχειν, pro στείχεσθαι militare vocabulum est, & significat, κατὰ στοίχους τάττεσθαι, id est, *aciem in varios ordines, & quasi versus distribui*; unde συστοιχεῖν, *ejusdem ordinis esse*, ἀντιστοιχεῖν, *adversis opponi ordinibus* [43]. Στείχειν, ordinari.

XI. Συνάπτω, id est, *firmiter adhaeresco, & quasi colligatus sum*: ut cum Theophrastus ait, Τὰ τῶν φυτῶν ἐν λίμναις, οὐ συνάπτει τῇ γῇ. id est, *Plantae, quae in paludibus seruntur, terrae non admodum firmiter adhaerescunt*. Συνάπτω, haereo.

Significat etiam *confligere*, seu *committi*, ut in praelio fieri solet; idque cum dandi casu, ut, τοῖς πολεμίοις συνάπτειν, vel cum accusandi casu, & praepositione εἰς, adhibito tamen, vel intellecto personam significante dativo, ut apud Polyb. συνάπτειν εἰς τὰς χεῖρας, Galli, *venir aux mains*. Eodem fere modo usurpatur verbum συμμίξαι, id est, *propius admoveri hostibus, muris, urbi*: quae σύμμιξις, Gallice non minus proprie, *la meslée*. Συνάπτειν, confligere.

XII. Τελεῖν, inter alia significata, sumitur pro τελεῖσθαι, id est, τάττεσθαι, ἐγκρίνεσθαι, *censeri*, vel *numerari*. Pausanias Ἠλιακῶν I. Αἱ ἐς τὸ Ἀχαϊκὸν τελοῦσαι πόλεις. id est, τῇ Ἀχαΐᾳ συντεταγμέναι. *Urbes Achaiae contributae*. Sic τελεῖν εἰς ἄνδρας, *viris accenseri*; quod Romani dicebant, *virilem togam sumere*. Sic πόλεις εἰς τὴν Ῥώμην συντελοῦσαι, *Romanorum municipia* dici potuerunt. Τελεῖν, censeri.

XIII.

accipiendum esset. Locus est lib. VII, vs. 27. Similis locus est lib. X, vs. 103. *Tum Zephyri posuere.* - - - Ex adverso accusativus *vim* intelligitur, cum dicit idem lib. I. Georg. vs. 333. *Ingeminant austri.* Ellipsin supplet ipse lib. AEn. V. 681.

*Sed non idcirco flammae atque incendia VIRES*
*Indomitas POSUERE.* - - -

Adde Plaut. Mil. Glor. A. II. S. 6, vs. 100.

*Dum hae consilescunt turbae, atque irae leniunt.*

Plura vide sis congesta apud Pareum in Mantissa ad Lex. Plaut in V. *Verba*. Alibi, nempe lib. Georg. I. vs. 74. *Siliqua quassante* dicit; ubi Ruaeus: *Quassante*, active pro *quassata*, *nimirum a vento, cujus impulsu siliquae crepitant.* Sed servatur activa virtus, quippe legumina, vento impellente, siliquae intus motae quatiunt. Caeterum nostratibus quoque sunt verba in terminatione activa passionem significantia, sed non nisi extra Praeteritum: Talia sunt, **Vermeerderen / Verminderen / Beteren / Breeken / Veranderen.**

43 At στείχειν, συστοιχεῖν, ἀντιστοιχεῖν verba natura sunt neutra, atque adeo actionem non deponunt, nec ad hanc verborum seriem pertinent. Caeterum de his vide Budaeum pag. 328. & 329.

44 Ita

**Aorista in θην active signific.** XIII. Aorista, maxime prima, verborum in ομαι, quae vocem activam non habent, active ut plurimum significant, atque interdum etiam passive, ut a verbo διαλέγομαι, διελέχθην, id est, disserui; ab ἰάομαι, ἰαθεὶς, i. e. curans, vel curatus; a προσδέχομαι, προσδεχθεὶς, qui excepit, vel exceptus est, a θεάομαι, ἐθεάθην, contemplatus sum, vel lustratus ab alio.

**Praeter. pass. act. signific.** Quae observatio, Praeteritis etiam perfectis eorundem verborum accommodari potest. Dicunt enim δειλεγμαι, pro *disputavi*: imo quibusdam praeterea, quorum in usu activum est, ut, ἐνδέδειγμαι, pro ἐνδέδειχα, id est, *ostendi*, a δείκνυμαι, apud Demosthen. pro Corona, & alibi passim: πεποίημαι, pro πεποίηκα, saepissime: [44] ἠντρέπισμαι, pro ἠντρέπικα, *instruxi*, ab ἐντρεπίζομαι [45].

**Verbum act. cum suo casu.** XIV. Verbum activum, maximeque *sensum*, aut *affectum* significans, cum suo casu jungitur, licet casum alium more Latino postularet: ut, θαυμάζω σε, ὅτι, vel εἰ ὁ αὐτὸς ὢν σαυτῷ ἀεὶ διατελεῖς, pro θαυμάζω ὅτι σύ. id est, *miror te tui semper similem esse.* Sic apud Xenoph. 4. Memorabilium, γῆν, ὁπόση ἐστιν, εἰδέναι, verbatim, *terram, quanta est, nosse*: Latine vero melius, *nosse, quanta terra sit* [46]. οἶδά

44 Ita Pausanias in Eliacis. pag. 310. Τῷ Αὐγούστῳ ΠΕΠΟΙΗΝΤΑΙ τὴν εἰκόνα pro πεποιήκασι. *Augusto statuam fecere.*

45 His adde ἐντέθειμαι. Demosth. adversus Phorm. pag 589. Ὡς ἘΝΤΕΘΕΙΜΕΝΟΣ τὰ χρήματα εἰς τὴν ναῦν. *Quasi merces in navim imposuisset.* Rarius hic Graecissant Latini, in quibus Suet. in Aug. c. 21. *Neque crebrius aut perfidiosius rebellantes graviore unquam MULTATUS EST poena.* pro, *Multavit.* Sed codicum dissensio (nam nonnulli dant *ultus est.*) rem dubiam facit; quare aliud ex Cicerone addam pro Mil. cap. 13. init. *Cujus tu inimicissimum multo crudelius etiam PUNITUS ES.* Quae verba, ut & haec: *Fabricatus est gladium*, figurate dici ex Quinctiliano lib. IX, c. 3. refert P. Manutius, additque loca ex Offic. lib. I. & Tuscul. Quaest.

46 Latini tamen hoc imitati sunt. Sic notissima haec in Terentio: *Scin' ME in quibus sim gaudiis*, Et: *Ipsum ME noris, quam elegans formarum spectator siem.* Huc refertur illud Maronis. AEn. I. vs. 577.

*Urbem, quam statuo, vestra est.*

Ubi tamen adjunctum verbum nullum sensum vel adfectum significat. Ob jucundam auribus nostris idiotismi hujus elegantiam non possum non aliud atque aliud addere exemplum. Sic enim Plut. Vit. Cic. pag. 878. lin. 30. Ὁ Μίλων ΤΟΝ ΚΙΚΕΡΩΝΑ δείσας μὴ πρὸς

οἶδά σε, ὅτι μήποτε ἡσυχάσεις, verbatim, *novi te, quod nunquam quiesces*, id eſt, *novi te nunquam quieturum.* Ita, μέμνημαί σου, ὅπως ἀπεκρίνου, verbatim, *memini tui, quomodo reſponderes.*

XV. Verba interrogationibus & reſponſionibus ſervientia, tum etiam, cum illa a tertio quodam referuntur, eo dem plane modo cum ſequentibus ordinantur, quaſi interrogatio & reſponſio fieret potius, quam narraretur. Plutarch. in Alexandro, Ἐπερωτῶντος Φιλίππου, πῶς ἔχουσιν ὁμονοίας πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἕλληνες; pro πῶς ἂν ἔχοιεν; verbatim, *Quaerente Philippo, quam bene Graecis inter ſe convenit?* id eſt, *conveniret*, Verba interrogandi & reſpon.

Sic dum narrant, quid nuncius dixerit, eodem modo loquentem illum inducunt, quo Dominus rem ipſi mandaverat: ut in Evangelio, cum ſe illi a Phariſaeis ad Joannem miſſos eſſe dicerent, ut ex eo quaererent, *Tu qui es?* Graece, σὺ τίς εἶ, id eſt, ὅστις ἂν αὐτὸς εἴη, *quinam ille tandem eſſet?*

In reſponſionibus ſimiliter, ut de eodem B. Joanne dicitur, reſpondit, *quia non ſum ego Chriſtus*, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ Χριστὸς, pro ὅτι οὐκ ἦν Χριστός. id eſt, *ſe non eſſe Chriſtum.* Quo loco verba ſonare videntur, reſponſum a Joanne fuiſſe, Nuncium ipſum; aut Evangeliſtam non eſſe Chriſtum: proindeque haec loquendi ratio, ad tollendam ſenſus ambiguitatem diligenter obſervanda erit.

XVI. Digna hoc in genere ſunt, quae obſerventur ex Demoſthene exempla duo, orat. pro Coron. Καὶ νῦν εἶπέ που λέγων, ὁ τὴν Ἀλεξάνδρου ξενίαν ὀνειδίζων ἐμοί. verbatim, *Et nunc dicebat, qui Alexandri hoſpitium exprobrabat mihi*, id eſt, *Et vero jam jam dicebat, ſibi abs me Alexandri hoſpitium crimini dari.* Nam ὁ τὴν, &c. ipſiſſima verba ſunt, quibus AEſchines adverſus Demoſth. uſus erat. Ibid. [47] Philippi

πρὸς τὴν ὄψιν ἀηθείᾳ διαταραχθεὶς, χεῖρον διαγωνίσηται). *Milo metuens Ciceronem, ne ſpectaculi inſolentia, minus feliciter cauſſam diceret*, Pro δείσας, μὴ ὁ Κικέρων. *Metuens, ne Cicero* &c. Arrian. de Exped. Al. lib. 2. cap. 5. Ἐνταῦθα μανθάνει ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ καὶ ΑΣΑΝΔΡΟΝ, ὅτι κεκράτηκεν Ὀροντοβάτου. Ariſtoph. in Nubib. vſ. 1113.

ΤΟΥ'Σ ΚΡΙΤΑ'Σ ἃ κερδανοῦσι
βουλόμεσθ' ὑμῖν φράσαι.

*Quid lucri judices ſint percepturi, vobis volumus dicere.*

Pro οἱ κριταί. Confer priorem Petri epiſt. cap. II, comm. 7.

47 Pag. 318, lin. 46. Ubi nolim conjunctionem ὅτι omnino παρέλκοντα dicere, quatenus



eſt

Digitized

lippi literas explicans, Ἀκέετε, ὡς σαφῶς δηλοῖ, καὶ διορίζεται, ὅτι ταῦτα ἐγὼ πεποίηκα ἀκόντων Ἀθηναίων. verbatim, *Auditis, ut aperte declarat, ac profitetur, quod haec ego feci, invitis Athenienſibus*, id eſt, *haec abs ſeſe facta eſſe:* alioqui ſenſus eſſet, rerum illarum Demoſthenem ipſum auctorem fuiſſe. Quo in exemplo, aliiſque ſimilibus, nota etiam, conjunctionem ὅτι omnino παρέλκειν, hoc eſt, *abundare* [47].

Ὅτι in his exempl. παρέλκ. XVII.

eſt index ipſiſſimorum verborum, quae quis locutus eſt, & cujus vicem in ſuperiori exemplo explet participium λέγων. Confer Noſtrum cap. VIII, §. 9 Ɍ. 4.

48 Opportunum hic fuerit duo verborum genera addere, quorum alterum μιμητικὸν deſinit ſemper in ίζω, & ſimilitudinem, vel imitationem notat ejus rei, a qua derivatur: ita v. g. locus dicitur λιμενίζειν, *qui ſpeciem portus refert*, apud Polyaen. lib. IV. Hinc defluxit, quod Latini dicunt, *Favere partibus alicujus, ſtare ab aliquo, Facere cum aliquo.* &c. Graecos uno verbo deſinente in ίζω, & derivato a nomine ejus, cujus partibus favetur, exprimere. Exemplorum ſatis unus Plutarchus in vita Demoſthenis exhibet. Sic Μακεδονίζειν. *A Macedonibus ſtare.* pag. 852. lin. 22. Φιλιππίζειν. *Cum Philippo facere.* pag. 854. in fine. Sic Ἰεδαΐζειν, *cum Judaeis facere* &c. *Judæorum religioni adhaerere.* pag. 864. lin. 23. Δημοσθενίζειν pag. 872. lin. 49. Sic πλατωνίζω, unde noſtrum platoniſ[illegible]n. Qualia apud nos ſectam ſignificare ſolent. Hinc ſubſtantiva Μακεδονισμὸς, Ἰεδαϊσμὸς, Μηδισμὸς, Thucyd. lib. 1. cap. 95. Κατηγορεῖτο δὲ αὐτῦ ἐχ ἥκιστα ΜΗΔΙΣΜΟΣ. *Accuſabatur imprimis, quod cum Medis ſenſiſſet.* Tale ſubſtantivum aliud poſt ſe habens nominis proprii, in Generandi Caſu, per periphraſin redditur. ibid. cap. 135. Τῦ δὲ ΜΗΔΙΣΜΟΥ ΤΟΥ ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ, Λακεδαιμόνιοι, πρέσβεις πέμψαντες παρὰ τὲς Ἀθηναίες ξυνεπῃτιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα. *Lacedaemonii, miſſis ad Athenienſes legatis, etiam Themiſtoclem criminabantur, quod cum Medis feciſſet, quemadmodum Pauſanias fecerat.* At, ſequente Dandi Caſu, mutatur ſententia pro natura ſubſtantivi, quod ſubjungitur. Sic, qui Graecam linguam loquitur, dicitur Ἑλληνίζειν τῇ Φωνῇ. apud AEſchin. Contra Cteſiph. pag. 299. lin. 11. In paſſivo quoque Ἑλληνίζεσθαι ἀπὸ τινὸς eſt, *diſcere ex aliquo linguam Graecam.* Thucydid. lib. 2. cap. 68. Ἑλληνίσθησαν τὴν νῦν γλῶσσαν τότε πρῶτον ἀπὸ τῶν Ἀμπρακιωτῶν. *Didicerunt linguam Graecam, quae nunc eſt in uſu, ex Ambraciotis.* Ubi cum accuſativo conſtruitur. Non abſimili modo vox ipſa dicitur, v. g. Ἀττικίζειν. i. e. *juxta Atticam dialectum formari.* Ita Photius teſtatur de Herodia-

Digitized by Google

XVII. Singularis numerus a Poëtis, nonnunquam pro plurali usurpatur; quod tamen non nisi sobrie admodum imitandum. Pindarus, Μελιγάρυες ὕμνοι ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, pro, τέλλονται, id est, *Melliti hymni posteriorum carminum principia sunt.* Quod interdum etiam a solutae orationis auctoribus usurpatur. Aristot. Οὐκ ἐνεξεφύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες, τοῖς δὲ τὰ πτερά, pro, ἐνεξεφύοντο &c. *Non innascebantur aliis pili, aliis pennae.* Singularis pro plurali.

SECT.

diano, in excerptis ejus librorum eum uti vocibus μὴ ὑπεραττικίζουσαις. *non supra modum Atticis.*

Verba ἐπιτηδείως usurpata, ea voco, quae, cum auctores quidam citantur, eorum verbis praemittuntur & cum studio eorum proxime conveniunt. e. g. Si Poëtae verba citantur: Οὕτως ἐποίησεν ὁ ποιητής. *Sic dixit Poëta.* pro, οὕτως εἶπεν. *Sic Philosophus Plato scripsit.* Οὕτως ἐφιλοσόφει Πλάτων ὁ φιλόσοφος. Thucyd. l. 1. c. 10. de Homero: Τοξότας γὰρ πάντας ΠΕΠΟΙΗΚΕ τοὺς ἐρέτας. *Remiges omnes scripsit esse sagittarios.* Ubi scholia: Ἐπιτηδείως τὸ, ποιητὴς πεποίηκεν, ὥσπερ λέγομεν τὸ, ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ἘΦΙΛΟΣΟΦΗΣΕ. Eodem modo apud AEschin. Socr. Dialogo περὶ πλούτου. pag. 46. Καλῶς δ', ἔφη, δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου ΠΕΠΟΙΗΣΘΑΙ. *Pulcre, inquit, hoc etiam mihi videtur ab Archilocho dictum.* Eodem modo Latini utuntur verbo *facio.* Ita Terent. in prolog. Eunuch.

*Bonas matronas FACERE, meretrices malas.*

49 Si verbum ἐνεξεφύετο ad utrumque & τρίχες & πτερὰ refertur, juxta Atticorum loquelam, apud caeteros Graecos receptam, singularis numerus nihil novi parit, quanquam & sic, licet rarissime, verbum plurale invenitur. Exemplum est in Tab. Ceb. Πάντα κακὰ λέγεις αὐτοῖς ἀκολουθεῖν. Νὴ Δία, ΠΑΝΤΑ, ἔφη, ἈΚΟΛΟΥΘΟΥΣΙΝ. Pro, ἀκολουθεῖ. *Omnia mala, dicis, illos sequi. Per Jovem, omnia, respondit, sequuntur.* Sed & citra hanc Atticorum consuetudinem praemisso nomini pluralis numeri, aliud diversi numeri cum verbo additur, ut videre est apud AElian. V. H. lib. 1, cap. 31. ΠΑΝΤΕΣ αὐτῷ ΠΕΡΣΑΙ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἙΚΑΣΤΟΣ ΠΡΟΣΚΟΜΙΖΕΙ. *Omnes ei Persae, pro suis quisque facultatibus munera offert.* Adde Apocal. Joann. cap. I, 19. Γράψον, ἃ εἶδες, καὶ Α ΕΙΣΙ, καὶ Α ΜΕΛΛΕΙ γίνεσθαι μετὰ ταῦτα *Scribe, quae vidisti, & quae sunt, & quae fient post haec.* Ubi licet dixisset ἃ εἰσι, in plurali, subdit tamen ἃ μέλλει, in singulari. Simile exemplum habet Homerus Il. B. vs. 135.

Καὶ δὴ ΔΟΥΡΑ ΣΕΣΗΠΕ νεῶν, καὶ ΣΠΑΡΤΑ ΛΕΛΥΝΤΑΙ.

*Et jam ligna navium putrefacta sunt, & funes usu contriti.* Ubi itidem, praecedente utrobique nomine plurali, alterum tamen verbum in singulari ponitur. Confer posteriorem Petri epistolam cap. III, 10. ΣΤΟΙΧΕΙ͂Α δὲ καυσούμενα ΛΥΘΗΣΟΝΤΑΙ, καὶ γῆ καὶ ΤᾺ ἐν αὐτῇ ἜΡΓΑ ΚΑΤΑΚΑΉΣΕΤΑΙ. *Elementa arsura solventur, & tellus, quaeque in ea sunt opera exurentur.* Item Euang. Joan. cap. X, comm. 27. Vid. Steph. ad locum Thucyd. lib. I. cap. 22. in fine. Simili modo singulari pro plurali utitur Ovid. Trist. lib. I, el. 3. vs. 10.

> *Non aptae profugo vestis opisve FUIT.*

*Non aptae fuit*, pro, *fuerunt.* Huc refer illud Terentii, Eun. Act. II. sc. 1. *Adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoscas EUNDEM esse?*

Contra plurali pro singulari utitur Sophocles, Aj. Flag. vs. 739.

> - - - Κοὔ τις ἔσθ' ὍΣ οὐ
> Τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλεύτου στρατοῦ
> Ξύναιμον ἈΠΟΚΑΛΟΥ͂ΝΤΕΣ.

Pro ἀποκαλῶν. *Neque quisquam est, quin eum furentis & exercitui insidiantis fratrem adpellet.* Confer Gen. I. 26. Ποιήσωμεν ἌΝΘΡΩΠΟΝ κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἈΡΧΈΤΩΣΑΝ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης. *Faciamus HOMINEM secundum imaginem & similitudinem nostram; & IMPERANTO piscibus maris* &c. Ubi per pluralem numerum totum genus intelligitur, qua de re plura congessi supra ad C. III, Sect. 3, Rx. 1.

A numero plurali ad singularem, & contra a singulari ad pluralem transit Herodot. Melpom. c. 22. Εἰσὶ τοῖσι οὔνομα κεῖται Ἰΰρκαι· καὶ οὗτοι ἀπὸ θήρης ζώοντες τρόπῳ τοιῷδε· Λοχᾷ ἐπὶ δένδρεον ἀναβάς. Pro λοχῶσι ἀναβάντες. Haec, & quae sequuntur, a praecedentibus Ἰΰρκαι & οὗτοι ζώοντες, numero differunt, *Sunt, quibus nomen est Jurcae, & ipsi e venatione victitantes. Insidiantur* (Gr. *Insidiatur*) *conscensa arbore.* Quae sequuntur, iterum in plurali. Τὰ δὲ ἐστι πυκνὰ ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώρην. *Quarum per omnem regionem magna est frequentia.* Ubi τά ἐστι, cum praecedat δένδρεον in singulari.



Digitized by Google

## SECTIO II.

### *De idiotismis Indicativi, Imperativi, Optativi, & Subjunctivi propriis.*

### REGULA I.

Indicativus saepe pro subjunctivo & optativo usurpatur, idque per omnia fere tempora, ubi ἂν δυνητικὴ particula commode adhibita fuisset. Ac primum quidem in praesenti. Xenophon. Histor. 6. Παρ' ἐμοὶ οὐδεὶς μισθοφόρος, ὅστις μὴ ἱκανός ἐστιν ἴσα ποιεῖν ἐμοί. id est, *Mercenarius apud me nemo est, qui non idoneus est*, pro, *qui non idoneus sit, eadem facere, quae abs me fiunt.* Quo loco verbum, ἐστὶ pro ἂν ᾖ, vel ἂν εἴη, positum est. Philo de Legat. ad Cajum, Διαγγελείσης οὖν τῆς, ὅτι νοσεῖ, φήμης· verbatim, *Nunciata igitur, quod aegrotat, fama*, id est, *vulgata de ipsius morbo fama:* ubi, ὅτι νοσεῖ, pro ὅτι, vel ὡς ἂν νοσοίη, positum est [50]. Indic. praes. pro subj. vel optat.

II. In Imperfecto: Idem Xenophon 7. ejusdem operis, Οὐδὲν οὕτω βραχὺ ὅπλον ἑκάτεροι εἶχον, ᾧ οὐκ ἐξικνοῦντο ἀλλήλων. id est, *Nullum utrisque tam breve telum erat, quo non se mutuo attingebant:* id est, *attingerent:* ubi ἐξικνοῦντο, pro ἂν ἐξικνοῖντο sumitur [51]. Item imperfect.

III. In Praeterito perfecto [52]: Demosthen. Olynth. 2. Ου- Item praeteritum.

50 Latini quoque crebro usurpant indicativum pro subjunctivo. Sic in praesenti apud Plaut. *Nunc dicam, cujus jussu VENIO, & quamobrem venerim.* Adde Ter. Andr. Act. IV. sc. 1. vs. 26.

*- - - Ab nescis, in quantis malis verser miser,*
*Quantasque hic suis consiliis mihi CONFECIT sollicitudines.*

& Act. V. sc. 1. vs. 18.

51 Similiter Naso lib. Met. X. vs. 635.

*- - - Quod si felicior essem,*
*Nec mihi conjugium fata importuna negarent,*
*Unus ERAS, cum quo sociare cubilia vellem.*

Pro *Unus esses.*

52 Imitatur Maro. AEn. IV. perf. ind. pro plusquam perf. subj. utens.

*Si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,*
*Huic uni forsan POTUI succumbere culpae.*

Clarius Ovid. lib. V. Trist. el. 5, vs. 42.

Οὐδείς ἐστιν, ὅν τινα ὁ πεφενάκικεν, *nemo est quem non decepit*, pro *deceperit*, ubi πεφενάκικεν, pro ἂν φενακίσειεν, usurpavit [53].

Item Aoristum.

IV. In Aorist. Xenoph. ὑπομνημ. 2. Οὐδὲν πώποτε αὐτῇ οὔτε εἶπα, οὔτε ἐποίησα, ἐφ' ᾧ ᾐσχύνθη. hoc est, *Nihil unquam ei, vel dictum abs me, vel factum est, quo erubuit*, pro *erubuerit*. ubi ᾐσχύνθη posuit, pro ἂν αἰσχυνθείη.

Item futurum.

V. In Futuro saepissime, Aristoteles 8. Histor. Animal. Ἡ Κάμηλος, inquit, ἀπὸ τῶν ποταμῶν ὁ πίνει πρότερον, ἢ συνταράξει. id est, *Camelus e fluviis non bibit, antequam eos conturbabit*; pro ἂν συνταράξειε, vel συνταράξῃ, *conturbarit* [54].

Id quod apud Atticos frequentissimum est, etiam praecedente εἰ, significante, *si quidem*, *si modo*, *si tamen*. Quae loquendi ratio etiam Ciceroni mirum in modum placuit. Demosth. Olynth. 1. Εἴπερ τις ὑμῖν προσέξει τὸν νοῦν. *Si quis vobis mentem adhibebit*: quae locutio satis obscura, clarior erit, si resolvatur hoc modo, εἰ μέλλει τις ὑμῖν προσέχειν τὸν νοῦν, id est, *si quis de vobis cogitaturus est*: quod idem est, ac si diceretur, εἴπερ ἂν βούλησθε τοὺς ἄλλους ὑμῖν προσέχειν τὸν νοῦν, id est, *si alios vobis studere volueritis*.

Imperativ. per se posit.

VI. Imperativus apud Graecos nude usurpatur, ubi Latini praemittunt verbum, *noli*. Demosthen. passim, Μὴ γὰρ οἴεσθε. *Nec enim putatote*, id est, *nolite enim existimare*: ubi Graece barbarus esset, qui diceret, μὴ γὰρ οἴεσθαι βούλεσθε.

Imper. pro 2. pers. futuri indicat.

VII. Imperativo Poëtae nonnunquam utuntur, maximeque

*Haec igitur lux est: quae si non orta fuisset,*
*Nulla FUIT misero festa videnda mihi.*

Pro, *fuisset*. Et de Tullio Juvenalis, sat. X.

*Antoni gladios POTUIT contemnere, si sic omnia dixisset.*

Confer Virg. l. AEn. XI, vs. 112.

*Nec VENI, nisi fata locum sedemque dedissent.*

*Veni* pro *venissem*. Item Curt. IV, 9. 2.

53 In praeterito plusquam perfecto imitatus est idem Virg. AEn. II. vs. 55.

*Et, si fata Deum, si mens non laeva fuisset,*
*IMPULERAT ferro Argolicas foedare latebras.*

Pro, *Impulisset*. Item Horatius lib. II. od. 17, vs. 28.

*Me truncus illapsus cerebro*
*SUSTULERAT, nisi Faunus ictum*
*Dextra levasset, - - -*

54 Eodem modo Plaut. non semel, ut. *Illuc sursum ADSCENDERO, atque inde optime dispellam virum*. Pro, *adscendam*.

55 Si-

Digitized by Google

que in Aoristo, pro persona secunda futuri indicativi. Euripides, *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον*, pro *δράσεις*, id est, *scis ergo quid fac*, pro *quid facturus sis* [55].

[Et vice versa, secunda persona fut. indicativi saepe pro imperativo usurpatur: ut Matth. 15. 21. Οὐ φονεύσεις. *Non occides*, pro *μὴ φόνευσον*, *ne occidito*: sic apud Latinos, *valebis & salvebis*, *pro salve & vale*. Virg. AEneid. 2. — 2. pers. fut. indic. pro imper.

*Referes* ergo haec, & nuncius *ibis* Pelidae genitori [56].]

Imo & pro infinitivo apud Oratores. Demosth. Philipp. 1. [57]. Δεη- — Imper. pro infinit.

55 Similiter Plat. in Phaedro pag. 236, lin. 14. Τῶν δὲ λοιπῶν ἕτερα πλείω καὶ πλείονος ἄξια εἰπὼν τῶν Λυσίου, παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ ΣΤΑΘΗΤΙ. *In aliis si plura & digniora Lysiae oratione dixeris, juxta Cypselidas in Olympia de solido metallo stabis*. Eodem modo Virgilius Ecl. VII, vs. 35. de Priapo.

*Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,*
*Si foetura gregem suppleverit, aureus ESTO.*

Pro, *Eris*.

56 Cic. lib. V. ad fam. ep. 12, in fine. *Tu interea non cessabis, & ea, quae habes instituta, perpolies, nosque diliges. Vale.* Imo cum imperativo futurum conjungit Curtius, lib. VIII, c. 14. *Tu Antigenes, & tu Leonnate, & Tauron, INVEHIMINI in mediam aciem, & URGEBITIS frontem.* Mire quoque variat Virgilius lib. V. AEn. vs. 308. sed in 3. persona.

*Omnibus hic ERIT unus honos, tres praemia primi*
*ACCIPIENT, flavaque caput NECTENTUR oliva.*
*Primus equum phaleris insignem victor HABETO.*
*Alter Amazoniam pharetram, plenamque sagittis*
*Threiciis: lato quam circumplectitur auro*
*Baltheus, & tereti subnectit fibula gemma.*
*Tertius Argolica hac galea contentus ABITO.*

Habet hoc idioma magnam emphasin, si id fiat cum interrogatione. Ita Herodianus, lib. 2. cap. 1. Οὐ ΠΑΥΣΗι ἀνάξια σαυτοῦ καὶ τῶν προβεβιωμένων σοι λέγων; *Non desines?* i. e. *Quin desine indigna te & superiori tua vita dicere.* Confer quod dicetur infra Cap. VII, sect. 12, r. 3.

57 Pag. 16, lin. 32. Sed exemplum desidero clarius; nam participium δεηθεὶς, quod ad ipsum referatur, jam habet, nempe τουτωνί· neque dicit, κρίνατε τουτωνί, sed δεηθεὶς τουτωνί: id, quod precatur, est τουτωνί, quod mox, quasi repetita de integro sententia, explicat, κρίνατε καὶ μὴ προλαμβάνετε. Neque facile potuit dicere δεηθεὶς τουτωνὶ κρίνειν, nisi ante τὸ κρίνειν per repetitionem subaudito participio δεηθείς. Contra infinitivum pro imperativo usurpari, docebitur sect. seq. R. 9.

 58 Est

Δεηθεὶς ὑμῶν τοτοῦτον, ἐπειδὰν ἅπαντα ἀκούσητε, κρίνατε, μὴ πρότερον προλαμβάνετε, id est, *Id a vobis unum precatus, ut auditis solum omnibus, judicium feratis, nullumque praejudicium afferatis.* ubi, κρίνατε, pro κρίνειν, & προλαμβάνετε, id est, προλαμβάνειν.

Optat. pro Indicativo. VIII. Optativus Attice vicissim pro Indicativo passim usurpatur, quod praecipue Xenophonti placuit: ut 2. histor. Graec. Λύσανδρος ἐκ Φιλοκλέα πρῶτον ἐρωτήσας, ὃς τοὺς Ἀνδρίους κατακρημνίσειε, τί εἴη ἄξιος παθεῖν, &c. id est, *Lysander cum ex Philocle, qui Andrios & Corinthios praecipites egerat, quaesisset, qua poena dignus esset* &c. ubi κατακρημνίσειε, pro indicativi plusquam perfecto κατεκεκρημνίκει, posuit.

Sic Plato, in Protagora, Ἔλεγες ὅτι Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις. ubi πέμψειε, pro ἔπεμψε, id est, *A Jove dicebas immissam hominibus justitiam fuisse:* Atque hic usus crebrior est, praecedente una ex sequentibus particulis ὅς, ὅσπερ, ὅτις, ὅσαι, ὅτε, ὅτι, & ὡς. Exempla passim obvia [58].

Subjun, & opt. sine ἄν. IX. De Subjunctivo pauca haec notanda. Primum est, ἂν in subjunctivo saepius, quam in optat. praetermitti, ut, Οὐκ οἶδα, ὅ, τι τῷ λόγῳ χρήσωμαι, καὶ ποῖ τράπωμαι. *Nescio, quid dicturus sim, aut quam in partem me conversurus.* Sic ὅτα βούλῃ, pro ἂν βουληθείης, *quaecunque volueris.* Praetermittitur tamen etiam cum optativo, ut reg. superiori, τί εἴη ἄξιος παθεῖν, pro τί ἂν εἴη.

Subjun. sine ὅπως, ἵνα, ὡς. X. Secundo, ὅπως, vel ἵνα, vel ὡς non raro, subauditur in subjunct. Chrysost. 2. de Fato, Ἑτέρως λυμήνηται, πείθειν ἐπιχειρῶν. pro ὅπως ἂν λυμήνηται, id est, *Aggressus ei suadere, ut alia quadam ratione noceret* [59].

Subjun. pro fut. indic. XI. Tertio, per sese aliquando sumitur pro futuro indicativi, ut, τι λέγω; pro λέξω, *quid dicam?* & βούλει εἴπω; *vis dicam* [60]?

SECT.

58 Est & ubi Optativus pro imperativo ponitur, comitante particula ἄν. Ita Sophocl. Electr. vs. 1498.

Χωροῖς ἌΝ εἴσω σὺν τάχει.

*I statim intro.*

Triclin. Schol. Εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ ἔσθ' ὅτε τὰ προστακτικὰ δυνατικῶς φέρειν....

59 Sic apud Ovid. lib. met. IX, vs. 734.

*Velim nulla forem* - - -

60 Diserte aor. α'. subjunctivi pro futuro indicativi utitur Joannes, Apocal. cap. 2. Ὁ νικῶν οὐ μὴ ἈΔΙΚΗΘΗῙ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου. *Qui vincit nequaquam laedetur a morte secunda.* Pro ἀδικηθήσεται. Confer Euang. Luc. cap. VIII, com. 17.

Ου

Ὀυ γάρ ἐςι κρυπτὸν, ὃ ὀ φανερὸν γενήσεται· ὀδὲ ἀπόκρυφον, ὃ ὀ γνωσθήσεται, καὶ εἰς φανερὸν ἘΛΘΗι. pro ἐλεύσεται. *Nibil enim est occultum, quod non fiet manifestum: nibil absconditum, quod non innotescet & propalam fiet.* Adde Joann. VIII, 51. & priorem Petri epist. cap. II, 6.

# SECTIO III.

## *De idiotismis Infinitivi, & temporum quorundam propriis.*

### REGULA I.

De Infinitivo pluscula sunt observatione digna. Primo, interdum a Genitivo ad accusativum eo in modo transitus fit. Isocrates cum dixisset, Δεόμεθα ὑμῶν μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι, addit ἐνθυμηθέντας, pro ἐνθυμηθέντων. *Vos obsecramus, ut cum benevolentia audiatis, cogitantes*, &c. Vide c. 3. de Nomine, Sect. 1. Reg. 1. Cum accusat. pro al. casu.

II. Secundo, nominativum in eodem modo, pro accusativo ab Atticis usurpari, etiam cum ὡς, & ὥςε: Xenoph. de Socrate, Ὥςε πάνυ μικρὰ κεκτημένος, πάνυ ῥαδίως ἔχειν ἀρκοῦντα. ubi κεκτημένος, pro κεκτημένον, id est, *Cum valde pauca possideret, facile tamen iis contentus esset.* Demosthen. cum artic. neutro nominativum etiam conjungit: ut pro Coron. Σεμνύνομαι, ὀ τῷ γραφεὶς ἀποφυγεῖν. *Glorior, non quod ab accusatione absolutus fuerim.* Infinit. cum nomin. & accusat.

Rarius etiam, quod ibid. sequitur, cum eod. artic. Τὸ μὲ μυριάκις μυρίους κεκηρύχθαι παραλείπω, καὶ τὸ πολλάκις αὐτὸς ἐςεφανῶσθαι πρότερον· id est, *Mitto infinitos centies proclamatos esse, ac me ipsum antea saepius coronatum.* ubi licet accusativus μυρίους praecesserit, sequitur tamen τὸ αὐτὸς ἐςεφανῶσθαι, pro τὸ ἐμαυτόν [61]. Contra etiam accusativus pro nominativo ele-

61 At Pronomen αὐτὸς, reciprocationem significans, hoc sibi peculiare habet. Herodot, Erat. cap. 57. Εἶπε φάς, ΑΥΤΟΣ μὲ ἀμφοτέρων ἤδη πεπειρῆσθαι, κεῖνον δὲ, ὀ. *Dixit, se utrumque expertum esse, illum autem, non.* Atque hoc non rarius, sed toties fieri videbis, quoties diversitas personarum, diversos casus exigit: nec apud Atticos solum, sed & reliquos Graecos, ut ex Herodoti exemplo liquet. Nam persona quae-

eleganter ponitur, cum aliquem citamus, ac fere cum particula δὴ, vel γε, ut, φασὶ δὴ, vel γε τὸν Πλάτωνα, id est, φησὶ γοῦν ὁ Πλάτων, *ut quidem ait Plato.*

Infinit. pro supin. act. III. Tertio, usurpatur hic modus, ubi Latini supino activo utuntur; ut, ἥκουσιν ἀσπάζεσθαι, *veniunt salutatum*: Qui Gallorum etiam idiotismus est, *ils viennent saluer* [62].

Infinit. pro sup. pass. IV. Quarto etiam pro supino passivo ponitur infinitivus activus, καλὸς ἰδεῖν, id est, *pulcher videre*, id est, *visu* [63]; quod

quaelibet reciprocationem, vel ad proxime praecedentem casum relationem nullam habens, in quarto casu ponitur; Quae autem ad proxime praecedentem personam refertur, in primo casu ponitur, ut apud Xenoph. de Instit. Cyri lib. II, pag. 42, lin. 9. Ἀκούσαντες δὲ οἱ Πέρσαι ἐνόμισαν, εἰ παρακαλούμενοι, ὩΣΤΕ τὰ ὅμοια ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΕΣ τῶν αὐτῶν ΤΥΓΧΑ΄ΝΕΙΝ, μὴ θελήσουσι ταῦτα ποιεῖν, δικαίως ἂν διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἈΜΗΧΑΝΟΥ͂ΝΤΕΣ ΒΙΟΤΕΥ΄ΕΙΝ. *His auditis, Persae putarunt, si vocati, ut similia facientes* (sive *simili labore*) *eadem praemia consequerentur, nollent haec facere, merito omne aevum se inopia rerum transacturos esse.* Quae differentia unde clarius liquet, nisi in duobus praemissis ex Demosthene & Herodoto exemplis? Nam primum ex Xenophonte exemplum, quod extat lib. I. Memorab. pag. 711. nihil aliud docet, quam posse Nominativum Infinitivo praemitti etiam post ὡς vel ὥστε. Hanc super personarum differentia observationem miror effugisse Vigerum, cum ex secundo Demosthenis loco eam doceri potuerit; in quo & diversae & ejusdem personae concurrit exemplum: nam ubi de aliis loquitur, μυρίους nominat in quarto casu; ubi vero de se, αὐτὸς dicit in primo. Quae personarum differentia nisi observatur, σολοικίζει ὁ λόγος.

62 Nec tantum nostrates totidem verbis: Zy komen groeten: sed imitantur & hoc aliquando inter Latinos inprimis Poëtae. Virg. AEn. 1. vs. 531.

*Non nos, aut ferro Libycos POPULARE penates*
*Venimus, aut raptas ad litora VERTERE praedas.*

Est & singularis aoristi β' verbi βαίνω usus apud Poëtas cum infinitivis verborum motum significantium. Ita Hom. Il. δ' vs. 199.

ΒΗ͂ δ' ἸΈΝΑΙ κατὰ λαὸν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.

*Incedebat autem ambulans per populum Achivorum aere loricatorum.* Et Il. λ. vs. 606.

ΒΗ͂ δὲ ΘΕ΄ΕΙΝ παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν.

Nos quoque satis feliciter: Hy ging wandelen. Hy ging loopen.

63 Aliquando, mutatis voci-

quod & Galli dicunt, *beau à voir: & beau voir.* Lucianus ait paludem, βαθεῖαν τοῖς ποσὶ διαβαίνειν, verbatim, *profundam superare pedibus*, id est, *profundiorem, quam ut commode a pedite trajici posset.*

V. Quinto, cum gignendi casu articuli ponitur, praecedentibus, ἐν καλῷ, καλλίστῳ, δέοντι, δικαίῳ, προσήκοντι, & similibus: ut, ἔστιν ἐν καλῷ τοῦ ποιεῖν, verbatim, *est in bono faciendi*, id est, *commodum fuerit hoc facere.* Sic, *optimum factu id fuerit*, ἐν καλλίστῳ τοῦ ποιεῖν τοῦτο γένοιτ' ἄν. Infinit. cum genit. artic.

VI. Sexto, pro participiis impersonalibus [64], vel indicativo, Infinit. pro part. imperson.

. . . εἶδος, Latini vertunt per adjectivum & substantivum. Sic apud Plat. in Phaedro pag. 253. Λευκὸς ἰδεῖν. *Albo colore.* Et apud Oppian. Halieut. lib. I, vs. 156. Ξανθὸς ἰδεῖν. *Flavo colore* piscis. Optime expressit Horatius, nisi quod ille *videri* pro *videre* dicat, lib. IV. od. 2.

*Qua notam duxit, NIVEUS VIDERI,*
*Caetera fulvus.*

64 Vel pro Participio Personali, i. e. quod refertur ad praecedentem personam, qua in occasione frequentissimi sunt Infinitivi verborum, quae similandi significationem habent. Ita Lucian. Dem. Encom. pag. 913. Εἰ καὶ μηδὲν ὁ Πύθων πρὸς αὐτὸν, οἱ δὲ Ἀττικοὶ ῥήτορες, παιδιὰ ΠΑΡΑΒΑΛΛΕΙΝ τῷ τούτου κρότῳ. Sic enim Latini: *Quanquam Python cum hoc collatus nullus erat, & oratores Attici ludus, collati cum hujus actione.* Addatur Plato Hipp. Maj. pag. 289. Πιθήκων ὁ κάλλιστος, αἰσχρὸς ἄλλῳ γένει ΣΥΜΒΑΛΕΙΝ. καὶ χυτρῶν ἡ καλλίστη, αἰσχρὰ παρθένων γένει ΣΥΜΒΑΛΛΕΙΝ. *Simius pulcerrimus turpis est, si cum alio animantium genere conferatur; & ollarum pulcerrima turpis, si quis eam cum virginum genere comparat.* Ubi συμβάλλειν & συμβαλεῖν pro Participio, vel pro ἄν τις συμβάλλῃ, ut loquitur paulo post. Τὸ τῶν παρθένων γένος θεῶν γένει ἊΝ ΤΙΣ ΣΥΜΒΑΛΛΗι, οὐ ταὐτὸν πείσεται; *Virginum genus si quis cum Deorum genere comparet, nonne idem accidet?* Atque idem rursus nostrates admodum ἰδιολόγως. De Atheensche redenaars zijn maar kinderspel / te vergelijken by &c. Non absimili modo adhibitum invenies infinitivum εἰκάσαι apud Philostr. Icon. lib. II. in Arrich. Γέγραπται ὁ ἀὴρ ἀποπνίξας, νεκρῷ ΕἸΚΆΣΑΙ. *Pictus est hic quidem [adversarium] suffocans, mortui instar.* Pro Indicativo cum ὡς, vel simili hoc modo frequentes sunt Infinitivi εἰπεῖν & φράσαι. Et συνελόντι εἰπεῖν vel φράσαι est, *Ut breviter simpliciterque dicam*, apud Dem. Phil. I. pag. 15. & ad Philipp. ep. pag. 66. Sic, τό γε ἀληθὲς εἰπεῖν, *ut ingenue dicam, ut vera dicam.* Vide Aristid. pro Quatuorv. pag. 311.

Prae-

tivo, cum ὡς aut simili: ut ἐμοὶ, vel ἔμοιγε δοκεῖν, pro ἐμοὶ δοκοῦν, vel ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, *ut mihi quidem videtur.*

Infinit. pro gerun. in *dum.* VII. Septimo, usurpatur etiam pro gerundiis in *dum*, ut, δίδωμί σοι χρήσασθαι τὸ βιβλίον, *librum tibi commodo*, verbatim, *do tibi uti librum* [64], quod & Latini Poëtae imitati

Praemittitur & Infinitivo Accusativus, qui Nominativi vim habet. Herod. Thal. cap. 82. Ἐνὶ δὲ ἔπει πάντα ΣΥΛΛΑΒΟΝΤΑ ΕἸΠΕΙ͂Ν. *Ut omnia in unum colligens dicam.*

At μικροῦ δεῖν, ὀλίγου δεῖν, absolute ponuntur pro *Propemodum.* Lucian. Καταβαλον γοῦν, μικροῦ δεῖν. *Parum absfuit, quin abjecissem.* Ita orationem in Philipp. incipit Demosthenes. Πολλῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λόγων γινομένων, ὈΛΙΓΟΥ ΔΕΙ͂Ν καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν. *Quum multa, o viri Atbenienses verba fiant, fere in singulis concionibus.* Infinitivus ille etiam per Ellipsin intelligitur. Vide Nostrum Cap. III, Sect. 7, Reg. 11. Contra dicunt πολλοῦ δεῖν absolute pro ἥκιστα. V. G. Ὃ, ΠΟΛΛΟΥ͂ ΔΕΙ͂Ν, εἴποι τις ἄν. *Quod multum abest, ut quis dicat.* i. e. *Quod nequaquam ab aliquo concedetur.* Quod etiam non minus eleganter ita efferunt: Ὃ οὐκ ἂν εἴποι τις, ΟὐΔΕ ἘΓΓΥ͂Σ. *Quod nemo dixerit, neque prope.* q. d. *Non prope adest, sive multum abest, ut &c.* Vid. infra VII, 13. 18. Aliquando non minus scite mutua fit modorum permutatio, ut Infinitivus δεῖν abeat in modum finitivum, sequens autem Verbum Infinitivum adsumat. Demosth. pro Rhod. pag. 79. Ὀλίγου δὲ δέω λέγειν. Verbatim: *Parum absum dicere.* pro, *Parum abest, quin dicam.* Addo locum ex Thucydide, lib. II, cap. 77. Τῆς Πλαταιέας τἄλλα διαφυγόντας ἘΛΑΧΙ͂ΣΤΟΥ ἘΔΕΉΣΕ ΔΙΑΦΘΕΙ͂ΡΑΙ. *Absumsit (ignis scil.) propemodum Plataeenses, qui caetera effugerant.* Haec constructio manet etiam in Participiis. Sic Plut. in Dem. pag. 849. Ὀδυρομένου δὲ τοῦ Δημοσθένους πρὸς αὐτὸν, ὅτι πάντων φιλοπονώτατος ὢν τῶν λεγόντων, καὶ ΜΙΚΡΟΥ͂ ΔΈΩΝ ΚΑΤΑΝΗΛΩΚΈΝΑΙ τὴν τοῦ σώματος ἀκμὴν εἰς τοῦτο, χάριν οὐκ ἔχει πρὸς τὸν δῆμον. *Querente apud eum Demosthene, quod cum omnium oratorum esset laboriosissimus, & fere consumpsisset in studiis corporis vigorem, populo placere non posset.* Caeterum, ut hoc obiter moneam, pro μικροῦ ἰδέησεν, etiam eleganter dicunt, μικρὸν ἀπέλιπε, sequente itidem infinitivo. Idem in V. Caesaris p. 719. ΜΙΚΡῸΝ ἈΠΈΛΙΠΟΝ ἩΡΗΚΈΝΑΙ κατὰ κράτος. *Parum abfuit, quin vi expugnaverint.*

65 Ita AElian. V. H. lib. IX. cap. 16. ἜΔΩΚΕΝ αὐτῇ προῖκα ἜΧΕΙΝ τὰ ἔπη τὰ Κύπρια. *Dedit illi dotem habere carmina Cypria.*

66 Aen.

Digitized by Google

tati sunt, ut Virgilius cum ait [66], *Magnum dat ferre talentum.*

VIII. Octavo, cum particula ὡς sumitur pro indicativo, tam praesenti, quam praeterito: ut, Ὡς ἰδεῖν τ ἐχθρόν. verbatim, *Ut vidisse inimicum*, id est, ὡς εἶδεν, *ut vidit.* Infinit. cum ὡς pro indicat.

Nono, interdum subauditur, ex sola dictionis consequentia intelligendus. Demosthen. Olynth. 3. [67] Οὔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τούτους, οὔθ' οὗτοι Φίλιππον. id est, *Neque Philippus eos audebat, neque illi Philippum*; supp. *lacessere.* Infinit. subauditur.

IX. Decimo, cum *mandata dantur*, vel *leges feruntur*, aut *a legibus praescripta denuntiantur*; infinitivus fere usurpatur pro subjunctivo, vel optativo cum ὅπως, vel ὡς, aut simili partic [68]. Exempla passim. Demosthen. pro Coron. Τὸ ψήφισμα τοῦτο γράφω πλεῖν ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ᾖ Φίλιππος. id est, *Hoc decretum edo, navigare ad ea loca*, (id est, *ut navigaretur*) *in quibus Philippus esset* [69]. Infinit. cum ὅπως, vel ὡς pro subjunct. vel optat.

X.

66 Aen. V, vs. 248. Confer vs. 262, 307, & 538. lib. IX, vs. 362. *Ille suo moriens DAT HABERE nepoti.*

67 Pag. 10, lin. 21.

68 Vel pro imperativo, quae locutio Atticis propria est, ut ex Aristophanis Avibus probat Moeris in voce λαμβάνειν. Ἐὰν τις ἀποκτείνῃ τύραννον, τιμὰς ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ. *Si quis tyrannum occiderit, praemium habeto.* Quae locutio Atticis propria est.

69 De infinitivo post verbum finitum sequente haec observatione digna visa sunt.

I. Ubi apud Latinos post verbum finitum infinitivus sequitur, praecedente quarto casu, ibi apud Graecos, praeterquam quod fere ὅτι vel ὡς usurpant, infinitivus, dissimulato accusativo. Plat. in Gorg. pag. 486. Νῦν γὰρ, εἴτις σοῦ λαβόμενος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι, ΦΑΣΚΩΝ ἈΔΙΚΕΙ͂Ν. pro, σὲ ἀδικεῖν. *Nunc enim, si quis te comprehensum, vel alium quempiam, in vincula conjiciat, dicens, te injuriam fecisse.* Imitantur tamen Poëtae Latini hunc loquendi morem. Ita enim Virgilius lib. AEn. II, vs. 25.

*NOS ABIISSE, rati, & ventis petiisse Mycenas.*

supple *eos.* Confer lib. IX. vs. 354.

*Sensit enim nimia caede atque cupidine ferri.*

scil. *se & Euryalum.*

II. Quod si ad praecedentem personam per reciprocationem relatio fit, pro accusandi ante infinitivum, nominandi casum invenies. Idem Plat. in Phaed. pag. 90. Οἴονται ΣΟΦΩΤΑΤΟΙ γεγονέναι. *Arbitrantur se sapientissimos evasisse.* Hic etiam quandoque Graecissant Latini, imprimis Poëtae. Horat.

UXOR

Digitized by Google

Imperf. pro Aoristo. X. Jam, ut de temporum aliquot Idiotismis dicamus: Primum quidem, Imperfectum, praeter illud, quod in conjunctione ἂν, infra monebimus, saepe pro aoristo sumitur, & cum eo simul conjungitur. Demosthen. passim, ut, Ἐχθρῷ τε προσεφέρετο πικρῶς, καὶ πολλὰ κακὰ αὐτὸν ἐποίησεν. ubi προσεφέρετο cum ἐποίησε conjungitur, id est, *acerbe inimico usus est, ac multis eum affecit calamitatibus.*

XI.

*UXOR invicti Jovis esse nescis.*

Pro, *te esse uxorem.* Deprehenditur hoc clarius, ubi & reditio est ad eandem personam, & transitio ad aliam. Sic apud Isocratem contra Sophistas, pag. 577. Οἰόμενοι, ΑΥΤΟΙ τε θαυμασθήσεσθαι, καὶ ΤΗΝ ΠΑΙΔΕΥΣΙΝ τὴν τῶν λόγων πλείονος ἀξίαν δόξειν εἶναι. *Rati, & se ipsos in admiratione futuros, & institutionem oratoriam majori pretio dignam visum iri.*

III. Pro Infinitivo quandoque Participium ponitur. Herod. Clio cap. 131. Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσι ΧΡΕΩΜΕΝΟΥΣ. *Persas autem novi talibus legibus utentes.* Pro, *uti.* Cum autem manetur in eadem persona, pro accusativo nominativum invenies. Vide nostrum infra Cap. VI, Sect. I. reg. 13. & nos ibidem.

IV. Infinitivo cum Accusativo utuntur (sed rarius) Graeci, pro Nominativo cum Verbo, & ab oratione recta ad obliquam temerarius fit transitus. Herodotus: Τῷ δὴ (ὡς αὐτός τε ἔλεγε Φειδιππίδης, καὶ Ἀθηναίοισι ἀπήγγελλε) περὶ τὸ Παρθένιον ὄρος τὸ ὑπὲρ Τεγέης ὁ Πὰν περιπίπτει. Hactenus oratione recta, sequitur: ΒΩΣΑΝΤΑ δὲ τοὔνομα τοῦ Φειδιππίδεω τὸν Πᾶνα, Ἀθηναίοισι κελεῦσαι ΑΠΑΓΓΕΙΛΑΙ &c. *Huic Phidippidi (ut ipse retulit & Atheniensibus narravit) circa Parthenium montem, qui est supra Tegeam, Pan fuit obvius. Compellatoque Phidippidis nomine Pana jussisse nunciari Atheniensibus.* pro *Pan jussit.* Structuram mire variat Pausanias in Corinth. pag. 133. ΑΡΕΣΘΑΝΑΣ δὲ, ὡς ἀριθμὸν οὐχ εὕρισκεν ὁμολογοῦντα τῶν αἰγῶν, καὶ ὁ κύων ἅμα ἀπεστάτει τοῦ ποίμνης, οὕτω ΤΟΝ ΑΡΕΣΘΑΝΑΝ ἐς πᾶν φασιν ΑΦΙΚΝΕΙΣΘΑΙ ζητήσεως, ΕΥΡΟΝΤΑ δὲ ΕΠΙΘΥΜΗΣΑΙ τὸν παῖδα ἀνελέσθαι, καὶ, ὡς ἐγγὺς ἐγένετο, ἀστραπὴν ΕΙΔΕΝ ἐκλάμψασαν ἀπὸ τοῦ παιδός. ΝΟΜΙΣΑΝΤΑ δὲ εἶναι θεῖόν τι, ὥσπερ ἦν, ΑΠΟΤΡΑΠΕΣΘΑΙ. *Aresthanan ajunt, ut caprarum numerum non convenire, & canem insuper a reliquo grege abesse vidit, diligentissime perscrutatum fuisse omnia, inventum autem puerum voluisse tollere, &, simulac propius accederet, fulgur vidisse a puero effulgens: Divinumque quiddam id esse existiman-*

XI. Aoristum utrumque [69] aut praesentis saepe significationem habet, aut per verbum *soleo* reddi debet, tam apud Oratores, quam apud Poëtas. Demosthen. Olynth. 2. Μικρὸν πταῖσμα ἀνεχαίτισε, καὶ διέλυσε πάντα. id est, *Exigua belli offensio cuncta saepe retro flectere solet, atque dissolvere.* Sic, ὡς τὸ πλεῖστον, τὸν παράβουλον ὁ σύννους ἐκράτησεν. *Ut plurimum cogitabundus praecipitem superavit*, id est, *superat*, aut *superare solet.* Quod etiam in Perfecto locum habet interdum, tametsi rariorem.

Aorist. pro praesenti.

[Per Enallagen Atticam saepe usurpatur Aorist. primus vel secundus pro praesenti: exempla nonnulla ex Isocratis paraenesi, quod familiarius pueris in scholis innotescat, subjiciam.

Καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε· τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. ubi διέλυσε pro διαλύει. & ἐξαλείψειεν pro ἐξαλείφει. Idem paulo post: ὅσοι γὰρ τοῦ βίου ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν, οὗτοι μόνοι τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἠδυνήθησαν, ἧς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, οὐδὲ βεβαιότερόν ἐστι. Κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε. Πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν. ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε,

Aor. primus vel secundus pro praesenti. Διέλυσε. ἐξαλείψειε. ἐπορεύθησαν. ἠδυνήθησαν. ἀνάλωσεν. ἐμάρανε, ὠφέλησεν. ἔβλαψε.

*mantem, sicut erat, retrocessisse.* Haec tamen & similia apud Herodotum & Pausaniam tironibus magis intelligenda sunt quam imitanda.

70 Frequentius tamen Aoristum primum. Aoristum secundum hunc fere usum obtinet, cum verbum hoc tempore vel omnino caret, vel in eo raro usurpatur, vel denique in carmine. Exemplum habet Homerus, Il. Π.

Ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος
ἠέ περ ἀνδρῶν,
Ὅς τε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ
καὶ ἈΦΕΊΛΕΤΟ νίκην
Ῥηϊδίως. - - -

*Sed semper Jovis consilium praevalet humano, qui etiam fortem virum terret, eique facile victoriam aufert, vel, auferre solet.*

Et apud Theogn. vs. 640.

Πολλάκι παρ δόξαν τε καὶ ἐλπίδα
γίγνεται εἶναι
Ἔργ' ἀνδρῶν· βουλαῖς δ' οὐκ
ἘΠΈΓΕΝΤΟ τέλος.

*Saepe fit, ut praeter opinionem & spem res humanae eveniant: consilia vero* [*optatus*] *finis non sequitur.* Confer Hom. Il. E, vs. 770. Theogn. vs. 202. & 216. AEl. V. H. l. 1, c. 10. Quin, deficiente utroque aoristo, imperfectum hunc usum praestare, docemur ex eodem libr. c. 7. ἮΣΑΝ ἄρα οἱ σῦς οἱ ἄγριοι ἰατρικῆς οὐκ ἀπαίδευτοι. *Sunt sues agrestes medicinae non imperiti.* & cap. 11. ἮΣΑΝ δ' ἄρα μαντικωτάτων ζώων καὶ μῦες. *Sunt etiam mures inter animalia vaticinandi peritissima.* Confer Theogn. vs. 208.

71 Non

ἐκόσμησε. ἐπεσκότησεν.

ψε, καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων ἐκόσμησε, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσκότησεν. ubi ἐπορεύθησαν pro πορεύονται *ingrediuntur*. ἠδυνήθησαν, (pro ἐδυνήθησαν est Atticorum more, ε in η mutato) ponitur pro δύνανται *possunt*. Illud praeterea observandum τὸ ἠδυνήθησαν in forma passiva activam habere significationem. ἀνάλωσεν, ἀορ. α'. pro ἀναλίσκει *consumit*. ἀνάλωσα vero sine augmento pro ἀνήλωσα, & per metathesin ἀνάλωσα: sicut & praet. ἀνάλωκα sine augm. pro ἀνήλωκα, & per metathesin ἀνάλωκα. ἐμάρανε ἀορ. β'. pro μαραίνει *marcescere facit*. ὠφέλησεν. ἀορ. α'. pro ὠφελεῖ. *prodest*. ἔβλαψε ἀορ. α'. pro βλάπτει *nocet*. ἐκόσμησε ἀορ. α'. pro κοσμεῖ *ornat*. ἐπεσκότησεν ἀορ. α'. pro ἐπισκοτεῖ *tenebras offundit*. Notavit hoc Servius ad illud Virg. AEn. 6. v. 78.

*—— magnum si pectore posset*
*Excussisse deum. ——*

*Excussisse* inquit pro *excutere*. Tempus pro tempore. Matth. 3. 17. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Hic est filius meus dilectus, in quo *acquiesco*: εὐδόκησα, Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ εὐδοκέω [71].

Ali-

71 Non tamen, prout cuique lubitum fuerit, promiscue in omnibus occasionibus ita agendum censeo, ut aoristus pro praesenti adhibeatur, nec licere dicere ᾠκοδόμησα pro οἰκοδομέω: sed hic, ubi indefinita plane temporis est significatio, & praesertim cum generaliter loquimur de persona vel re, quae ita agere vel agi *solet*; per quod verbum etiam Latini vertere possunt. V. C. in illo Platonis Phaedro pag. 232. in fine. Καὶ μὴν δὴ τῶν ἐρώντων πολλοὶ πρότερον τοῦ σώματος ἘΠΕΘΎΜΗΣΑΝ, ἢ τὸν τρόπον ἜΓΝΩΣΑΝ. *Quin etiam ex amantibus multi corpus expetunt h. e. expetere solent, prius quam mores cognoverint.* Et hinc magnam lucem mutuatur locus ille modo ex Matth. citatus. Nam: *Hic est filius meus dilectus, in quo* εὐδόκησα *acquiesco* vel *acquievi*, perinde est ac si dixisset Deus: *in quo ego ab aeternitate usque acquiescere soleo, acquiesco, & in aeternitatem acquiescam.* In Deo enim praeterita, praesentia vel futura ne punctum quidem temporis efficiunt. Commodissimum itaque hoc tempus est, quum vel de aeterno Numine sermo est, vel divinitus oracula eduntur, in quibus nec apud Latinos certi temporis habetur ratio; id quod testantur tot prophetarum dicta, qui de futuris tanquam praesentibus & praeteritis loquuntur: quae consuetudo etiam apud auctores profanos servatur. Sic triplex tempus adhibetur in vaticinio illo Chironis apud Horatium Epod. 13. ubi Achilli alumno haec canit:

*Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi*

*Fin-*

Digitized by Google

*Findunt Scamandri flumina,*
*Lubricus & Simois:*
*Unde tibi reditum certo subtemine Parcae*
*RUPERE: nec mater domum*
*Caerula te REVEHET.*
*Illic omne malum vino cantuque LEVATO*
*Deformis aegrimoniae*
*Dulcibus alloquiis.*

Et in his quidem casibus aoristus neque praesentis significationem habet, neque per verbum *soleo* reddi potest, sed indeterminato tempore etiam futurum continetur: nam dantur loci, in quibus neque per praesens, neque per verbum *soleo*, sed per futurum reddi debet, ita tamen, ut infiniti temporis significatio non perdatur; itaque in versione commode adverbium *semper* additur, aoristi Graecorum naturam aliquatenus referens. Utriusque aoristi per futurum explicandi exemplum occurrit apud Epict. c. 59. Ἂν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τὶ πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἨΣΧΗΜΌΝΗΣΑΣ, καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, ΠΑΡΈΛΙΠΕΣ. i. e. *Si quando supra vires personam susceperis, & ipsam non sustinebis, &, quam sustinere potuisses, semper negliges.* Ubi ἠσχημόνησας & παρέλιπες, neque per praesens satis commode, neque per verbum *soleo* redditur. Similiter in Euang. Joann. c. XV, com. 6. Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἘΒΛΉΘΗ ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἘΞΗΡΆΝΘΗ. *Nisi quis manserit in me, ejicietur extra ut palmes, & arescet.* Videntur & hoc Graecorum idioma imitari fuisse conati poëtae Latini, praeterito perfecto pro Aoristo ά usi. Ita enim Lyricorum Princeps, lib. I. od. 34. in fine:

\- - - *Hinc apicem rapax*
*Fortuna cum stridore acuto*
*SUSTULIT; hic posuisse gaudet.*

h. e. *solet tollere.* Plurimus in hoc est Virgilius, quem vide lib. AEn. V, vs. 145.

*Non tam praecipites bijugo certamine campum*
*CORRIPUERE, ruuntque effusi carcere currus:*
*Nec sic immissis aurigae undantia lora*
*CONCUSSERE jugis.*

Et lib. XI, vs. 810.

*Ac velut ille, priusquam tela inimica sequantur,*
*Continuo in montes sese avius ABDIDIT altos,*
*Occiso pastore, lupus, magnove juvenco*
*Conscius audacis facti, caudamque remulcens*
*SUBJECIT pavitantem utero sylvasque PETIVIT.*

Conf. lib. II. Georg. vs. 124. lib. III, vs. 197, 378, 459. lib. IV, 213. AEn. X, 804. & XII, 588. Explicat se probe Horatius lib. II, od. 13.

\- - - *Improvisa lethi*
*Vis RAPUIT RAPIETque gentes.*

Similiter Aoristo ά addit praesens Plato in Phaedro pag. 277, lin. 35. Εἴτε Λυσίας ἤ τις ἄλλος πώποτε ἜΓΡΑΨΕΝ ἢ ΓΡΆΦΕΙ. *Sive Lysias, sive quis alius unquam scripsit aut scribit.*

Praes. pro futuro. Aliquando praesens pro futuro ponitur. Eurip. in Hecuba [72].

Ποῖαν ἢ ταθῶν ἢ κεῖναι
Στείχω; ποῖ δ' ἥσω;
*Quo an hac an illac*
*Ibo? Quo sedebo?*

Hic στείχω pro στείξω. Joan. 16, 17. Μικρὸν καὶ οὐ θεωρεῖτέ με. καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ἐγὼ ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα. ubi θεωρεῖτε pro θεωρήσετε, & ὑπάγω pro ὑπάξω [73].

Praet. pro praesenti. E contrario Praet. pro praesenti. Demosthen. pro Coron. Οἰκοδομῆσαι τοὺς προγόνους ἡμῶν ταῦτα τὰ δικαστήρια ὑπείληφα. *Majores nostros existimo istas curias aedificasse.* hic ὑπείληφα ἀντὶ τοῦ ὑπολαμβάνω ponitur [74]. Isocr. ad Demonic. statim ab initio: Πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν, &c. pro λαμβάνουσιν [75].

Praet. pro futuro. Praeteritum aliquando pro futuro ponitur Hesiod. ἔργ. 334.

Ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.
*Pro operibus iniquis gravem exhibebit talionem.*

Ἐπί-

72 Praeter hunc locum, aliorum etiam multam turbam congesserunt doctissimi viri Wasse & Dukerus ad Thucyd. lib. II. cap. 44. init. Confer I Thessalon. c. V, II. Marc. XIV, 25.

73 Latini quoque, interdum praesenti pro futuro utuntur. Sic apud Ter. in Phorm. 2, 4, 7.

*Quid AGO? Dic Hegio.* ---

Pro, *Quid agam?* Et in Eun. 2, 3, 46. *Cras EST mihi judicium.* Pro, *Erit.* Idem in Phorm. III, 2, 47. *Cras mane argentum mihi Miles DARE se dixit.* pro, *daturum esse.* Et Horat. lib. I. ep. 5 vs. 9.

- - - *Cras nato Caesare festus*
*DAT veniam somnumque dies.* - - -

74 Atque hoc quidem toties hoc verbum patitur, ut ipsi fere peculiare videatur. Est tamen ubi Demosthenes praesenti tempore utitur. Videatur epistola quarta pag. 118. lin. 33. Ἐγὼ τὴν πόλιν τὴν ὑμετέραν εὐτυχεστάτην πασῶν πόλεων ὑπολαμβάνω. *Ego urbem vestram fortunatissimam omnium urbium existimo.*

75 Eodem modo Πεφόβημαι pro φοβοῦμαι apud Thucyd. lib. I. cap. 144. Μᾶλλον γὰρ ΠΕΦΟΒΗΜΑΙ τὰς οἰκείας ἡμῶν ἁμαρτίας, ἢ τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας. *Magis enim metuo domestica nostra peccata, quam adversariorum consilia.* Similiter cognatum verbum δέδοικα pro δείδω apud Theogn. vs. 38. - - - Δέδοικα δὲ μὴ τέκῃ ἄνδρα. *Timeo, ne virum sit paritura.* Et ἤλπικεν pro ἐλπί-

Digitized by Google

['Επέθηκεν hic positum est pro ἐπιθήσει. loquutio emphatica, & summam rei futurae indicat certitudinem: nempe hanc rem tam certo futuram, ac si jam facta esset [76].

Imperfectum etiam nonnunquam pro praesenti. Homer. Iliad. ά. Imperf. pro praes.

"Ος κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

*Qui Diis obtemperat, valde exaudiunt eum.*

ἔκλυον imperf. est verbi κλύω audio [77].]

XII.

ἐλπίζει. ep. priori ad Tim. cap. V, 5. & VI, 17. Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ 'ΗΛΠΙΚΕ'ΝΑΙ ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι. *Divites hoc in seculo mone, ne superbiant, neque spem in opibus fluxis ponant.*

Contra praesenti pro praeterito utitur Pausanias in Achaicis pag. 399. lin. 9. Τὸ μὲν γένος πᾶν τὸ ἄρσεν ἀπέκτεινον, πλὴν ὅσοι τῆς πόλεως ἁλισκομένης 'ΕΚΔΙΔΡΑ'ΣΚΟΥΣΙ. *Omnem masculam prolem obtruncarunt, exceptis, qui, dum urbs caperetur, aufugerunt.* Vide & Joan. cap. IX, 8. Οἱ οὖν γείτονες καὶ οἱ ΘΕΩΡΟΥ'ΝΤΕΣ αὐτὸν τὸ πρότερον, ὅτι τυφλὸς ἦν, ἔλεγον. Pro τεθεωρηκότες. Confer Epict. Enchir. cap. 29. & Johann. VIII, 58. Nec dissentiunt Latini: ita enim Thraso apud Terent. in Eun. IV, 7, 23. *Thais, primum hoc mihi responde: Cum tibi DO istam virginem, Dixtin' hos mihi dies soli dare te?* Ubi Donatus: *Cum tibi do, Pro, cum tibi darem.* Similiter Virg. lib. XI, vs. 172.

*Magna tropaea ferunt, quos*
*DAT tua dextera letho.*

*Dat* pro *dedit.*

76 Idem ex Livio & Quintiliano probat Thom. Linacer, Grammaticus; *si tales animos in proelio habebitis, quales hic ostenditis, VICIMUS.* Pro, *vincemus certe.* Quod exemplum plenius mihi adridet, quam illud ex Hesiodo citatum, in quo aoristum ἐπέθηκεν indefinite accipi pro *solet exhibere* quis non videt?

77 Simili modo inquit Horatius, lib 1. od. 37. init.

*Nunc est bibendum, nunc pede libero*
*Pulsanda tellus, nunc saliaribus*
*Ornare pulvinar Deorum*
*Tempus ERAT dapibus sodales.*

Ubi, *Tempus erat*, pro, *est.* Contra praesenti pro imperfecto utitur Apostolus Joannes in Euang. cap. VI, comm. 64. Ἤιδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς, τίνες 'ΕΙΣΙ'Ν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς 'ΕΣΤΙΝ ὁ παραδώσων αὐτόν. *Noverat enim Jesus ab initio, qui essent, qui non credebant, & quis esset, qui ipsum proderet.* Confer Euang. Luc. cap. XIX, comm. 3. Ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν, τίς 'ΕΣΤΙΝ, καὶ οὐκ ἠδύνατο. *Et quaerebat videre Jesum, quis esset, & non potuit.* Locus Homeri exstat vs. 218. sed & hic ἔκλυον accipi debet ἀοριστολογικῶς pro *exaudire solent.*

Aorist. infinit. & imp. pro praesenti. XII. Eadem Aorista, vel activa, vel media, in imperativo & infinitivo saepissime pro praesenti usurpantur: ut ποίησον, pro ποίει, ποιῆσαι pro ποιεῖν: Quod rarius in passivis locum habet, praeterquam in verbis activa voce carentibus, in quibus hic etiam usus est creberrimus: ut, πρὸς τὸ διαλεχθῆναι, *ad disserendum*, quia διαλέγω in usu non est.

Aor. 2. in δον. XIII. Aorista secunda verborum quartae conjugationis, in δον, & derivata inde tempora, vix in usu reperiuntur, ut, ἐνόμισδον, a νομίζω, *puto*: uti praeteritum etiam activum eorundem verborum in κα, apud elegantiores autores. Quorum temporum in locum succedit saepissime Aoristum primum longe usitatissimum.

Plusq. perf. pro perfect. Plusquam perfectum, pro perfecto quibusdam in verbis usurpatur, maxime apud Poetas, ut, εἰσήκειν, pro εἰσήκα, ᾔειν, pro ἦκα, ab εἶμι, *eo*.

Aorist. & praet. pass. pro act. & mediis. XIV. Parcius quidem, aliquando tamen Aorista etiam, & Praeterita passiva, pro activis aut mediis sumuntur: ut, δαπανηθεὶς, pro δαπανήσας, *qui consumpsit*: διαλεχθῆναι, pro διαλέξασθαι, *disputasse*: εὐλαβήθην, melius quam εὐλαβησάμην, *considerate*, aut *verecunde me gessi*: ἰαθεὶς, pro ἰασάμενος, *qui sanavit*: παραδεχθεὶς, pro παραδεξάμενος, *qui excepit*: ἐργασθεὶς, pro ἐργασάμενος, *qui fecit*: διανοηθεὶς, pro διανοησάμενος, *qui excogitavit*: δυνηθῆναι, pro δύνασθαι.

Quorum verborum pars maxima voce activa caret; quaedam Praeteritum passivum eadem significatione habent; ut, διείλεγμαι, παραδέδεγμαι, εἴργασμαι, imo & πεποίημαι, pro πεποίηκα, διανενόημαι, & caetera, quae docebit usus. Monuisse sat est.

Futura in ήσω & έσω, XV. Futura verborum in εω, quando gemina sunt, saepius & elegantius in έσω desinunt, quam in ήσω, cum temporibus inde derivatis, quae fere vocalem ε retinent. Ἐπαινέω, ἐπαινέσω, νεκα, νέθην [78]. Εὑρίσκω autem licet ab εὑρέω, εὑ-

78 Adeo futura in έσω, prae caeteris in ήσω sunt usitata, ut etiam Aoristus α, cujus penultima regulariter debet produci, tamen ε retineat, & naturalis syllabae productio huic consuetudini cedat. Ita tantum abest, ut in carmine, ubi vocalis ante characteristicam producenda est, vocali η utantur poëtae, ut metri gratia characteristicam per epenthesin duplicare malint. Ita Homerus Il. A. vs. 54.

Τῇ δεκάτῃ ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς.

Ubi salva lege metrica dicere potuisset καλήσατο. similiter lib. eod. vs. 304.

εὑρήσω habeat, & εὕρηκα, εὕρημαι, Aoristum tamen passivum εὑρέθην habet per ε, indeque εὑρεθήσομαι: & verbum ἐρέω, licet habeat ἐρήσω, & εἴρηκα, habet tamen ἐῤῥέθην in Aoristo passivo.

[ Hujus vero verbi formatio sic se habet: εἴρω ἐστὶν ἄχρηστον· ὁ μέλλων ἐρῶ. Ἰωνικῇ διαλύσει, ἐρέω: καὶ μετάγεται ἀπὸ τοῦ μέλλοντος εἰς ἐνεστῶτα, ἐρέω: καὶ κατ' ἀφαίρεσιν, ῥέω ῥῶ (ὡς ἀπὸ τοῦ ἐρύω ῥύω) ὁ μέλλων ῥήσω, ὁ παρακείμενος ἔῤῥηκα, Ἀττικῶς εἴρηκα (ὡς ἀντὶ τοῦ λέληφα οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν εἴληφα.) Ὁ παρακείμενος τῶν παθητικῶν-ἔῤῥημαι-ἔῤῥησαι, ἔῤῥηται (ὅθεν ῥῆμα, ῥῆσις, ῥήτωρ.) ἀορ. α-ἐῤῥήθην, καὶ τροπῇ τοῦ η εἰς ε, ἐῤῥέθην. ἡ μετοχὴ ῥηθεὶς εῖσα-έν. τό ῥηθὲν, *dictum*, *responsum*: τὰ ῥηθέντα *pronunciata*, ἀπαρέμφατον-ῥηθῆναι, Ἀπὸ τοῦ παρακειμένου Ἀττικοῦ εἴρημαι ἀορ. α. εἰρήθην· καὶ ἀναυξήτως-ἐρήθην, ἡ μετοχὴ-εἰρημένος, τὰ εἰρημένα *dicta*. Haec ex Eustathio in Homer. colligere licet. ]

*Εἴρηκα praet. Atticum a ῥέω &c.*

XVI. Futura λέξων, φράσων, ἀφηγησόμενος, & similia, cum verbo ἔρχομαι, ab Jonibus maxime conjunguntur. Herodot. saepe l. 2. Μακρὸς οὕτω δή τι καὶ στεινὸς, ὡς ἔρχομαι φράσων. id est, *Ita longus & angustus, ut jam jam dicturus sum.* Gallice, *comme je m'en vay dire*. Ibid. Τὸν δὲ (supp. κόλπον) Ἀράβιον, τὸν (pro ὃν) ἔρχομαι λέξων. i. e. *Alterum autem, (sinum) Arabicum, quo de jam jam dicturus sum.* Ita Pausanias. Ἔρχομαι ἀφηγησόμενος. *Jamjam narraturus sum* [79].

*Futura cum verbo ἔρχομαι.*

XVII. Verba passiva utrumque Aoristum habentia, saepius utuntur secundo, ut, πλήττομαι, ἐπλάγην [80] saepius quam ἐπλή-

*Aorist. 2 pass. usitatior.*

Ὡς τώγ' ἀντιβίοισι μαχΕΣΣαμένω ἐπέεσσιν
Ἀνστήτην, - - -

Potuisset, non indignantibus Musis, dicere μαχΗσαμένω.

79 Eodem modo cum verbo Εἰμι constructum invenio apud Plat. Theaet pag. 198. lin. 42. Ὅταν ἈΡΙΘΜΉΣΩΝ ἼΗι ὁ ἀριθμητικὸς, ἤ τι ἈΝΑΓΝΩΣΌΜΕΝΟΣ ὁ γραμματικος. *Quum numeraturus est Arithmeticus, aut lecturus quid Grammaticus.*

80 Ἐπλάγην *Perculsus* sive *consternatus sum*, quod ad animum, at ἐπλήγην, *Percussus sum*, quod ad corporis ictum pertinet. Vide Clenardi Gramm. a Vossio editam. Hactenus de temporibus: de numerorum enallage dictum est in fine sectionis primae: sequuntur ordine personae, de quibus hoc observandum, a persona ad personam nonnunquam fieri transitum; sed rarius hoc, nec tironibus ideo temere imitandum.

A prima ad tertiam personam transit Marcus cap. XI, com. 32. ubi de baptismo, quid Jesu ro-

ἐπλήχθην. Sic ἐῤῥάγην, *fractus sum*, ἡρπάγην, *raptus sum*, ἐτράπην, *conversus sum*, vel *in fugam versus*: a verbis ῥήγνυμαι, ἁρπάζομαι, τρέπομαι.

Aorista media. Aoristum primum medium, utraque significatione creberrimum est: at secundum longe saepius active significat, quam passive, ut, εἱλόμην, *accepi*, vel *delegi*: raro *captus*, vel *delectus sum*, ab αἱρέομαι.

SECT.

roganti respondeant, deliberantes οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς inter se dicunt: *Si dicimus, baptismum Joannis esse e coelo, respondebit; Cur ergo non credidistis ei?* Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων· ἘΦΟΒΟΥ͂ΝΤΟ τὸν λαόν. pro φοβούμεθα. *Sed, si dicimus, ex hominibus: timemus populum.* Quae verba ita intelligenda sunt, ut Marcus usque ad τὸ ἐξ ἀνθρώπων ex persona scribarum locutus, ea relicta, ipse loquatur. Nisi mavis hic agnoscere ἀποσιώπησιν, ita ut, illis orationem imperfectam relinquentibus, hanc suppleverit ipse Euangelista: quare etiam non personarum tantum, sed & temporis fit mutatio. Sic illi dixerint: Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, ἐξ ἀνθρώπων . . . & subjunxerit Marcus: ἐφοβοῦντο &c. Atque ita post ἀνθρώπων, distinguente puncto, absolvenda est sententia. Interim non dissimulandum, editionem anni 1604. cum interpretatione Latina Bezae, exhibere φοβούμεθα.

A secunda ad tertiam transitur in Psalmo CXLIII, 9, 10. Ὁ Θεὸς, ᾠδὴν καινὴν ᾄσομαί σοι, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψαλῶ σοι, τῷ διδόντι τὴν σωτηρίαν τοῖς βασιλεῦσι, τῷ λυτρουμένῳ Δαυὶδ τὸν δοῦλον ἈΥΤΟΥ͂ ἐκ ῥομφαίας πονηρᾶς. *O Deus, novam cantilenam tibi canam, psalterio decem chordarum cantabo tibi, qui reges incolumes reddis, qui Davidem, servum suum* (*pro tuum*) *liberas a gladio malo.* Videtur interpres vocem עַבְדּוֹ fideliter reddere voluisse.

A tertia ad primam transitus fit in Act. Apost. cap. I, com. 4. Καὶ συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἨΚΟΎΣΑΤΈ ΜΟΥ. *Convocatisque iis praecepit, Hierosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam audivistis ex me.* Stabit sensus, si post ἣν intelligas ἔφη.

A tertia ad secundam transitur in Euang. Lucae c. V, 14. Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλ' ἀπελθὼν ΔΕΙ͂ΞΟΝ ΣΕΑΥΤΌΝ τῷ ἱερεῖ, καὶ ΠΡΟΣΈΝΕΓΚΕ περὶ τοῦ καθαρισμοῦ ΣΟΥ. *Et ipse praecepit ei, ut nemini diceret: sed abi & ostende te ipsum sacerdoti, & offer pro purificatione tua.* Ubi iterum omnis ἀνακολουθία evanescit, intellecto ἔφη.

SECT.

# SECTIO IV.

*De Verbis* ἀγαπᾷν, στέργειν, ἀποχρῆν, ἄγειν καὶ φέρειν, ἀπολαύειν.

## REGULA I.

Verbum ἀγαπάω duos praecipue usus habet, observandos. Primum enim idem est saepissime, quod αἱρεῖσθαι, id est, *eligere*; adeoque cum praepositione πρὸ, vel ἀντὶ, & gignendi casu significat, *alicui anteponere*. Demosthen. pro Corona, Ἀγαπᾷν τὰ δῶρα ἀντὶ τῦ κοινῇ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι συμφερόντων. id est, *Munera communi Graecorum omnium utilitati anteferre*. Plutarch. in Camillo, Ἀγαπῆσαι τὴν ἧτταν πρὸ τῆς ἐλευθερίας. id est, *Victoriae jacturam libertate potiorem ducere*. Ita, quod Demosthenes habet initio primae Olynth. Ἀντὶ πολλῶν ἂν χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω. dicere potuisset, ἀγαπῆσαι pro, ἑλέσθαι. id est, *Multis vos pecuniis antiquius habituros existimo*.

ʼΑγαπᾷν eligere.

[Ἀγαπᾷν scribendum sine ι subscripto, non ἀγαπᾷν, ut in prioribus exemplaribus. A veteribus enim Graecis hujusmodi traditur regula. Τὰ εἰς ᾶν ἀπαρέμφατα ὐκ ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον· ὅτι τὰ εἰς ν λήγοντα ῥήματα ὐδέποτε ἔχει πρὸς τῦ ν τὶ ἀνεκφώνητον. hoc est, *Infinita in* ᾶν *desinentia non habent* ι *subscriptum: quia verba in* ν *finita nunquam habent ante* ν *quicquam non prolatum*. Quicquid enim in verbis praecedit ν plene profertur, quod exemplis patet: ut, τύπτειν, ἐτύφθην, ἐτύπην, τυφθείην, τυπείην, ποιεῖν, ἐποίεον—ἐποίυν: ἐβόαον—ων: ἐβοήθην, βοηθείην, &c. Sic Etymologus, eumque secutus Urbanus, aliique Grammatici: quod etiam in correctissimis librorum exemplaribus accuratissime observatur.

Ἀγαπᾷν sine ι subscr. κανὼν τῶν παλαιῶν. Veterum Graec. regula.

Notandum etiam προσγεγραμμένον idem esse apud veteres Graecos, quod ὑπογεγραμμένον, apud recentiores: veteres enim ad latus scribebant, hoc modo: ΤΩΙ, ΛΟΓΩΙ, recentiores sic, τῷ λόγῳ.]

II. Deinde sumitur pro *contentum esse*, *aequi bonique consulere*. Qua in significatione primum per se solum ponitur sine ulla praepositione; at fere sequente particula εἰ: Xenoph. 3. histor. Εἰς τὸ πεδίον ὐ κατέβαινεν, ἠγάπα δὲ, εἰ δύναιτο ταύτην τὴν χώραν ἀδῃωτον διαφυλάττειν. id est, *In campum non*

*Contentum esse.*

*non descendebat, sed contentus erat, si modo regionem illam a direptione immunem servare posset.*

Cum accusat. Secundo, cum accusandi casu jungitur, ut, ἀγαπᾷν τὰ πάλαι νενομισμένα, *antiquis institutis contentum esse.*

Cum dativo. Tertio, cum dandi casu, Lysias, Ὁ τῆς Ἀσίας Βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς. id est, *Asiae Rex, qui bonis praesentibus contentus non esset,*

Quarto cum praepositione ἐπὶ, & eodem dandi casu, ut, Ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ πολιτείᾳ καθεστῶσιν ἀγαπᾷν. *Contentum esse, vel acquiescere in iis, quae constituta in republica fuerint* [81].

Στέργειν, &c. III. Eadem in significatione, prope synonyma illa sunt στέργειν, ἀτρεμεῖν, ἡσυχάζειν, ἐνασμενίζειν. Ac στέργειν quidem omnibus modis constituitur, quibus ἀγαπᾷν· ἀτρεμεῖν vero, & ἡσυχάζειν, fere tantum cum ἐπὶ & dativo casu: ἐνασμενίζειν denique cum solo dativo casu.

Ἀποχρῆν. Ἀποχρῆν etiam, cum dativo personae, absolute ac per sese idem prope significat. Demosthen. Philipp. 1. [82] Εἰ γὰρ ἔχων ἃ κατείληφεν, ἡσυχίαν ἔχειν ἤθελεν, ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἂν μοι δοκεῖ· *Si enim iis, quae jam cepit, contentus, quiescere deinceps vellet, nonnullos vestrum aequo animo justius futuros existimo.*

Ἄγειν cum διὰ, & genit. IV. Ἄγειν, tres praecipuas acceptiones habet. Prima est cum gignendi casu, & praepositione διὰ, cujus significatio petenda est ex genitivo adjuncto, ut, Ἄγειν τινὰ διὰ τιμῆς, ali-

81 Vel cum Participio; quo sensu etiam rebus inanimis tribuitur, more Latinis ignoto, quare etiam in versione redditur, *sufficit* vel *satis est*. Νῦν δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δημοσίᾳ μὲν ἡ πόλις ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἈΓΑΠΑΙ͂ ΚΑΤΑΣΚΕΥΆΖΟΥΣΑ. *Nunc vero o viri Athenienses, urbi nostrae satis est* (verbatim: *Urbs nostra contenta est*) *publice vias munire.*

82 Pag. 19, lin. 45. Locus, a Nostro & interprete, opinor, minus intellectus, integer hic est: Εἰ γὰρ ἔχων, ἃ κατέστραπται καὶ κατείληφεν, ἡσυχίαν ἔχειν ἤθελε, καὶ μηδὲν ἔπραττεν ἔτι, ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ, ἐξ ὧν αἰσχύνην καὶ ἀνανδρίαν καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν ἦμεν δημοσίᾳ. Ostendit Orator, ea, quae Philippus hactenus egerat, quaeque Athenienses cum probro suae civitatis passi erant, satis caussae extitisse, cur eum debuerint ulcisci: Itaque reddo: *Si enim iis, quae evertit & occupavit, acquiescere voluisset, nec quicquam ultra molitus esset, haec, opinor, nonnullis vestrum sufficere debuissent, quare dedecoris, & ignaviae omniumque probrorum labis, civitati adspersae condemnandi fueritis.*

83 Vel

*aliquem honorare:* ἄγειν διὰ φροντίδος, *curare:* ἄγειν διὰ μνήμης, *mentionem facere:* ἄγειν διὰ εὐχῆς, *in votis habere:* ἄγειν διὰ αἰδοῦς, *venerari.*

V. Secunda est, cum dandi casu, & praepositione ἐν, in qua fere significat *ducere*, id est, *habere*, *censere*, *numerare*, ut, Τοὺς φίλους ἐν ἀδελφοῖς ἄγειν. id est, *Amicos fratrum loco ducere*; vel cum praepositione παρὰ, & accusandi casu, nam παρ᾽ οὐδὲν ἄγειν τινὰ, idem est quod παρ᾽ οὐδὲν τίθεσθαι, *nullo loco aliquem ducere:* ἄγειν παρὰ πολὺ, *plurimi facere:* ἄγειν παρὰ πλεῖον, *pluris facere* [83]. Ἄγειν cum ἐν & dat.

VI. Tertia est, pro *existimare*, idque fere tantum cum accusandi casu. Xenoph. de Agesilao, Τὰς μὲν τῶν ἰδιωτῶν ἁμαρτίας πρᾴως ἔφερε, τὰς δὲ τῶν ἀρχόντων μεγάλας ἦγε. id est; *Privatorum hominum peccata leviter ferebat, Principum vero magna ducebat.* Ἄγειν existimare.

VII. Quarta est, cum verbo, φέρειν, pro *diripere*, *populari*, *vastare*; idque tam de personis dicitur, quam de rebus aut locis. Isocrat. in Archid. Ἄγειν καὶ φέρειν τοὺς πολεμίους, καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν. *Hostes terra marique vexare, agitare.* Demosth. Philipp. 3. [84] Ἡ φύσις τῆς ἐκείνου χώρας, ἧς ἄγειν, καὶ φέρειν ἐστὶ πολλὴν, καὶ κακῶς ποιεῖν. *Ejusmodi est regionis illius natura, ut magnam ejus partem diripere ac vastare liceat.* ubi ἡ φύσις, pro τοιαύτη φύσις ἐστὶ, & πολλὴν, pro πολλὴν μερίδα ponitur. Ita Livius non semel loquutus est, & Virgil. ipse AEneid 2. Ἄγειν καὶ φέρειν.

*Alii rapiunt incensa feruntque Pergama* [85].

[Verbum ἀκούω, quando *dicor & vocor* significat, (sicut verba nuncupandi) utrinque nominativum admittit, ut Nazianzen. de Christo: Σαμαρείτης ἀκούει καὶ δαιμονῶν. *Samaritanus vocatur & Daemoniacus.* Thucyd. Ἐσθλὸς ἀκούω, *bonus perhibeor.* sic apud Latinos *audio.* Horat. Ἀκούω, vocor.

*Tu recte vivis, si curas esse quod audis* ] [86].

VIII.

83 Vel citra praepositionem cum solo generandi casu. Ita Arrianus de Exp. Al. lib. 2. cap. 16. Ἀλλὰ λέγει Ἡρόδοτος, ὅτι τῶν δώδεκα ΘΕΩΝ Ἡρακλέα ἌΓΟΥΣΙΝ Αἰγύπτιοι. *Sed Herodotus scribit, AEgyptios Herculem inter duodecim Deos recensere.*

84 Pag. 50, lin. 12.

85 Invenitur etiam solum verbum φέρω in hac significatione, ut infra ostendetur, Cap. V, sect. 13, reg. 10.

86 De verbo Ἀκούω sequentia nota. Habet post se.

I. Genitivum personae. Ita Plat. in Euthyph. pag. 3. l. 39. Εἴτις μου ἐθέλοι ἀκούειν. *Si quis me vult audire.* Vel ver-

'Απολαύω, cum genit. rei.

VIII. Ἀπολαύω, *fruor*, *particeps sum*, *fructum aut detrimentum capio*, in bonam & in malam partem variis modis usurpatur. Primo, cum solo genitivo rei, τῶ διαλλαγῶν ἀπολαύειν, *induciarum opportunitate frui*: τῶ κοινῶν ἀπολαύειν κακῶν, id est, μετέχειν, *communium malorum participem esse*.

Cum genit. personae.

Secundo, cum solo genitivo personae [87], Ἀνδρὸς ἑνὸς εὖ φρονήσαντος ἅπαντες ἀπολαύουσι, pro ἀνδρὸς ἑνὸς φρονήσεως. *Unius hominis ex prudentia fructum universi percipiunt*. Sic Ἑνὸς μοχθηρῶ πᾶσα ἡ πόλις ἀπολαύει. *Unius ex improbitate civitas omnis detrimentum capit*. Sic illa apud Senecam, de Hercule, *Iraque nostra fruitur*, id est, *fructum capit ex ira*; & ille apud Juvenalem Marius, *fruitur Diis iratis*.

IX.

vertunt Latini per Praepositionem *Ex*. Ut Ἤκουόν τινος. *Ex aliquo audivi*. apud Demosth. Olynth. 2. p. 8. lin. 12.

II. Accusativum rei, apud eundem Platon. in Apolog. Socr. Ταῦτα ἀκούσας. *His auditis*.

III. Vel utrumque hoc simul. Sic idem ibid. p. 17. lin. 18. Ὑμεῖς δέ μου ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. *Vos autem audietis ex me omnem veritatem*. Hic notanda phrasis apud Dinarch. in Demosth. p. 98. lin. 38. Ἀκούσατέ μου βραχέα. *Paucis me audite*.

IV. Vel addunt Praepositionem περὶ. Plat. in Phaed. p. 61. lin. 36. Οὐκ ἀκηκόατε περὶ τούτων; *Nonne de his audivistis?* Estque haec Ellipsis, subaudito τί.

V. Nonnunquam, sed hoc rarius, res ipsa, quae auditur, in Generandi casu invenitur. Ita idem in Gorg. p. 523. init. Ἄκουε δὴ (φασί) μάλα καλοῦ λόγου. *Audi sane (ajunt) pulcerrimum sermonem*. Alias hujus generis structuras ex lexicis petant tirones.

Verbum ἀπολαμβάνω inter alia notandum habet significatum, & venti dicuntur ἀπολαμβάνειν eum, qui iis adversis utitur. Ita idem in Phaed. pag. 58. Τοῦτο δ' ἐνίοτε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίνεται, ὅταν τύχωσιν ΟΙ ΑΝΕΜΟΙ ἈΠΟΛΑΒΌΝΤΕΣ ΑΥ'ΤΟΥ'Σ. *Ad hoc interdum multo tempore opus est, quum forte ventis utuntur adversis*.

87 Genitivus ille, sive personae, sive rei, non dubium est quin nascatur a praepositione ἐκ, quae subaudienda relinquitur, ita ut ἀπολαύω σου ponatur pro ἀπολαύω ἐκ σοῦ. & ἀπολαύω per se proprie notet, *capio*, *percipio*, nempe *fructum*, si in bonam partem accipiatur: plane ut apud Latinos, *Fruor amicitia*, pro *fructum percipio ex amicitia*.

88 Prae-

Digitized by Google

IX. Tertio, cum utroque genitivo simul. Plutarch. in Antonio: Ἀπέλαυσαν τῆς φιλοτιμίας αὐτοῦ οἱ πολέμιοι, i. e. *Ex illius ambitione commodum ipsi quoque hostes perceperunt.* Cum utroque genit.

Quarto, cum solo accusativo rei, non personae. Isocrat. de pace. Δέδοικα, μὴ πειρώμενος ὑμᾶς εὐεργετεῖν, αὐτὸς ἀπολαύσω τι φλαῦρον. *Vereor ne dum vobis prodesse studeo, damni aliquid capiam.* Sic Ἐλπίζω ἀγαθόν τι ἀπολαύσειν. *Spero me aliquid boni consecuturum*; Ille autem accusativus, *boni* aut *mali* aliquid per se significare debet: male enim diceretur, ἀπολαύειν τὴν συνήθειαν, pro *fructum aut damnum ex consuetudine percipere.* Cum accusat. rei.

X. Quinto cum accusativo rei, & genitivo personae, vel rei; vel rei simul & personae: ut, Φιλομαθοῦς ἑνὸς μειρακίου μέγα τι πάντες, οἱ συμμαθητεύοντες ἀπολαύουσιν. *Adolescentis unius ex studio, condiscipuli omnes fructum maximum capiunt.* Lucianus in Timone, ubi de improbis, fulmen Jovis irridentibus, Μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς αἰθάλης. id est, *Sed hoc unum se putent ex eo vulnere incommodi percipere, quod fuligine impleantur.* Cum accusat. & gen.

XI. Sexto, in qualibet ex his constructionibus additur nonnunquam πρὸς, & accusativus rei, ad quam fructus damnumve pertineat: ut, Τῶν φιλοπόνων πρὸς τὴν μίμησιν ἀπολαῦσαι. *Diligentium exemplis ad eorum imitationem juvari.* Plutarch. Alcib. Τῆς Σωκράτους πρὸς αὐτὸν εὐνοίας, καὶ φιλίας οὐ μικρὰ πρὸς δόξαν ἀπέλαυσεν· *Ex Socratis erga se benevolentia, & amicitia, haud parum existimationis & gloriae consequutus est.* Cum πρὸς & accusat.

XII. Septimo, cum genitivo praeterea vel personae, vel rei solo, est *oblectationem capere ex aliquo, prendre son plaisir de quelqu'un.* Plutarch. Pomp. Πολὺν δὲ χρόνον οὕτω καταιρωνευσάμενοι, καὶ ἀπολαύσαντες τοῦ ἀνθρώπου. *Cum perdiu hominem ludificati essent, eoque sese oblectassent.* *Oblectationem capere.*



Digitized by Google

# SECTIO V.

*De verbis* [88] [γεννᾶν, τίκτειν,] γίνεσθαι, διαχωρεῖν, διώκειν, φεύγειν, ἐπεξιέναι.

Γεννᾶν. [Quemadmodum verbum γεννᾶν proprium viris καταχρηστικῶς tribuitur foeminis: eodem etiam modo verbum τίκτειν foeminis peculiare apud bonos autores de viris dictum invenitur, & *gignere* significat. Lucian. Ἀΐδουσιν, ἄνευ τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα ὁμιλίας ὑπηνέμιον παῖδα τὴν Ἥραν γεγεννηκέναι τὸν Ἥφαιστον. Canunt absque virili conversatione subventaneum puerum Junonem *edidisse* Vulcanum.

Τίκτειν.

Hesiod. in Theogon. passim.

Ναυσίθοον δ' Ὀδυσῆϊ Καλυψὼ δῖα θεάων
Γείνατο, Ναυσίνοόν τε, μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι
Αὗται μὲν θνητοῖσι παρ' ἀνδράσιν εὐνηθεῖσαι
Ἀθάναται, γείναντο θεοῖς ἐπιείκελα τέκνα;

Nausithoum v. Ulyssi Calypso excellentissima dearum *Genuit* Nausinoumque, apud mortales viros cubantes Deae, *pepererunt* Diis pares filios.

Hom. Il. β'.

Υἱὸς

88 Praemitto verbum βούλομαι, quod praeter notos usus eleganter etiam adhibetur, ubi quid speciem alicujus rei praebere indicamus; est & ubi per verbum *videor* simpliciter reddi potest. E. G. Illud Terentii in Andria Act. V. sc. 2, vs. 14. *Cum faciem videas, videtur esse quantivis pretii.* Sic commode Graece reddatur: Ὅτε βλέπεις εἰς πρόσωπον αὐτοῦ, βούλεταί τι εἶναι. Hoc modo utitur Aristoteles lib. II. Polit. cap. 6. Ἡ δὲ σύνταξις ὅλη ΒΟΥΛΕΤΑΙ μὲν εἶναι, μήτε δημοκρατία, μήτε ὀλιγαρχία, μέση δὲ τούτων, ἣν καλοῦσι πολιτείαν. *Tota illa Reip. constituendae ratio neque Democratiae, neque Oligarchiae speciem habet, sed videtur esse media inter has, quam Politiam vocant.* Nostrates hic maxime Graecissant, dicentes: het wil iets groots zyn. Gr. Βούλεται μέγα τὶ εἶναι. Eodem redit & altera versio, qua βούλεσθαι redditur *affectatum esse*: quomodo opponitur τῷ πεφυκέναι. Ita Isocratem Lysiae comparans ait Dionys. Hal. Πέφυκε γὰρ ἡ Λυσίου λέξις ἔχειν τὸ χαρίεν, ἡ δὲ Ἰσοκράτους ΒΟΥΛΕΤΑΙ. *In Lysiae dictione nativa quaedam est elegantia, in Isocratis vero, affectata.*

89 Sic

Υἱὸς Πειριθόοιο τὸν ἀθάνατος τέκετο ζεύς. Filius Pirithoï, quem immortalis *genuit* Jupiter.

Τὸ μὲν γεννᾶν ἐπὶ ἀνδρῶν κυρίως λέγεται, τὸ δὲ τίκτειν ἐπὶ γυναικῶν. Ὅμηρος δὲ πολλάκις τὸ τίκτειν ἐπὶ ἀνδρῶν τάττει. Μοσχόπουλος. Ὁμηρικώτατος *Duportus* clariss. ling. Gr. apud Cantabrigienses Professor in praeclaro illo poëmate, Homerico filo contexto, (quod inscribitur Σολομῶν ἔμμετρος, dignissimumque est sane quod omnium juvenum manibus teratur) hoc vocabulum tribuit Davidi. Proverb. cap. 1. vers. 1.

Αἶνοι τοῦ Σολομῶντος ἀγακλειτοῦ βασιλῆος,
Δαβίδης ὃν ἔτικτεν. ———
*Proverbia Solomonis inclyti regis,*
*Quem David* genuit. ——— ]

## REGULA PRIMA.

Latissimus est verbi γίνεσθαι usus, quique certis finibus haud satis includi possit: ubicunque enim praesentia quaedam significatur, τῷ γίνεσθαι locus esse potest. Praecipue tamen notanda sunt, quae sequuntur, praeter ea quae in participio γινόμενος dicturi sumus, & creberrimam acceptionem, qua pro εἰμὶ sumitur; ut cum dicunt, ἐπὶ τῆς γνώμης γίγνεσθαι, *in ea opinione versari.* γίνεσθαι ἐπὶ τῆς ἐλπίδος, *spem concipere.* Γίνεσθαι, late patet.

II. Primo, cum praepositione διὰ, & gignendi casu eleganter jungitur, ac per verbum illud redditur, cujus nomen significationem habet: ut, γενέσθαι διὰ φόβου: id est, *timere:* γενέσθαι τινὶ δι' ὀργῆς, *irasci alicui:* γενέσθαι δι' ἔχθρας, *inimicum esse* [89]. Cum διὰ, & genit.

III. Γίνομαι, cum praepositione ἐπὶ, & dandi casu, est πεποιθέναι, *inniti*, vel *confidere:* [90] ut, γινόμενος ἐπ' ἀνδρειοτέροις, Cum ἐπὶ, & dativo.

89 Sic διὰ μιᾶς γενέσθαι γνώμης. *Concordibus animis esse.* apud Isocrat. in Paneg. p. 134. Cum eadem praepositione & genitivo substantivi studium aliquod seu exercitationem significantis, vertitur per verbum *Versari*. Lucian. Macrob. p. 831. Διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος. *Multis in disciplinis versatus.*

90 Non semper tamen; aliquando enim reddendum est, *Praefectum esse.* Ita Dinarch. contra Demosth. pag. 101. lin. 46. ἘΠῚ δὲ ΤΟΙ͂Σ ΞΕ΄ΝΟΙΣ τοῖς εἰς Ἄμφισσαν συλλεγεῖσι Πρόξενος ὁ προδότης ἘΓΕ΄ΝΕΤΟ. *Peregrinis autem adversus Amphissam conscriptis, Proxenus proditor ille praeerat.* Praeterea cum praepositione eadem & accusandi casu construitur & dativo no-

τέροις, ἀνῃσάντων κατεγέλα. *fortiorum praesidio confisus, adversarios irridebat.*

Cum πρὸς, & genit. IV. Πρὸς ἀγαθοῦ, πρὸς κακοῦ γίνεσθαι, dicitur; id est, *bene aut male aliquid cedere*: ut; πρὸς κακοῦ τὸ πρᾶγμά μοι ἐγένετο, *res mihi male cessit*

Cum πρὸς, ἐν, ἐπὶ, & dat. V. Usitatissima est acceptio pro *versari*, cum praepositionibus πρὸς, ἐν, ἐπὶ, & dandi casu; vel περὶ & accusativo casu: ut, Σφόδρα γενέσθαι πρὸς τοῖς πράγμασι. *Vehementer in negocium incumbere* [91].

Quanquam aliquando significat potius, *res pro imperio administrare*. Plutarch. in Theseo [92], Ἐν ᾗ τοῖς πράγμασι τῆς Ἀριάδνης γενομένης. id est, *Cum rerum administrationem Ariadne suscepisset.*

Cum adver. καλῶς, κακῶς. VI. Cum adverbiis καλῶς, & κακῶς, significat *bene vel male se habere*: & quidem vel impersonaliter, cum dandi casu personae; ut, γίνεταί μοι καλῶς, *bene mecum agitur*. Personaliter autem, cum nominandi casu, ut Plutarchus de Platonis convivio, cum ait, Οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίγνονται. *Qui apud Platonem coenaverunt, etiam postridie bene habent* [93].

VII.

nominis γνώμη. Thucyd. lib. I. cap. 139. Ἐπ' ἀμφότερα γιγνόμενοι ταῖς γνώμαις. *In utramque partem sententias dicentes.*

91 Ita Dem. de Cherson. pag. 36. lin. 44. Οὐδενὶ τῷ ἁπάντων πλέον κεκράτηκε τῆς πόλεως Φίλιππος, ἢ τῷ πρότερος ΠΡΟΣ ΤΟΙΣ ΠΡΑΓΜΑΣΙ ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ. *Nulla alia re superior hac urbe exstitit Philippus, quam quod prior omnibus negotiis adfuit.* Sic γίγνεσθαι ἐν λόγοις τισί. *Versari cum aliquo in sermonibus.* i. e. *disputare.* apud Plat. in Theag. pag. 130. lin. 12. Ὁ δὲ Θουκυδίδης τῇ προτεραίᾳ ΜΟΙ δι' ἀπεχθείας ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ τισὶν ΕΓΕΓΟΝΕΙ. *Thucydides autem pridie odiosius mecum disputaverat.* Γίγνεσθαι ἐν κακῷ. *Versari in malis.* Apud AEschin. in Timarch. pag. 179. lin. 37. Ἐν πάθει. *Laborare morbo.* Plut. Quaest. Nat. pag. 928. Cum Praepositione περὶ & Accusativo, in Tab. Cebet. Περὶ μὲν τούτων καὶ αὖθις διαλεξόμεθα, νῦν δὲ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΜΥΘΟΛΟΓΙΑΝ ΓΕΝΩΜΕΘΑ. *De his quidem alias disseremus, nunc autem fabulae expositioni intenti simus.*

92 Pag. 8, lin. 43.

93 Peculiariter absque adverbio καλῶς dicuntur sacrificia γίγνεσθαι, quando *feliciter cedunt*: sin contra, dicuntur οὐ γίγνεσθαι Res autem, quam sacrificantes a Diis petunt, in Dandi casu ponitur, praemissa praepositione ἐπί. e. g. *Jovi rem sacram faciens de abitu consuluit, sed perlitare non potuit.* Διὶ θυο-

Digitized by Google

VII. Γενέσθαι ἀπό τινος πράγματος, id est, *rem aliquam paulo ante perfecisse, & quasi recentem esse ab aliquo negocio.* Plutarch. Alexand. Ἀπὸ τῶν ἱερῶν γενομένῳ τῷ βασιλεῖ προσελθόντες. *Sacrificio jam jam peracto regem adeuntes*, vel *regem a peracto sacrificio recentem adeuntes.* Ibid. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ τῆς πυρᾶς γενόμενος, καὶ συναγαγὼν πολλοὺς τῶν φίλων. id est, *Alexander autem a busto illo rediens, convocatis amicorum quam plurimis.* Idem Themistoc. Γενόμενος δὲ ἀπὸ τῶν πράξεων ἐκείνων. *Simul atque rebus illis perfunctus esset.* Cum ἀπὸ & genit.

VIII. Ἐκποδὼν γίνεσθαι, pro ἐκ, vel ἀπὸ ποδῶν, vel ἀπὸ τῆς ὄψεως, est *ejici*, quasi *longe a pedibus removeri.* Philo. Jud. de Legatione ad Cajum, Εἰ βραχὺν ἐπεβίω χρόνον Τιβέριος, ὁ μὲν ἂν ἐκποδὼν ἐγεγένητο Γάϊος. *Si modico adhuc tempore Tiberius superstes fuisset, summotus quidem esset depulsusque Cajus*, &c. V. infra, Sect. 10. Reg. 12. Cum ἐκποδὼν & fine.

IX. Γενέσθαι ἑαυτοῦ vel ἐν ἑαυτῷ, *apud se esse*, vel *ad se redire*, vel *sui juris esse*, vel *suis viribus confidere.* Demosthen. Philipp. 1. Ἢν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι. id est, *Si modo apud vos ipsos esse volueritis.* Contra γενέσθαι τινός, *in alterius esse* Cum ἑαυτοῦ.

θυομένῳ ἐπὶ ἀφόδῳ τὰ ἱερὰ οὐκ ἐγίγνετο. Exempla cumulat Xenophon Κύρου παιδ. lib. VI. pag. 382. & 383. Pro eodem dicitur, τὰ ἱερὰ φαίνεσθαι. Vide Nostrum sect. 13, reg. 2. Itidem absque illis adverbiis dicitur res quaelibet bene vel male cadere, γίγνεσθαι ἢ οὐ γίγνεσθαι Thucyd. lib. VI. cap. 74. Ἃ δὲ ἐπράσσετο, οὐκ ἐγένετο. *Quae struebantur, non successerunt.* Eodem modo & Terentio *fieri* & *non fieri* dicuntur nuptiae, quae promoventur, vel secus.

94 Hoc vocabulum soli Verbo γίνεσθαι non est peculiariter devinctum, sed amat conjungi cum omnibus Verbis, quae absentiam, discessum vel amotionem notant. Itaque regula haec est generalior, & vis idiomatis non consistit in verbo γίνεσθαι, sed in ἐκποδὼν, de quo vide infra cap. IX, sect. 3, reg. 5. Omnis autem hujus locutionis ἐνέργεια huc redit, ut ἐκποδὼν, verbatim, *e pedibus*, idem sit, quod apud Latinos, *e conspectu*, *de medio.* ἐκ τοῦ μέσου, ut explicat Schol. Aristoph. Θεσμ. vs. 36. Nos non raro in quotidianis sermonibus totidem verbis dicimus, **Uit de voeten gaan.** &c. Huc itaque refer id, quod Auctor docet infra sect. 10, reg. 12. Quod autem dicit Cap. IX, sect. 3, reg. 5. (Ubi ἐκποδὼν γίνεσθαι, pro, *De medio tolli.*) nihil aliud est, quam Metaphora analogice ex iis, quae diximus, deducta. Hoc ideo inculco, quod praesertim in docendo opera supervacanea omnis est vitanda.

95 Vix

*esse potestate*; ut, *servi in dominorum potestate versantur*; οἱ δοῦλοι γίνονται τῶν δεσποτῶν ᵛ.

[Γι-

95 Vix ullum est Verbum apud Graecos, in quo tot notanda occurrunt idiomata. Versatus est Noster maximam partem in ejusdem cum Praepositionibus constructione & usu, quare visum est pauca subjicere de hujus Verbi usu cum aliis orationis partibus, ac

I. Primo quidem cum Nominativo substantivi ponitur pro verbo Activo, cujus significatio ex ipso Nomine petenda est. Ita Thucyd. lib. III, cap. 23. Κωλυτὴς γίγνοιτο τῆς διαβάσεως. *Impediret transitum.* Vel neutraliter, apud Plat. in Phaedr. pag. 241. Φυγὰς δὴ γίγνεται ἐκ τούτων, pro φεύγει. Cum Nomine Adjectivo fere pro Verbo Passivo ponitur. Ita Ἀνάρπαστος γίγνομαι, pro ἀναρπάζομαι. *Rapior.* Ibid. pag. 229. Λεχθῆναι (supple ex praecedentibus, φαίην αὐτὴν) ὑπὸ τοῦ Βορέου ἈΝΑΡΠΑΣΤΟΝ ΓΕΓΟΝΕΝΑΙ. *Hinc dicerem, eam fabulatos fuisse a Borea esse abreptam.* Eodem modo & nobis dicere licet: zy is geroofd geworden. Similiter dicitur ἀποσυνάγωγος γίγνεσθαι, *qui synagoga arcetur.* Joh. IX, 22. Ad haec cum Nominativo vel expresso vel intellecto hujus verbi usus est in desperatione, sive ambigua animi sollicitudine. Nam ubi Latini dicunt: *Quid de me fiat nescio. Quid agam? Quorsum evadam?* & similia; ibi Graeci, οὐκ ἔχω ὅτι γένωμαι, plane ut, οὐκ ἔχω, ὅτι χρῶμαι ἐμαυτῷ, de quo dicemus infra sect. XIV, reg. 7. Vide Thucyd. lib. II, cap. 52.

II. Praeter Genitivum Pronominis, vel Nominis, possessionem significantis, quod modo tetigit Auctor, etiam construitur cum Genitivo significante pretium. Ita Xenoph. de Adm. Dom. pag. 869. Τὰς ἐξειργασμένας [sc. χώρας] ἔφη ΠΟΛΛΟΥ ἈΡΓΥΡΙΟΥ ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ. *Agros inquit cultos magno pretio constare.*

III. Cum Dativo *interesse* vel *adesse* notat Plat. Euthyph. pag. 3. Μανθάνω, ὦ Σώκρατες, ὅτι δὴ σὺ τὸ δαιμόνιον φὴς ΣΑΥΤΩΙ ἑκάστοτε ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ. *Intelligo, Socrates, quod dicis, genium tibi quotidie adesse.* Ubi obiter notanda Ellipsis vocum ante ὅτι. Integer sensus est. *Intelligo, idcirco haec ab illo fingi, quod &c.* Vide, quae notabimus ad Cap. VIII, sect. 9, reg. 4.

IV. Cum Accusativo συνεκδοχικῶς. Ita aliquis dicitur ΓΙΓΝΕΣΘΑΙ ΤΗΝ ΔΙΑΝΟΙΑΝ ἔν τινι τόπῳ. *Cujus animus vel mens est in aliquo loco.* Vid. AEschin. contra Ctesiph. pag. 296.

V. Cum infinitivo & accusativo constructum ponitur eo loco, ubi Lat. *Fit*, *Accidit.* ut apud Theog. vs. 639.

Πολ-

[ Γιγνώσκω inter caetera significat *scisco*, unde ἐγνωσμένα, *scita*, *decreta*. Plutarchus; Ἔγνω κινδυνεύειν, *Statuit dimicare*. Julianus. Εἰ δ' ἔγνωκας ταῖς μελέταις ἄχρι γήρως προσκαρτερεῖν. *Si decrevisti in studiis consenescere.*] Γιγνώσκω *scisco*, ἐγνωσμένα *decreta*.

X. Διαχωρεῖν, de *nummis*, id est, *avoir cours*. Lucianus dialogo de luctu, ubi eos ridet, qui mortuis obolum in os injicerent, Ὀυ πρότερον ἐξετάσαντες, ὁποῖον τὸ νόμισμα νομίζεται, καὶ εἰ διαχωρεῖ παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δύναται παρ' ἐκείνοις, id est: *Qui non prius expenderint, cujusmodi nummus hoc in genere legitimus habeatur:* (hoc enim est νομίζεται) *neque utrum apud inferos admittatur, ac valeat:* ubi Erasmus, nimis leviter, *ambuletque apud inferos.* Διαχωρεῖν.

XI.

Πολλάκι παρὰ δόξαν τε καὶ ἐλπίδα ΓΙ'ΝΕΤΑΙ ΕΥ'ΡΕΙ͂Ν Ἔργ' ἀνδρῶν.

*Saepe fit, ut praeter opinionem & spem res humanae eveniant.* Sic, Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχόν. *Evenit, ut moreretur pauper.* in Euang. Luc. XVI, 22. Confer Act. Apost. XXI, 1. & XXII, 17. ἐγένετό μοι . . . . γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει. *Evenit mihi, ut raperer extra me.*

VI. Cum Adverbio, ut Γενέσθαι ἔξω τοῦ φθονεῖσθαι. *Extra invidiae aleam positum esse.* Lucian. Ep. Saturn. Et γίνεσθαι ἐγγὺς τοῦ πλοίου. *navi appropinquare.* Joann. C. VI, 19. & 25. Πότε ὧδε γέγονας; *Quando huc venisti?*

VII. Cum Praepositione, cujus plurima exempla & usus habet noster. Addo Praepositionem ἐπὶ cum accusativo, ubi motus significatur ad locum vel rem, in qua significatione etiam περὶ invenitur, ut ex Eustathio notat Casaubonus ad Suet. Γενοῦ περὶ δωμάτιον. Εὐθὺς οὖν ἐξανέστη τραπέζης, καὶ ΠΕΡΙ' ΔΩΜΑ'ΤΙΟΝ ΓΕ'ΓΟΝΕΝ. *Abi in cubiculum: statim igitur surrexit, & in cubiculum abiit.* Construitur etiam cum ἐπὶ & secundo casu, ubi tamen motus significatur, apud Joann. Euang. cap. VI, comm. 21. Εὐθέως τὸ πλοῖον ἘΓΕ'ΝΕΤΟ ἘΠΙ' ΤΗ͂Σ ΓΗ͂Σ. *Statim navigium litori appropinquavit.*

Subjungo levia duo observata in verbis διατελέω, & διαφέρω.

I. Διατελέω *Perago* cum participio constructum redditur per adverbium. Isocr. contr. Sophist. Χρώμενοι διατελοῦμεν. *Perpetuo utimur.* Et, Τὸν λοιπὸν χρόνον vel βίον ΚΑΘΕΥ'ΔΟΝΤΕΣ ΔΙΑΤΕΛΕΙ͂Ν, Platoni Apol. Socr. pag. 31. lin. 7. est, *Per totam vitam dormire.*

II. Quod Latini dicunt, *Non minus quam*, vel, *aeque ac tu laboro*, id Graeci: Διαφέρω σοῦ οὐδὲν τοῦ πόνου. Ut apud Lucian. Dem. encom. pag. 918. Καὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ τεθεαμένοι διεφέρομεν οὐδὲν ἐκπλήξει τῶν ὁρώντων. *Etenim nos, qui spectavimus, non minus obstupuimus, quam [alii] qui viderunt.*

Διώκω.

XI. Verbum διώκω, interdum non tam persequendi, quam festinandi, ac properandi significationem habet, idque fere cum participio futuri temporis. Plutarch. in Pomp. Πρὸς τὰς πρώτας ἀγγελίας, ἐδίωκε βοηθήσων. *Ad primum ejus rei nuntium, opem ferre continuo festinavit.* Dicere potuisset, ἤλαυνε βοηθήσων.

Διώκω de re, *Sector.*

[ Illud etiam notandum est, verbum διώκω tam *de persona* quam *de re* dici. *de re* dictum significat singulare studium ejus obtinendae, & fere semper in laude ponitur, & tum Latine vertitur *sector*, *assequi conor*. Xenophon: Τοὺς εὐγνώμονας διώκειν, *Consectari bonos*, seu, *bona mente praeditos.*

Isocr.[96] Μιμοῦ τὰ βασιλέων ἤθη, καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα. *Imitare mores regum, & sequere eorum studia.* & in epigr. Graec.

*Εἴτις ἅπαξ γήμας πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,*
*Ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.*
*Qui sequitur rursus thalamos uxore sepulta,*
*Naufragus horrisono bis perit ille salo.*

De Persona, *Persequor.*

*De Persona* notat nocendi cupiditatem, & vertitur *persequor*, proprie, *expello persequendo*, a δίω, & in media voce δίομαι *expello*, verbo poëtico, & adverbio ὦκα *celeriter*, & *accuso*; unde ὁ διώκων *accusator* vel *actor.* ]

Φεύγειν.

XII. Idem verbum in re forensi, *accusare*, significat: & *accusator*, ὁ διώκων, quasi *persequens* dicitur: quod etiam Gallice dicimus, *poursuivre sa partie en jugement.* Ergo, διώκειν τινὰ φόνου,[97] id est, φόνου δίκην ἐπάγειν τινὶ, *aliquem caedis reum agere.* Vicissim φεύγειν, *fugere*, id est, *reum esse, causam dicere*: & ὁ φεύγων, *reus*, proprie dicebatur: unde ἐπεξιέναι, & ἐπεξέρχεσθαι τῷ φεύγοντι, est *reum peragere*, id est, *eum non ante dimittere, quam damnatus fuerit*[98].

Ἀπο-

96 Orat. ad Dem. pag. 18. in fine.

97 Additur & accusativus δίκην, subaudita, ut videtur, praepositione κατὰ. Isocrat. adversus Callimach. pag. 733. Ἐκεῖνος δὲ ἐχθρὸς ὢν Καλλιμάχῳ, τῷ νῦν ἐμὲ διώκοντι τὴν δίκην. *Ille autem infensus Callimacho, qui nunc me judicio persequitur.*

98 Hoc modo itaque φεύγειν δίκην notat, *accusari*: imprimis sequente praepositione ὑπὸ cum generandi casu personae accusantis. Plut. in Vit. Cic. pag. 878. lin. 37. Φεύγοντι δίκην ὑπὸ Κάτωνος. *Accusato a Catone.* Caeterum reus ὁ φεύγων & φεύγειν δίκην dicitur non quod *effugit omnino poenam*, sed vel vi αὐθεντικῇ τοῦ διώκοντος, vel ex consuetudine fortasse judicii Areopagitici, qua reo facultas daba-

Digitized by Google

Ἀποφεύγειν autem, est ἀπολύεσθαι absolvi [11].

dabatur defendendi se duabus orationibus; quarum priore perorata, si de caussa desperabat, ei licebat fuga sibi consulere. Docet hoc argumentum, quo Socrates utitur contra consilium Critonis, ipsi persuadere conantis, ut ex carcere liberari se patiatur. Ita enim apud Platonem in Crit. pag. 52. lin. 24. ex persona Reip. argumentatur: Ἔτι τοίνυν ἐν αὐτῇ τῇ δίκῃ ἐξῆν σοι φυγῆς τιμήσασθαι, εἰ ἐβούλου. *Jam tum & in ipso judicio licuit tibi, si velles, exilii multam subire.* Neque cuiquam licebat fugientem persequi, id quod liquet ex disertissimis verbis Demosthenis, contra Aristocratem, pag. 438. Τῷ δὲ φεύγοντι . . . τὸν πρότερον ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μεταστῆναι· καὶ οὐθ' ὁ διώκων, οὐθ' οἱ δικάζοντες, οὔτ' ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεὶς κύριος κωλῦσαι. *Reo autem, priore habita oratione, fuga sibi consulere liberum est: & neque accusator, neque judices, neque quisquam alius id prohibere potest.*

99 Verbum δύναμαι praeter communis structurae naturam cum accusativo construitur; Idque non tantum ἐλλειπτικῶς, subaudito verbo ποιεῖν, ut, δύναται πάντα. *Omnia potest*; neque in significatione pretii, qua aliquid dicitur, *valere duos obolos*, δύνασθαι δύο ὀβολούς. sed etiam plane more verborum activorum. Thucyd. lib. 1. cap. 141. Τὴν γὰρ αὐτὴν δύναται δούλωσιν. Verbatim: *Eandem enim servitutem potest.* i. e. *Ad eandem servitutem valet.*

## SECTIO VI.

### *De verbo εἰμί.*

### REGULA I.

Graeci dicunt, ἔστιν οἵ τινες, vel εἰσὶν οἵ τινες, pro τινὲς simpliciter: ut, οὐκ ἔστιν οἵ τινες ἂν τούτῳ ἐπιχειρήσωσι τῷ πράγματι. id est, *Nulli hoc negocium aggredi ac suscipere potuerunt.* Sic ἔστιν ὅς, *aliquis*, ἔστιν οἵ, *aliqui*, ἔστιν οἷς, *quibusdam*, per omnes casus, numeros, & genera [1]. Ἔστιν, εἰσὶν οἵτινες. *aliqui.*

II.

1 Exemplis hoc per omnes casus illustrare longum est. Videsis Thucyd. lib. 1. cap. 12. lib. 2. cap. 13, & 26. & lib. 3. cap. 92. Et Arrian. lib. 3. cap. 14. & 23. Et alibi saepe. Hoc interim tironibus tenendum, verbum ἐστι (non εἰσί) semper accen-

Ἔστιν ὅτε, *aliquando.* Ἔστιν ὡς, *quodammodo.* Ἔστιν ὅπως, *fieri potest.* Ἔστιν ὅπου *alicubi, aliquando.*

II. Ἔστιν ὅτε, quod verbatim significat, *est quando*, sumitur absolute pro ποτὲ vel ἐνίοτε. *interdum* [2], tam initio periodi, quam in medio [3]: ut, Ἀθυμοῦσιν ἔστιν ὅτε, οἱ σφοδρότατοι αὐτοὺς τὸ κατ' ἀρχὰς ἀποδείξαντες· id est, *Interdum animo concidunt, etiam qui se longe vehementissimos sub initium ostenderunt:* tuncque ἔστι penultimam acuit. Sic ἔστιν ὡς, cum accentu acuto in ὡς. id est, *quodammodo*, & ἔστιν ὃν τρόπον. Sic ἔστιν ὅπως, *fieri potest*: ut, οὐκ ἔστιν ὅπως τοῦτο ἂν ποιήσῃς, *hoc facere non poteris* [4]. Sic ἔστιν ὅπου, *alicubi*,

accentum rejicere in suam priorem syllabam. Hunc idiotismum Latini imitati sunt, & satis feliciter, si tria excipias. Primum est, quod relativum apud Latinos necessario conveniat numero cum praecedenti verbo substantivo: Ita Horat. lib. I. od. I.

*EST, QUI nec veteris pocula Massici,*
*Nec partem solido demere de die*
*Spernit.* - - -

Et ibidem:

*SUNT, QUOS curriculo pulverem Olympicum*
*Collegisse juvat.*

Altera differentia est, quod Graeci in media verborum structura τὸ, ἔστιν ὃς &c. interponant, more Latinis insolito. v. g. Ἀκρίτους καὶ βουλομένους ΈΣΤΙΝ Ἃ εἰπεῖν ἀπέκτειναν πάντας Verbatim: *Indemnatos & SUNT QUAE volentes dicere*, pro, *quaedam dicere volentes interfecerunt omnes.* v. Thucyd. lib. 2. cap. 67. Tertia differentia est, quod ἔστι & εἰσὶ semper praesenti tempore efferuntur, licet reliqua oratio de re praeterita vel futura instituatur. Ita apud Eundem, lib. VI, cap. 88. Σῖτόν τε κατεκόμιζον τῷ στρατεύματι, καὶ ΕἸΣΙΝ ΟἿ καὶ χρήματα. *Frumentum ad exercitum comportabant, quidam & pecunias.* Ubi Latine non licet dicere, *sunt, qui*, sed, *erant, qui.* Dixit tamen Plutarchus in Caes. pag. 717. ἮΝ Ὅ,ΤΙ καὶ πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτὴν ἐτέθραυστο τῆς τόλμης τοῦ Ἀριοβύστου. *Aliquantum hoc adventu Ariovisti animus fractus est.*

2 Et hoc commune cum Graecis habent Latini. Ita Terent. Phorm. 5, 7. *Est ubi vos ulciscar probe.* Intellige *tempus* vel *locus.* Ut in ἔστιν ὡς, ἔστιν ὅπως & ἔστιν ὃν τρόπον, subauditur *modus*: & in ἔστιν ὅπου, *locus.* Contra, οὐκ ἔστιν ὅτε vel ὁπότε idem sonat, quod οὐδέποτε. Dio: Οὐ γὰρ ἔστιν ὁπότε ὑπὸ κηρύγματος οὐ σιγάζονται. *Nunquam enim sub praeconio fit, ut non sileant.*

3 Est & ubi in fine invenitur: ita AElianus claudit caput undecimum lib. IV. Αἷσπερ οὖν ἐχρῆτο Σωκράτης ἜΣΤΙΝ ὍΤΕ. *Quibus aliquando Socrates utebatur.*

4 Ita apud Isocratem in Panegyr. pag. 150. Οὐκ ἜΣΤΙΝ ὍΠΩΣ

*cubi*, vel *aliquando*. Imo etiam interrogando [5], *ubi*, vel, *quando tandem*? Demosth. pro Cor. Ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν ἠγανάκτησας; *Ubi*, vel, *quando tandem id te moleste ferre ostendisti*?

[Ἔστιν ὅτε *aliquando*: saepe vero scribitur, ἔσθ' ὅτε.]

III. Tertia singular. ἐστιν, aliquando Attice, brevitatis causa omittitur, cum quibusdam praecipue nominibus, ut, ἀνάγκη, ἐλπὶς, δέος, λόγος, εἰκὸς, τοῦτο, vel τοῦτό γε, οἷον, & aliis quibusdam lectione observandis. v. c. Δεινὸν γὰρ τοῦτό γε. Supp. ἐστὶν, vel ἂν εἴη. id est, *Grave enim hoc est, vel fuerit*: vel δεινὸν solum. Demosth. pro Corona; Καὶ τὸ μὲν δὴ φανερῶς συναγωνίζεσθαι Φιλίππῳ, δεινὸν μὲν, ὦ γῆ καὶ Θεοί. *Enimvero, palam Philippo studere, indignum, o terra, & Superi, facinus*. Μηδὲν οἷον τοῦτο ποιεῖν, sup. ἐστιν. verbatim, *Nihil quale hoc facere*, id est, *nihil vetat hoc facere* [6]. Vide sup. cap. de Nomine. cap. 3. Sect. 8. Reg. 6.

Ἔστιν, omittitur.

IV. Sic, Ἐλπὶς οὖν μεγίστη, αὐτὸν τὰ πράγματα διαπράξεσθαι. id est, *Maxima spes est, futurum ut negocia conficiat*; ὡς λόγος; *ut fama est* [7]: hoc autem in alias personas convenire

ὍΠΩΣ οὐχ ὁμονοήσουσιν. *Fieri aliter non poterit, quin concordes simus futuri*.

5 Intellige tamen, interrogationem extrinsecus esse arcessendam: ita illud Demosthenis ἔστιν ὅπου, non *Ubi*? sed potius, *An alicubi*? reddendum: plena enim oratio est: Μῶν ἐστι τόπος, ὅπου; & ejusmodi interrogandi ratio in superioribus simili jure locum habere potest.

6 Malim; *Nihil præstat, quam hoc facere*.

7 Eleganter etiam omittitur in hoc Platonis: Οὐδὲν χαλεπὸν. qua locutione Graeci utuntur, ubi aliquem, in re, quam acturus est, difficultatem aliquam proponentem, verbo levare volunt. Nostrates quoque totidem verbis: Geen zwarigheid. Ita apud Platonem, Hipp. maj. pag. 290. lin. 20. Socrati scrupulum objicienti, & roganti: Ταῦτα οὖν λέγοντι τί ἀποκρινούμεθα; *Quid adhaec dicenti respondebimus*? Respondet Hippias: Οὐδὲν χαλεπόν. *Nihil grave. Non est, quod haereas*. &c. Pro eodem etiam dici potest, οὐδὲν δεινόν. V. Eund. Apol. Socr. pag. 28. lin. 10. Item φαυλότατον. apud Aristoph. in Equit. vs. 213. ubi Agoracrito miranti, quomodo ipse, qui fartor erat, possit praeesse populo, respondet Demosthenes: Φαυλότατον ἔργον. *Leve hoc est*. Simile huic Οὐδὲν θαυμαστόν Geen wonder. V. Theogn. vs. 25. Item post κεφάλαιον. Ita postquam apud Isocratem Nicocles cives suos multa & egregia monuisset, sub

venire non potest, nisi forte in tertiam pluralem εἰσὶ, at longe rarius.

*Ἔστι δέ. Ita se res habet.* V. Ἔστι δὲ initio periodi, apud Oratores, sine alio adjuncto, absolute ponitur, pro Ἔχει δὲ οὕτως, *Atqui res ita se habet.* Demosthen. de Chersoneso [8], adversus eos, qui dicerent Oratorem, absolute aut belli, aut pacis auctorem esse debere: Ἔστι δὲ εἰ μὲν ἡσυχίαν Φίλιππος ἄγει, &c. οὐδὲν δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἁπλῶς εἰρήνην ἀκτέον. *Atqui ita se res habet: si Philippus quiescit, nihil verbis opus est, pax simpliciter ineunda.* Sequitur, Εἰ δὲ, *sin autem.*

*Ἔστι δέος, metuendum est.* VI. Ἔστι, vel ἦν, cum pronomine οὗτος, & substantivo aliquo, novum habet significandi modum. Demosthen. Olynth. I. Ὡς ἔστι μάλιστα τοῦτο δέος, μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, &c. verbatim, *nam est maximus hic metus*, id est, *valde enim hoc metuendum est, ne vafer, & in rebus tractandis acer.* Eodem modo dici posset, ἔστι μάλιστα οὗτος ὁ φόβος, ὁ κίνδυνος, αὕτη ἡ ἐλπὶς, & similia.

*Ἦν, pro ἐστί.* VII. Imperfectum ἦν, aliquando pro ἐστὶν, ut, ἐχρῆν, & χρῆν pro χρὴ, ἔδει, pro δεῖ, *oportet*, προσῆκεν, pro προσήκει, *convenit.* Sic apud Poëtas ἔπλεο, & ἔπλετο, saepissime, pro ὑπάρχεις, & ὑπάρχει, *es*, & *est.* Exempla passim obvia.

*Εἴη, utinam.* VIII. Εἴη tertia optativi, maximeque initio periodi, videtur interdum reddi debere per *utinam*, vel *optandum fuerit*, sequente infinitivo. Plutarch. in Theseo [9]. Εἴη μὲν οὖν ἐκκαθαιρόμενον λόγῳ τὸ μυθῶδες, ὑπακοῦσαι, καὶ λαβεῖν ἱστορίας ὄψιν. *Atque utinam quicquid fabulosum inest, oratione purgatum, votis nostris obsequatur, & aliquam historiae speciem induat.*

*Εἶεν per se positum.* IX. Εἶεν, tertia pluralis ejusdem optativi, per se sola, servit transitioni, qua pars aliqua concluditur, & sequens inchoatur, ut, *Esto*, apud Latinos: vel, *Ac de his hactenus.* Demosthen. saepe, ut Philipp. I. ubi absolvens partem aliquam bellici apparatus; Εἶεν, inquit, τί πρὸς τούτοις ἔτι;

sub finem orationis haec omnia in unum quasi fasciculum colligit, his verbis: Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων. οἵουσπερ ἂν τοὺς ὑφ' ὑμῶν ἀρχομένους οἴεσθε δεῖν περὶ ὑμᾶς εἶναι, τοιούτους χρὴ περὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν ὑμᾶς γίνεσθαι. *Omnium vero, quae a me dicta sunt, haec summa est. Quales putatis eos, qui vobis parent, erga vos esse oportere, tales vos decet esse erga meum imperium.*

8 Pag. 36, lin. 5.

9 Paulo post principium.

10 E-

Digitized by

ἔτι; *Esto: quid praeterea?* Plato l. 8. de Rep. sic orditur; Εἶεν· ταῦτα μὲν δὴ ὡμολόγηται· *Hoc igitur maneat: Siquidem inter nos jam convenit*, &c.

X. Infinitivus εἶναι, apud Atticos, praesertim cum voce ἑκών. id est, *Libens, libenter*, interdum abundat, ut, Ἑκὼν ἂν εἶναι τοῦτο ποιήσαιμι. id est, *Libenter hoc fecerim* [10]: quod etiam in plurali locum habet, ut, Ἑκόντες ἂν εἶναι ὅλον τὸν κίνδυνον ὑπομένοιεν. *Libenter totum periculum subirent.* Ἑκὼν εἶναι; libenter.

XI. Aliquando jungitur cum τὸ & praepositione ἐπί. Thucydid. lib. 8. Καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι καὶ ἄκριτοι ἄν, καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν. id est, *Et quidem sub illorum imperio*, vel *quantum ad illos attinet*, (ὀλιγαρχικοὺς intelligit,) *se cum indicta causa, tum etiam crudelius perituros esse*: ἄκριτοι enim pro accusativo ἀκρίτους, Attice cum infinitivo conjunxit [11]. Τὸ εἶναι ἐπί τινι.

XII.

10 Exemplum quaere apud Thucyd. lib. 2. cap. 89. Τὸν δὲ ἀγῶνα οὐκ ἐν τῷ κόλπῳ ἙΚΩ͂Ν ΕἾΝΑΙ ποιήσομαι. *Praelium vero non in sinu libens committam.* In foem. gen. apud Plat. in Phaedro pag. 252, init. Ὅθεν ἙΚΟΥ͂ΣΑ ἘΙΝΑΙ οὐκ ἀπολείπεται. *Unde sponte non recedit.*

Exemplum pluralis numeri habet Plato lib. 7. de Rep. pag. 519. Ὅτι ἙΚΌΝΤΕΣ ΕἾΝΑΙ οὐ πράξουσιν. *Quod lubentes non facient.* Et Xenoph. lib. V. Κύρ. παιδ. pag. 120. in fine. Οὔτε ἀσεβεῖν ἂν θέλοιεν, οὔτε ἀδικεῖν, οὔτε ἂν ψεύδοιντο ἙΚΌΝΤΕΣ ΕἾΝΑΙ. *Neque impii, neque injuriosi, neque sponte sua mendaces esse velint.* Semperque (quod sciam) ἑκὼν ante εἶναι ponitur.

11 Cave credas, ἄκριτοι poni pro accusativo ἀκρίτους. Sic barbarus quispiam potius, quam Thucydides loquatur: nominativus adhibetur, quia reflexio fit ad personam praecedentem; ubi vero non manetur in eadem persona, accusativum invenies, ut ibidem; nam ita pergit: Τὸν δὲ δῆμον σφῶν καταφυγὴν εἶναι. *Populum vero, suum esse perfugium.* Consule, sis, quae plura dixi ad Sect. 3. Reg. 2. Locus Thucydidis est cap. 48. in fine. Est & alius hujus infinitivi usus, praesertim apud Poëtas & Jonas, qui vel per Appositionem, vel potius, dissimulato articulo τοῦ, per conjunctionem *ut* exponitur. Ita Homerus Il. E.

Πρόσθε δέ οἱ πέπλοιο φαεινοῦ
πτύγμ' ἐκάλυψεν,
Ἕρκος ἜΜΕΝ βελέων.

*Ipsum vero pepli nitidi sinu contexit, ut esset munimentum contra tela.* Apud Pausaniam non semel: qui etiam eodem casu aliud verbum adjungit, sed praefixo genitivo τοῦ. Ut in Achaicis. Ἀπεστέλλοντο δὲ ἐς Μέγαρα,

Εἶναι, *filium esse.*

XII. Significat aliquando *filium esse* [12], idque vel cum genitivo πατρὸς, vel sine illo. Cum illo quidem, ut apud Isaeum, Οἱ συνδικοῦντες αὐτῷ. Σμικροῦ πατρὸς εἶναί φασι τὸν Νικόστρατον. id est, *Qui cum defendunt, Smicri parentis filium esse dicunt Nicostratum.* Sine illo autem: Ibidem, Φασὶ μὲν οὖν εἶναι Θρασυμάχου Νικόστρατον. *Ajunt quidem Nicostratum Thrasymachi filium esse.* idque in participium etiam redundat; Pausanias in Atticis [13]: Ἀγαθοκλεῖ Λύσανδραν γυναῖκα ἠγάγετο, Πτολεμαίου καὶ Εὐρυδίκης οὖσαν. id est, *Agathocli Lysandram uxorem dedit, Ptolemaei & Eurydices existentem*, id est, *filiam.*

Εἶναι, *servum esse.*

XIII. Per se quoque εἶναι significat, *servum esse* [14]: ut, τῶν ἡμᾶς καλόν τι πεποιηκότων, ὁμολογοῦμεν εἶναι. id est, *Eorum, a quibus aliquid beneficii accepimus, servos nos esse profitemur.* Contra vero εἶναι ἑαυτοῦ, idem est quod αὐτεξούσιον εἶναι. id est, *Sui juris ac potestatis esse.*

Εἶναι, *licere.*

XIV. Praeterea εἶναι, tametsi rarius quam ἐστὶ, pro *licere*, aliquando sumitur. Demosthen. in Timocratem, Εἶναι αὐτῷ, ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφειλήματος.

γαρα, φρουρά τε ΕΙΝΑΙ Μεγαρεῦσι, καὶ ἢν Μέτελλος ἐπίῃ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι, ΤΟΥ πρότερον σφᾶς ΚΩΛΥΕΙΝ. *Mittebantur vero Megara, ut & praesidio essent Megarensibus, &, si Metellus & Romani invaderent, illis mature obsisterent.*

12 Non adeo hoc significat, sed κατ' ἔλλειψιν intelligitur παῖς. quomodo & ipsum verbi substantivi participium abest, involvente Articulo praepositivo υἱὸς vel παῖς. Vide Cap. I, R. 12.

13 Pag. 16, lin. 43. ubi γυναῖκα ἠγάγετο, malim reddere: *stipulatus est uxorem.* nam minus solerter dicitur Lysimachus alienam filiam Agathocli dedisse.

14 Ita saepissime reddi potest, sed hinc non sequitur, hanc esse hujus verbi notionem. Regula latius patet, & verbum εἶναι cum Genitivo generaliter fere notat possessionem vel propriam vel metaphoricam, & cui servimus, gratias debemus, adhaeremus, cujus verbis adducimur, vel partes sequimur, illius esse dicimur. Huc pertinet, quod supra tetigimus, εἶναι τοῦ λέγοντος. *Alicujus oratione persuaderi.* Verbatim: *esse dicentis*, qui nos oratione suos fecit. Exemplum ministrat Aristoph. in Equ. vs. 856. Μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι. *Ne hujus verbis persuaderi te sine.* ubi vid. Casaubonum. Huc refer 1 Cor. III, Ἐγώ εἰμι Παύλου. Πάντα ὑμῶν ἐστιν. Ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ. Χριστὸς δὲ Θεοῦ. Qualia fere omnia etiam Latinorum sunt. Caeterum Genitivus ἑαυτοῦ eodem modo cum verbo γίγνεσθαι jungitur. vid. supra Sect. V. R. 9.

15 Cum

Digitized by Google

τῷ. id est, *Licere ipsi, aut alteri ejus nomine, debiti sponsores dare.*

XV. Per se aliquando idem est quod *salvum esse*. Demosthen. oratione de pace, loco admodum notando, ubi de natura sociorum in bello; Οὐκ ἄχει τῆς ἴσης ἑκαστός ἐστιν εὔνους, οὔθ' ἡμῖν, οὔτε Θηβαίοις, ὥστε εἶναι, καὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων. id est, *Nemo, vel nostri, vel Thebanorum usque adeo studiosus est, ut eosdem pariter & salvos esse, & alios superare velit.* ubi εἶναι, idem est quod σῶς εἶναι, & ἄχει τῆς ἴσης, usque *adeo*, vel *ex aequo*. Id quod etiam Tullius offic. 1. expressit, dum ait, *Sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum, ut cum inimicis gerebatur; uter esset, non uter imperaret.* Atque id eo loco significare τὸ εἶναι, constat ex sequentibus. Addit enim Demosthen. Ἀλλὰ σῶς μὲν εἶναι ἅπαντες ἂν βούλοιντο, ἕνεκα ἑαυτῶν· κρατήσαντας δὲ τοὺς ἑτέρους δεσπότας ὑπάρχειν αὐτῶν, οὐδὲ εἷς. id est, *At sua quidem causa, incolumes esse facile omnes patiuntur, aliis vero superatis*, vel *alterutros autem superiores factos, sibi dominari, ne unus quidem*: ubi quod ante dixerat εἶναι, explicat per σῶς εἶναι, id est, *salvos esse.*

Εἶναι, *salvum esse.*

XVI. Εἶναι εἰς ἀρετήν, id est, ἐπιδοῦναι, seu προχωρεῖν, *in virtute proficere*: quae loquendi ratio nomine etiam mutato locum habere potest: ut, Εἶναι εἰς παιδείαν, aut πολυμαθίαν, *in eruditione proficere.* Ita Gregor. Nazianzenus oratione 26. Ὥστε εἰ καὶ μὴ αὐτοὶ τοσοῦτον ἦσαν εἰς ἀρετήν, πάντας ὑπεραίρειν τῇ εὐτεκνίᾳ. id est, *Ut si quidem ipsi, non tantum in virtute profecissent; omnes tamen liberorum felicitate superarent* [15].

Εἶναι εἰς ἀρετήν.

XVII. Item verbum εἰμὶ, in tertia persona singulari praesentis, vel imperfecti, vel futuri, non tantum indicativi modi, sed etiam optativi, & subjunctivi, cum dativis participiorum quorundam, affectum animi significantium, pro verbis ipsis usurpari solet. Participia illa tria praecipue sunt, βουλόμενος, ἡδόμενος, ἀχθόμενος, quibus nomen ἀσμένος, adjungitur [16].

Εἰμὶ, cum dativo particip.

Xeno-

15 Cum Praepositione περὶ constructum sequente quarto casu significat, *alicui rei operam dare, versari circa aliquid.* Plat. Phaedr. pag. 248. lin. 39. Ἢ ΠΕΡῚ σώματος ἸΑΣΊΝ τινα ἘΣΟΜΈΝΟΙ. *Vel medicandis corporibus operam adhibituri.* Eodem plane modo, quo supra in γίγνομαι.

16 Addo participium προσδεχόμενος ex illo Arriani, de Exp. Al. lib. I, cap. 23. Ἐκδρομὴ γίγνεται . . . ἢ οὐδὲ πάνυ τι



ΠΡΟΣ-

Xenophon 4. Ἑλλην. Τί ὖν ὐ πυνθάνη, εἰ ϰ᾽ ἐκείνῳ βουλομένῳ ταῦτά ἐςι. *Quin tu ergo sciscitaris, num haec illi etiam placeant*? Plato in Phaedone, Ὅθεν δὲ ἀπελίπομεν, ἐπανέλθωμεν, εἴ σοι ἡδομένῳ ἐςί. *Jam eo redeamus, ubi sermonem abrupimus, si quidem id probas.*

Xenoph. 4. παιδ. Ὅτῳ ὑμῶν μὴ ἀχθομένῳ εἴη. *Cui vestrum id molestum non erit*?

Homer. Iliad. ξ. vers. 108. Ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη: *Mihi quidem gratum fuerit.* Ita Tacitus in vita Agricolae [17]. *Quibus bellum volentibus erat.* De infinitivo rariora sunt exempla.

ΠΡΟΣΔΕΧΟΜΕΝΟΙΣ ΤΟΙΣ ΜΑΚΕΔΟΣΙΝ ἮΝ. *Eruptio fit ea parte, qua Macedones minime exspectabant.* Verb. *Macedonibus minime exspectantibus erat.*

17 Cap. 18.

# SECTIO VII.

## *De Verbis* εἰπεῖν, ἐξέρχεσθαι, ἐξιέναι, ἔοικα, ἔχω.

### REGULA I.

Εἰπεῖν, abundat.

Infinitivus εἰπεῖν, saepissime apud Atticos, παρέλκ. id est, *ornatus* solum causa adhibetur. Ita Xenophon. παιδείας 1. Κἀν τ᾽ Ἀςυάγην σκώψαντα εἰπεῖν· ὐχ ὁρᾷς, φάναι, ὡς καλῶς οἰνοχοεῖ; *Non vides, inquit Astyages, hominem irridens, quam belle quamque eleganter vinum fundat*? ubi necessario, vel εἰπεῖν, vel φάναι abundat. Imo, quod etiam admirabilius est, hic infinitivus cum aoristo ejusdem verbi φημὶ conjungitur, maxime apud Dialogorum Scriptores. Ita Plato saepe, ϰ὏ ὃς ἔφη, εἰπεῖν, μηδαμῶς· id est, *ille autem, nequaquam, inquit*, ubi sine dubio, ἔφη, satis fuisset [18].

II.

18 Horum alterum aliquando in Participio positum invenies. sic Herod. Erat. cap. 67. Ὁ δὲ, ἀλγήσας τῷ ἐπερωτήματι, ΕἸΠΕ ΦΑΣ. *Ille vero, hanc interrogationem aegre ferens, inquit.* Vel utrumque in indicativo ponitur. Ita apud Plat. in Theag. pag. 129. Ἀνιςάμενος πρός με ΕἸΠΕ, Τί λέγεις, ἜΦΗ, ὦ Σώκρατες. *Adsurgens mihi dixit, quid ais, inquit, Socrates.*

Digitized by Google

II. Saepe hoc verbum significat, *sententiam dicere*, vel *statuere*. Passim apud Demosth. εἶπεν. id est, *Hanc sententiam dixit*: quod etiam γνώμην λέγειν, & ἀποφαίνεσθαι dicebatur. *Εἰπεῖν, sententiam dicere.*

At γνώμην εἰπεῖν, saepius est *autorem esse alicujus sententiae*. Plutarch. Pomp. Ἕως ἔδωκαν αὐτῷ τὴν ἀρχὴν, Λευκίου Φιλίππου γνώμην εἰπόντος. id est, *Donec imperium ipsi decernerent, auctore L. Philippo*. ubi male interpres, *Philippo referente*. Nam v. c. quod Latini dicunt, *Senatusconsultum in Ciceronis sententiam factum est*, Graecis diceretur, δόγμα τῆς βουλῆς ἐγένετο, Κικέρωνος γνώμην εἰπόντος. At *referre*, seu *rogare*, Graeci, γνώμας προτιθέναι, ἀναδιδόναι, ἐπαγαγεῖν, ἐπιτρέπειν. Quod alias etiam dicitur, προσιέναι, vel προσελθεῖν τῇ βουλῇ, vel χρηματίζειν ἐν τῇ βουλῇ, vel τὴν βουλὴν προθεῖναι Et Latinae dictioni propius, ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον, nec male εἰσηγεῖσθαι, maxime ad populum. Dicunt praeterea, ἐπιψηφίζειν εἰς τὴν βουλὴν, ac fere cum infinitivo; ut, ἐπιψηφίζειν εἰς τὴν βουλὴν, τὸν πόλεμον ἀνελεῖν. id est, *De suscipiendo bello ad Senatum referre* [19]. *Γνώμην εἰπεῖν, auctorem esse.*

III.

*crates*. Et in Rep. lib. I, pag. 337. init. Καὶ ΕΙΠΕΝ, ὦ Ἡράκλεις, ΕΦΗ. Sed semper inter utrumque aliquid interponitur.

19 Hic interfero ἔλπομαι, quod Poëtice & Jonice pro Ἐλπίζω *spero*, contrariam admittit significationem, & notat *Metuo*. Herod. Erat. cap. 109. Ἢν μέν νυν μὴ συμβάλλωμεν, ΕΛΠΟΜΑΙ τινὰ στάσιν μεγάλην ἐμπεσοῦσαν. *Quod si praelium non committimus, vereor, ne magna exoriatur seditio*. Cum tamen omne verbum unam tantum natura sua, eamque primariam notionem obtineat, non plures, multo minus duo contraria significare potest, tirones hoc loco monendos volui, ut, si quid tale accidit, in neutra significatione acquiescant, sed tertiam aliquam quaerant, in quam duae illae, tanquam in genus suum, speciales concurrant. V. G. si videant, unum atque idem verbum τίω modo *honorandi*, modo *puniendi* significatum habere, tertius quaerentes generalior non diu latebit, qui est, *Pendere*, *Luere*, *solvere*, unde secundaria nascitur notio; nempe: *Tractare aliquem pro meritis*. Si nunc bene quis meritus est, sponte inde fluit significatio *honorandi*; sin contra, *puniendi*. Eodem modo in ἐλπίζω inter duo illa *spero* & *metuo* tanquam medium est, *Credo*, *Existimo*, qua acceptione tum alibi, tum apud Homerum occurrit, Il. N. non procul ab initio

Οὐ γὰρ ὅγ' ἀθανάτων τιν'
ΕΕΛΠΕΤΟ ὃν κατὰ θυμὸν
Ἐλθόντ' ἢ Τρώεσσιν ἀρηγέμεν ἢ
Δαναοῖσιν.

Ne-

*Ἐξέρχεσθαι & ἐξιέναι. verba militaria.*

III. Ἐξέρχεσθαι, ἐξιέναι, abſolute poſita, ſunt verba militaria, quae ſignificant *ad bellum proficiſci*: vulgo, *ſortir en campagne*. Demoſthen. Olynth. 2. Ἐξεληλυθότων ὑμῶν ἀξίως τῆς πόλεως. *Vobis ad bellum pro hujus urbis dignitate profectis*, id eſt, *eo modo*, *eoque apparatu*, *quem urbis dignitas poſtulet*. Paulo poſt, Εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποιοῦντας ἑτοίμως, id eſt, *Contribuendo*, *ad bellum exeundo*, *omnia prompte faciendo*.

*Ἔοικα, paratus ſum.*

IV. Ἔοικα, praeter vulgares acceptiones quibus ſignificat *ſimilis ſum*, *videor*, & ſimilia, conjunctum cum infini-

*Neque enim ille exiſtimavit, immortalium quempiam venturum, qui vellet vel Trojanis vel Danais opem ferre.* Rurſus Oppian. Halieut. lib. I, vſ. 88.

> Ὀυ μὲν γὰρ γαίης πολυμήτορος
> ἜΛΠΟΜΑΙ ἄλμην
> Παυροτέρας ἀγέλας, ἤτ' ἔθνεα
> μείονα φέρβειν.

*Non enim crediderim mare pauciores greges neque minora numero animalia nutrire, quam terram, multorum matrem.* Nec aliter voces Latinae *ſpero* & *ſpes* explicandae veniunt, quae natura ſua nihil aliud quam περὶ τῶν μελλόντων δόξαν notant. Luculentus eſt Virgilii loc. lib. IV, AEn. vſ. 419.

> *Hunc ego ſi potui tantum SPERARE dolorem.*

Ubi *ſperare* manifeſto pro *putare*, *Credere*, *Exiſtimare*. Manifeſtius tamen lib. II, vſ. 658.

> *Mene efferre pedem, genitor, te poſſe relicto*
> *SPERASTI?* - - - -

Manifeſtiſſime lib. X, 291.

> - - - *Speculatus litora Tarchon,*
> *Qua vada non SPERAT, nec fracta remurmurat unda.*

Contra *reor* pro *ſpero* utitur Virg. lib. AEn. XII, vſ. 188.

> *Ceſſerit Auſonio ſi fors victoria Turno,* &c.
> *Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem,*
> *Ut potius REOR, & potius Di numine firment.*

Si jam illa *exiſtimatio* cum affectu animi conjuncta verſatur circa bonum quodpiam futurum, inde naſcitur verbi ἔλπομαι notio *ſperandi*, ſin contra, *metuendi*. Et ſic in aliis hujusmodi quid patientibus. Ad rem adpoſitiſſime Plato eodem modo explicat cognatum ſubſtantivum ἐλπίς, de Legibus lib. I, pag. 644. Ubi poſtquam dixerat unicuique duos ineſſe conſiliarios contrarios, qui vocantur voluptas & moeſtitia, ita pergit: Πρὸς δὲ τούτοιν ἀμφοῖν αὖ δόξας μελλόντων, οἷν κοινὸν μὲν ὄνομα ἐλπίς· ἴδιον δὲ φόβος μὲν, ἡ πρὸ λύπης ἐλπίς· θάῤῥος δὲ, ἡ πρὸ τοῦ ἐναντίου. *Ad quas ambas accedunt opiniones de futuris, quarum quidem commune nomen ſpes eſt, peculiare vero alteri metus, quae eſt ſpes vel opinio dolorem antecedens, alteri confidentia, quae contrarium praecedit adfectum.*

20 Pau-

finitivo, maximeque futuri temporis, deliberatam aliquid jam jam faciendi voluntatem ostendit. Lucianus in Charonte: Ἔοικα δὲ ϗ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι, ὡς μᾶλλον βλέποιμι, ϗ ἀκούοιμι. id est, *Je pense que je m'en vay descendre tout bellement, afin de mieux voir & entendre:* Loquitur Charon, qui e summo monte, quae infra vel fiebant, vel dicebantur, minus commode videre, vel audire posset.

V. Ἔοικε, cum dandi casu, saepe vertendum videtur, *convenit*, *consentaneum est:* atque adeo, *tribuendum est:* quod postremum & rarius est, & praecipue observandum. Demosthen. Olynth. 2. [20] Δαιμονίᾳ τινὶ, ϗ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ. *Fortunato cuidam, planeque divino beneficio tribuendum fuerit.*

VI. Ὡς ἔοικε, non tantum significat, *ut videtur*, *ut par est*, & similia: verum etiam sumitur interdum, pro *utique*, *plane*, & similibus adverbiis. Plutarch. in Theseo [21], Ὁ γὰρ δὴ χρόνος ἐκεῖνος ἤνεγκεν ἀνθρώπους, χειρῶν μὲν ἔργοις, καὶ ποδῶν τάχεσι, καὶ σωμάτων ῥώμαις, ὡς ἔοικεν, ὑπερφυεῖς καὶ ἀκαμάτους. id est, *Tempus enim illud homines ferebat manuum operibus, celeritate pedum, & corporum viribus eximios plane atque invictos.* Amiotus vertit, *grandement.* Ὡς ἔοικε, plane.

VII. Aliquando commode reddi possit, *videlicet*, *nimirum*, *quippe*. Idem Plutarch. ibid. [22] Παίων γὰρ, ὡς ἔοικε, κεφαλῇ τοὺς ἐντυγχάνοντας ὁ Τέρμερος, ἀπώλλυεν. *Videlicet*, aut *quippe*, *Termerus enim ille incusso capite occurrentes perimebat.* Quas ibi voces addidit Plutarchus, ut ostenderet, quam juste a Theseo simili mortis genere occisus interierit. Demosthen. pro Corona, Ἀλλ' οὐκ ἦν ταῦτα, ὡς ἔοικε, τοῖς Ἀθηναίοις πάτρια, οὐδ' ἀνεκτὰ, οὐδ' ἔμφυτα. *At haec, nimirum, Athenienses a majoribus non didicerant, nec omnino, vel ferenda, vel moribus suis consentanea existimabant.* Ἔοικε, videlicet.

VIII. Alias vertere mallem, *ut perhibent*, *ut fama est*, *ut ajunt*, aut simil. Plutarch. Ibid. [23] Λέγεται δὲ καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἑτέρας (Ἀμαζόνας) ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι περὶ τὸ ῥευμάτιον, ὃ πάλαι μὲν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται. id est, *Ferunt circa Chaeroneam alias etiam interiisse, ac secundum eum rivulum sepultas esse, qui olim, ut perhibent, Thermodon, nunc vero Haemon vocatur.* Interdum, Ὡς ἔοικε, ut ajunt.



20 Paulo post principium.
21 Pag. 3, lin. 26.
22 Pag. 5. lin. 20.
23 Pag. 13, lin. 26.



Digitized by Google

*Ut credo.* *Ut video.* *ut credo, ut mihi persuadeo.* Demosthen. pro Coron. Μέλλων δὲ ἰδίου βίου παντὸς, ὡς ἔοικε, λόγον διδόναι τήμερον. *Cum autem privatae totius vitae reddenda, ut credo, mihi hodie ratio sit.* Interdum significat, *ut video:* Plautus, *Ut hoc natum intelligo.* Platonis in convivio, cum unus diceret aliquid se puero factum esse, infert alter, πάνυ ἄρα πάλαι, ὡς ἔοικεν: *Pervetustum id quidem, ut video:* quo modo etiam superius illud Demosthenis reddi posset. Idem Demosthen. ibid. Καὶ, ὡς ἔοικεν, ὁ σύμβουλος καὶ ῥήτωρ ἐγὼ, τῶν μὲν ἐκ λόγου, καὶ τῶν βουλευμάτων, πραχθέντων, οὐδενὸς αὐτῷ συναίτιος εἶναι δοκῶ. *Atque, ut video, consiliarius ego cum sim & orator, nihil ipsi tamen ad ea, quae vel oratione, vel consilio meo perfecta sunt, contulisse videor.*

**Ἔχω cum adver. & genit.** IX. Verbum ἔχω, notandos habet usus, qui sequuntur. Primo cum his praesertim adverbiis, πῶς, ὅπως, ὡς, οὕτως, εὖ, καλῶς, κακῶς, & genitivo casu [24], eleganter Atticeque conjungitur: ut, Οὕτως ἔχω τῆς γνώμης, *ejus sententiae sum.* Plutarch. Camillo, Ὡς ἕκαστος ἑτοιμότητος, ἢ βουλήσεως εἶχε. *Ut quisque paratus, aut animatus fuerit*, verbatim, *ut quisque promptitudinis, aut voluntatis habuerit.* Sic, εὖ ἔχειν τῆς ῥώμης, aut τῆς συνέσεως, *robore aut prudentia valere.* Sic, ὡς εἶχε τάχους ἕκαστος [25], *ut habebat quisque celeritatis*, id est,

24 Locutio est elliptica. V. C. cum dico, οὕτως ἔχω τῆς γνώμης, post ἔχω subaudi ἐμαυτὸν, ut recte observat Cl. Bos, & ante γνώμης in proclivi est intelligere praepositionem περὶ, ut sit integra locutio: Οὕτως ἔχω ἐμαυτὸν περὶ τῆς γνώμης. Rarius cum Dativo. Demosthenes ep. 3, ubi vergit ad finem. ΤΗι γε ΕΥΝΟΙΑι ΟΥΤΩΣ ἘΧΩ ΠΡΟΣ ὙΜΑΣ, ὡς ὑμᾶς ἂν εὐξαίμην πρὸς ἐμέ. *Tam bene vobis cupio, quam vos mihi optarim.*

25 Exemplis nihil tritius. Similiter dixerunt ὡς ποδῶν εἶχον, vel, ut Herodot. lib. VI, cap. 116. εἴχοντο. pro quo & non raro invenies, ἢ ποδῶν εἶχον. Est & ubi duo adduntur Genitivi. Videsis Arrian. Exp. Al. lib. VI, cap. 6. Οἱ δὲ ψιλοὶ ὩΣ ΤΑΧΟΥΣ ΕἾΧΟΝ ΠΟΔΩΝ, ἐφείποντο. *Levis autem armaturae milites, quanta pedum celeritate poterant, eum sequebantur.*

Cum aliis Adverbiis constructum eorumdem significationem adsumit, idque quintuplici modo.

Primo, Adverbium simpliciter sine ullo casu additur, ut, Ἀδυνάτως ἔχω, pro, Οὐ δύναμαι. Quo modo & sequentem habet Infinitivum, quemadmodum δύναμαι. Idem Arr. lib. I, cap. 26. Τὸν δὲ ὑπὸ καμάτου ἘΓΕΡΘΗΝΑΙ μὲν ἈΔΥΝΑΤΩΣ ἜΧΕΙΝ ἐκ τοῦ ὕπνου.

Eum

est, *pro sua quisque celeritate*; licet cum εὖ, καλῶς & κακῶς saepe accusativum adsciscat.

X. Secundo, cum praepositionibus ἀμφὶ & περὶ, postulat accusativum & significat, διατρίβω, *versor, occupor:* ut, ἀμφὶ τοδὶ νῦν ἔχω, *nunc quidem in eo sum, aut versor* [26].

Tertio, cum participiis quibusdam, maximeque aoristi temporis, explicatur per aoristum Indicativi, & verbi, cujus participium adjunctum habet: ut, μαθὼν ἔχω, id est, ἔμαθον, *didici:* συλλαβὼν ἔχω, id est, συνέλαβον, *comprehendi:* ποιήσας ἔχω, id est, ἐποίησα, ut Gallice dicimus, *J'ai appris,*

*Eum prae lassitudine e somno excitari non potuisse.*

Secundo, additur Accusativus a verbo rectus: Aristoph. Νεφ. vs. 979. Ἴσχειν τὼ ποδ' ἐναλλάξ. *Habere pedes alternatim.* i. e. *Alternare pedes.*

Tertio, alius casus additur ab Adverbio rectus. Dem. Phil. IV, pag. 60. Ἐκ δὲ τῦ ΤΟΥ'ΤΩΝ ὈΛΙΓΩ'ΡΩΣ ὑμᾶς ἜΧΕΙΝ. *Ex quo hoc neglexistis.*

Quarto additur Dativus personae, erga quam hoc vel illo modo, bene maleve adfecti sumus. ut, Ἔχω σοι φιλανθρώπως, ἀπεχθῶς, οἰκείως, &c. V. Dem. contra Phorm. pag. 587. lin. 49. & Philostrat. Heroic. c. 1. Ὑμναῖος Πεπαρήθιος ἘΠΙΤΗΔΕΙ'ΩΣ ΜΟΙ ἜΧΩΝ. *Hymnaeus Peparethius, necessarius meus.*

Quinto, pro Dativo illo invenies quandoque Accusativum cum Praepositione πρὸς. Herodian. lib. 1, cap. 12. Ἀπεχθῶς ἔχοντες πρὸς αὐτόν. *Infensi ipsi.*

26 In genere dicamus, verbum ἔχω constructum cum aliqua praepositionum cum suo casu, reddi per illud verbum, ad cujus significationem expressum nomen proxime accedit. E. G. Ἔχω διὰ φροντίδος, i. e. φροντίζω. *Est mihi curae.* Lucian. Demosth. Encom. pag. 907. Διὰ στόματος ἔχειν. *In ore habere*, vel, *memoriter tenere.* Athen. Deipnos. lib. XIV, cap. 3. Ἔχω σὲ ἐν ὀργῇ. *Succenseo tibi.* Thucyd. lib. II, cap. 18. Ἔχειν ἐν αἰτίαις, vel δι' αἰτίας. *Culpare.* vid. Nostrum infra Cap. IX, Sect. 3, reg. 12. Sic, *in spe habere*, pro, *sperare* dixit Sallust. B. C. cap. 31. Cum praepositione ἐπὶ, sequente dandi, vel κατὰ, sequente generandi casu significat *hostili* vel *offenso in quempiam animo esse.* In Herodot. Erat. cap. 49. Δοκέοντες, ἐπὶ σφίσι ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας δεδωκέναι (supple, γῆν τε καὶ ὕδωρ). *Putantes, hostili in ipsos animo dedisse terram & aquam AEginetas.* Similiter cum praepositione κατὰ non semel in capite 2. Apocalyps. Joann. Ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα. Verbatim: *Habeo pauca adversum te.* Nos satis feliciter, Op of tegen wien heeft hy het?

27 Quia

*appris, j'ay fait.* Demosthen. in Leptin. Τὰς μὲ καθ' ἕκαστον ἐάσω, μίαν δ', ἣ συλλαβῦσα τὰς ἄλλας ἔχει, δίειμι. id est, *Singulas omittam recensere, unam illam, quae caeteras omnes comprehendit, exponam* [27]. Rarius cum participio praesentis temporis. Arrianus lib. 4. cap. 8. Ἱκανὸν εἶναι ἂν ἤθελεν, ἐν τοιᾷδε παροινίᾳ, τὸ καθ' αὐτὸν σιγῶντα ἔχειν. *Satis meo judicio tum fuisset, in tanta ejus temulentia, quietum se ac silentio tenere: se tenir coy* [28].

Ἔχειν πρός. XI. Quarto, ἔχειν πρὸς, vel εἰς, id est, *respicere, spectare, pertinere ad*; ut, ὅδε ὁ λόγος ἔχει πρὸς σε. id est, *Haec ad te spectat oratio.* Sic, ὅσον ἔχει πρὸς ἐμὲ, τῦτο δὴ ποίησον, id est, ἐμῦ γε ἕνεκα, *mea quidem causa, hoc facito:* id est, *per me licet hoc facias.* Quo sensu eleganter de oraculorum explicatione usurpari solet. Pausanias Eliacôn 1. Κρεσφόντυ δὲ συμφρονήσαντος, ὡς ἐς τῦτον τ̃ ἄνδρα ἔχει τὸ μάντευμα. id est, *Cumque Cresphontes, re secum expensa, conjecisset, ad istum hominem oraculum pertinere*, id est, *de illo intelligendum esse:* ubi obiter notandus usus verbi συμφρονεῖν, pro

27 Quia non admodum crebra sunt exempla, tertium addo ex Platonis Phaedro pag. 257, lin. 21. Τὸν λόγον δέ σε πάλαι ΘΑΥΜΑ'ΣΑΣ ἜΧΩ. *Tuam vero orationem jam dudum admiror.* Potest etiam hoc modo apud Latinos verbum *Habeo* construi cum Participio, sed non nisi Praeterito Passivo. E. G. *Vinculis illum constrictum habet.* Quod Graece diceremus: Αὐτὸν ἔχει δήσας. Curt. l. IV. c. 1. §. 18. *Caeterum date aliquem regiae stirpis, qui meminerit, a vobis acceptum habere se regnum.* Sed tamen, apud Latinos certe, si ad participium spectas, praeteriti; si ad verbum, praesentis significationem habet. Adeo ut *acceptum habere regnum* & *accepisse* differant, quod posterius notat tantum accepisse, licet jam amissum, sed prius, non tantum accepisse, sed etiamnum possidere. Quod inde vel maxime patet, quia ipsum verbum *Habeo* hoc modo praeterito aliisque temporibus variari potest. Exemplum habet Sallustius B. J. cap. 10. *Neque ea res falsum me habuit.* Et B. C. cap. 23. *Tale periculum Reip. haud occultum habuit.* Confer Ter. Hecyr. IV, 2, 6. Et in Eun. II, 3, 92. Caeterum quomodo Graeci verbum cum participio passivo jungant, mox R. 14. dicemus.

28 Non videtur pro locutionis novitate unicum hoc suppetere exemplum; quare ἔχειν σιγῶντα, subaudito pronomine ἑαυτὸν, eadem forma dictum putaverim, qua τηρεῖν ἑαυτὸν πιςόν, de quo idiomate supra ad Cap. III, Sect. 2, R. 1. Verbum ἔχειν hunc usum obtinere, docuit Stephanus ex Platone, apud quem; ἑαυτὸν ἔσχεν ἀφανῆ. *Se ipsum e conspectu eripuit.*

29 Cum

Digitized by Google

pro *diligenter secum expendere*, vel *conjicere de sensu oraculi*, de quo infra, Sect. 11. Reg. 3. [29].

XII. Quinto, ἔχειν est παρέχειν, cum dandi casu personae, & accusativo rei, ut, πολὺν κίνδυνον ἔχει τοῦτο τῇ πόλει, verbatim, *multum hoc periculum habet civitati*, id est, *civitatem in magnum discrimen adducit*: πολλὰ πράγματα ἔχειν τινὶ, vel παρέχειν, aut παρέχεσθαι, *plurimum negocii alicui facessere* [30]: εὔνοιαν ἔχειν τινὶ [31], *aliquem benevolentia prosequi*: συγγνώμην ἔχειν τινί. id est, *alicui veniam dare* [32]. Ἔχειν f. παρέχειν.

XIII. Sexto, cum accusativo temporis conjungitur, sequente participio praesentis vel aoristi ad significandum inter- Ἔχω cum particip. tempus signific.

29 Cum praepositione πρὸς etiam comparationi inservit. Ita Lucian. Dem. Encom. pag. 890. Καὶ μηδ', ὅπως ΠΡΟΣ ΤΟΝ ἩΣΙΟΔΟΝ ΕἼΧΕΝ (Ὅμηρος) ἡλικίας, σαφῶς εἰδέναι. *Nec etiam, quomodo ad Hesiodum sese habeat Homeri aetas, evidenter scire*. i. e. *utrum Hesiodo Homerus sit antiquior*. Confer cap. IX, sect. 8, reg. 13.

30 Alias ἔχω πράγματα, absente Dativo, neutraliter explicatur pro *vehementer occupatus sum. Operoso labore incumbo*. quo sensu fere sequitur Participium. Ita Dem. de Class. pag. 74. Πάνυ πολλὰ ΠΡΑΓΜΑΤΑ ἜΣΧΟΝ ΣΚΟΠΩΝ. *Considerando vehementer fui occupatus*. Nostro idiomate, Ik heb veel moeitte gehad met onderzoeken. Et Plat. Theaet. pag. 174. Ζητεῖ τε καὶ ΠΡΑΓΜΑΤΑ ἜΧΕΙ ΔΙΕΡΕΥΝΩΜΕΝΟΣ. *Inquirit & magno labore perscrutatur*.

31 Cui opponitur, χόλον ἔχειν τινί. *Infensum esse alicui*, apud Herodot. Uran. cap. 27. Ac diverso sensu dicitur res ἔχειν χόλον, ὀργὴν, συγγνώμην &c. *Quae iram movet*, *venia digna est* &c. Exemplum habet Demosth. Phil. IV, pag. 57, in fine. Ταῦτ' ἀπιστίαν, ταῦτ' ὀργὴν ἔχει. *Haec diffidentiam, haec iram habent*, i. e. *movent, pariunt*. Sic, quemadmodum dicitur quis ἔχειν θαῦμα, i. e. *mirari*, ita non dubito, quin res dicatur ἔχειν θαῦμα i. e. *admiratione digna esse*. Sophocl. Electr. vs. 900.

Ἰδοῦσα δ' ἜΣΧΟΝ ΘΑΥΜΑ καὶ περισκοπῶ.

*Quod quum vidi, admirabar & circumspecto*. Huc refer, quod supra jam tetigimus, cap. III, sect. 8. r. 8. Ἔχειν φόβον.

32 Cum dativo loci ponitur pro ἐπιπλεῖν, πελάζειν vel simili. Ita apud Thucyd. lib. III, cap. 33. Ἔπλει διὰ τοῦ πελάγους, ὡς ΓΗΙ ἑκούσιος οὐ ΣΧΗΣΩΝ ἄλλῃ ἢ Πελοποννήσῳ. *Per altum duxerit cursum, non ultro alii terrae, nisi Peloponneso appulsurus*. Idem effert per accusativum, praefixa praepositione εἰς. lib. XI, cap. 62. Ἔχον ἐς Ἱμέραν. *Himeram adpulerunt*. Et alibi.

tervallum temporis, ex quo res aliqua facta sit, vel infecta; ut, πολὺν ἤδη τὸν χρόνον ἔχω, μὴ πρὸς αὐτὸν ἐπιστείλας, *a longo jam tempore ad eum non scripsi.* Ita Chrysost. loquitur in Epistol.

Οὐκ ἔχω nescio. XIV. Septimo, οὐκ ἔχω, non tantum significat, *non possum*, ut ἔχω saepe loco τοῦ *possum* usurpatur, sed etiam *nescio*; idque cum ὅτι, vel ὅπως, interdum solo, interdum una cum verbo χρὴ, sequente infinitivo: ut, οὐκ ἔχω ὅ, τι λέγω ἐν τῷ παρόντι, *in praesentia quid dicam, nescio.* Plato de Rep. 2. Οὔτε γὰρ ὅπως βοηθῶ, ἔχω, οὔτ' αὖ ὅπως μὴ βοηθήσω ἔχω. *Nec video quemadmodum opem feram, nec rursus quemadmodum non feram intelligo.* Sic οὐκ ἔχω, ὅ, τι χρὴ ποιεῖν. *Quid agendum sit nescio* [33].

Φόρτον ἔχει. XV. Cum multis accusativis jungi solet [34]. Rarior illa est

33 Rara avis, quando post ἔχω in hac acceptione sequitur Participium passivum. Invenies apud Platonem Sophist. pag. 226, lin. 35. Τῆς μὲν ὄνομα ΟΥ'Κ ἜΧΩ ΛΕΓΟ'ΜΕΝΟΝ. *Alterius quidem nomen dicere non possum.*

34 Multis cum Accusativis notandos habet usus, quos hic praeterire nefas duxi: & in genere quidem, quemadmodum verbum ποιέω cum Accusativis substantivorum uno verbo Active explicatur, ut suo loco dicemus, ita verbum ἔχω cum multis Accusativis neutraliter sumitur. Talia sunt, quae modo tetigimus, πράγματα ἔχειν, pro, πραγματεύεσθαι, θαῦμα ἔχειν, i. e. θαυμάζειν. Ἡσυχίαν ἔχειν i. e. ἡσυχάζειν. &c. Sic cum comparativo ἧσσον & ἔλασσον, ut ἧσσον ἔχειν, *Inferiore conditione esse.* Sic in praelio dicuntur ἔλασσον ἔχοντες, qui sunt *inferiores*, apud Thucyd. lib. III, cap. 5.

Cum nonnullis Accusativis reciprocam admittit constructionem, atque imprimis cum Accusativo ἡσυχίαν. Nam, ut dicimus ἡσυχίαν ἔχω, ita ἡσυχία ἔχει με, quo sensu & Genitivus additur, qui Latinis per Infinitivum exponitur. Herodot. Erat. cap. 135. Ὡς σφέας ἡσυχίη τῆς πολιορκίης ἔχει. Verbatim: *Ut illos quies obsidionis habebat.* h. e. *Postquam obsidere desierunt.*

Cum Accusativo artis, scientiae &c. constructum notat, *Scio*, *Teneo*, *Calleo.* Sic Platoni, Ion. pag. 531. Ὁ τὴν ἀριθμητικὴν ἔχων, est, *Arte Arithmetica instructus.* Nos quoque dicimus, Hy heeft de konst weg. Imo, quod & notatu dignum puto, ubi Latini addunt Adverbium (puta *pulcre*, *bene*, *vel probe instructus*) illud Graeci mutant in Adjectivum, cum praecedenti substantivo conveniens. Quale est illud in Cebet. Tab. Ὅμως μέντοι γε οὐκ ἄχρηστον ἦν, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν φωνὴν ἈΚΡΙΒΕΣΤΕ'-

est cum accusativo φύσιν, conjunctio, quam habet Demosthen. Olynth. 2. Ἀλλ' ὔτ' εὔλογον, ὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν τῦτό γε. *At hoc quidem neque rationi consentaneum est, nec habens naturam*, id est, *neque cum natura congruit: praeter naturam*

ΤΕ'ΡΑΝ ἔχειν. *Et tamen non inutile fuerit, nos quoque ipsos* (verbotenus) *linguam accuratiorem habere* i. e. *linguae istius accuratiorem habere cognitionem.*

Adhaec, praeter Accusativos regula 12 notatos, imprimis sequentes observa.

I. Primus est καιρὸν. Res dicitur καιρὸν ἔχειν, quae opportuno tempore fit. Thucyd. lib. I, cap. 42. Ἡ γὰρ τελδυταῖα χάρις, ΚΑΙΡΟ'Ν "ΕΧΟΥΣΑ, κἂν ἐλάσσων ᾖ, δύναται μεῖζον ἔγκλημα λῦσαι. *Novissimum enim beneficium, opportune collatum, quantumvis minus, potest majus delere crimen.*

II. Ἔχειν κακὸν dicitur is, qui *male adfectus est* sive corpore sive animo, sequente praepositione ἐν cum suo casu. Plat. in Gorg. pag. 478. Ἀθλιώτερος πότερος δυοῖν 'ΕΧΟ'ΝΤΟΙΝ ΚΑΚΟ'Ν, εἴτ' 'ΕΝ ΨΥΧΗ͂ι *Uter eorum miserior, qui male adfecti sunt, isne, qui corpore, an, qui animo?*

III. Res dicitur ἔχειν λόγον, *quae ratione nititur.* Ita Demosthenes l. c. pro ὔτε εὔλογον, ὔτ' ἔχον ἐςὶ φύσιν, potuisset dicere: ὔτε λόγον, ὔτε φύσιν ἔχει. Exemplum habet Plato in Phaedone, pag. 62.

IV. Ἔχειν ὄνομα dicitur res, quae, vera caussa suppressa, specioso nomine praetexitur. Herodot. Polymn. cap. 138. Ἡ δὲ στρατηλασίη ἡ Βασιλέως ΟΥ'ΝΟΜΑ μὲν ΕΙ̃ΧΕ, ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνει, κατίετο δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. *Haec regis expeditio verbo quidem fiebat contra Athenas, re autem vera contra cunctam Graeciam mittebatur.* Neque nostrates hic Graecis cedunt. Dicimus enim: Het had de naam, als of &c. Atque haec ex pluribus pauca sufficiant.

Imperativus hujus verbi duos habet usus observandos. Prior est, quando in secunda persona, adjecta particula δὴ (ἔχε δὴ) ponitur pro φέρε δὴ, ἴθι δὴ. de quibus infra Cap. VIII. Sect. 5, R. 9. Plat. Io. pag. 535. "ΕΧΕ ΔΗ', καί μοι τόδε εἰπέ. *Agedum, etiam mihi hoc dic.*

Alter est in tertia persona, ubi prolixiori paulo orationi finis imponitur, tum familiaris Graecis est imperativus ἐχέτω cum Adverbio ἱκανῶς. Idem in Praedro, pag. 274. Οὐκοῦν τὸ μὲν τέχνης τε καὶ ἀτεχνίας λόγων πέρι, ΙΚΑΝΩ͂Σ 'ΕΧΕ'ΤΩ. *Itaque haec de arte & imperitia dicendi satis dicta sunto: sufficiant.*

Restat ut de usu Passivo hujus verbi dicamus, qui varius & mirus est. Praemoneo tamen tirones, quantumvis variae sint significationes, eas tamen omnes primariam notionem redolere, quae est *adhaerere*

*ram est.* Herod. lib. 2. Ἕνα ὄντα κῶς (pro πῶς) φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι; *Quomodo verosimile sit, cum, unus cum esset, multa millia interfecisse.*

SECT.

*rere*; construitur tunc cum Generandi casu, & praeter ea quae ex Lexicis satis nota sunt, significat primo *amore aliquem amplecti, colere.* Apud eundem, epist. 6. Ἔχεσθαι δὴ παντὶ ξυμβουλεύω δικαίῳ τρόπῳ ΤΟΥ'ΤΩΝ ΤΩ'Ν 'ΑΝΔΡΩ'Ν. *Amplecti sane benevolentia quovis meliore modo hos viros suadeo.* Deinde dicitur quis ἔχεσθαί τινος, qui in re quapiam firmiter perstat. Ita in Epicteti Compendio cap. 29. ΤΩΝ ΒΕΛΤΙΣΤΩΝ σοι ΦΑΙΝΟΜΕ'ΝΩΝ οὕτως "ΕΧΟΥ, ὡς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. *In iis, quae tibi constant esse optima, serva firmiter stationem, in qua a Deo collocatus es.* Plato in Phaed. pag. 100. lin. 40. ΤΟΥ'ΤΟΥ 'ΕΧΟ'ΜΕΝΟΣ ἡγοῦμαι οὐκ ἄν ποτε πεσεῖν. *Hac in re si firmiter perstitero, me nunquam perturbatum iri, autumo.* Praeterea cum genitivo artis vel scientiae notat, *incumbere, operam dare.* Idem ille Plato suppeditat nobis exemplum in epistola 7. pag. 340. lin. 33 Παρὰ πάντα δὲ ἀεὶ ΦΙΛΟΣΟΦΙ'ΑΣ 'ΕΧΟ'ΜΕΝΟΣ. *Praeter omnia vero Philosophiae operam dans.* Consentit Aristides, orat. funeb. in Eteon. pag. 136. init. Τῶν δὲ μαθημάτων οὕτως εἴχετο. *Literis tantam operam navabat.*

Et, quoniam rem, cui incumbimus, magno studio promovere conamur, hinc ἔχεσθαι ἔργου τινὸς per *Festinare, Celerare* vel simile quidpiam pro varia occasione redditur. Sic apud Herodian. lib. 2. cap. 11. τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο. *Summa festinatione itineri se accingit.*

Res quoque dicitur ἐγκλήματος ἔχεσθαι, *quae vitio datur.* Antoninus εἰς ἑαυτ. lib. II, cap. 7. ἀξίως ἔφη, μείζονος 'ΕΓΚΛΗ'ΜΑΤΟΣ "ΕΧΕΣΘΑΙ τὸ μεθ' ἡδονῆς ἁμαρτανόμενον, ἤπερ τὸ μετὰ λύπης. *Recte dicebat, peccato, quod cum voluptate fit, majorem culpam subesse, quam quod cum dolore.* Eodem idiomate, sed diverso sensu dicitur aliquid ἀληθείας ἐχόμενον. *adhaerere seu proximum esse veritati,* i. e. *prope verum* vel *verosimile esse,* apud Euseb. in Hierocl. c. 12. ἐγὼ μὲν οὖν εὖ μάλα ἀσμένως τοῖς εἰκόσι τε καὶ 'ΑΛΗΘΕΙ'ΑΣ 'ΕΧΟΜΕ'ΝΟΙΣ πειθόμενος. *Porro ego lubentissime probabilibus & verosimilibus fidem habens.*

Deinde, si ad rem quampiam gerendam plurium opera desideratur, hi dicuntur ἔχεσθαι τοῦ ἔργου unde *Astare, Adesse, Manum admovere, Operam praestare,* &c. redditur. Hinc AElian. de Natur. Animal. lib. V. cap. 3. "ΕΧΟΝΤΑΙ δὲ ἄνθρωποι ΤΟΥ" 'ΟΠΛΟΥ τριάκοντα. *Triginta homines ad funem adstant.*

Denique non minus eleganter

ter res dicitur ἔχεσθαί τινος, ad quam opera alicujus desideratur, seu, cujus perfectio ad alicujus operam peculiariter pertinet. Plat. in Protag. pag. 324. Οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοὶ τὰ μὲν ἄλλα τοὺς αὐτῶν υἱεῖς διδάσκουσιν, ἃ ΔΙΔΑΣΚΑΛΩΝ ἜΧΕΤΑΙ. *Viri boni aliis quidem artibus suos filios instruunt, ad quas magistrorum opera desideratur.* Huic adfine est ἐμοῦ ἔχεται. *Penes me est. In mea potestate situm est.* Homer. in Terram Matrem.

- - - ΣΕΥ͂ δ' ἜΧΕΤΑΙ
δοῦναι βίον, ἠδ' ἀφελέσθαι.

*In tua potestate situm est vitam dare & auferre.* In quibus omnibus, si quis modice adtendat, princeps significatio est *adhaerendi*, a qua caeterae sunt deductae.

# SECTIO VIII.

## *De Verbis* ἥκω, λανθάνω, μέλλω, νικάω, νομίζω, οἶδα, ἴσθι, οἶμαι.

## REGULA I.

Praeter ea quae attigimus cap. 3. de Nomine, Sect. 7. Reg. 5. & Sect. 9, 6. primum, Ἥκω Attice quemadmodum ἔχω, jungitur etiam cum participio praesentis, praeteriti & futuri temporis. Praesentis, ἥκω φέρων, *venio afferens*, id est, *affero*. Isaeus, Τῶν οὐ πραχθέντων γραμματεῖον ἥκει φέρων. *Rerum nunquam gestarum schedulam affert* [35]. Praeteriti, Demosthen. Ἧκεν ἀναστρέψας, id est, ἀνέστρεψε, *rediit*. Idem Olynth. 1. initio, Εἴ τι χρήσιμον ἐσκεμμένος [36] ἥκει τις. *Si quis huc veniat, utile quid meditatus.* Futu- Ἥκω cum particip.

35 Syntaxi eadem dicitur etiam Ἔρχομαι, Ἄπειμι ἔχων. Thucyd. lib. 1. cap. 9. Ἃ [χρήματα] ἮΛΘΕΝ ἐκ τῆς Ἀσίας ἜΧΩΝ. *Quam pecuniam ex Asia adtulerat.* Xenoph. Cyropaed. lib. 1. cap. 14. ἜΧΩΝ ἌΠΕΙ οὓς ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς. *Abi, Tecum ducens, quoscunque velis.*

36 Observetur praeteritum ἐσκεμμένος formae quidem passivae, sed significationis activae. Minus tritum est in hujusmodi idiomate praeteritum, cujus ἡ διάθεσις non tantum, sed & τὸ σημαινόμενον est passivum. Occurrit cum verbo ἔρχομαι apud Hom. Il. Σ. vs. 180.

- - - Αἴκέν τι νέκυς ᾐσχυμμένος ἔλθῃ.

*Si quid indignum cadaver passum fuerit.* Quo sensu Belgae etiam ver-



Digitized by Google

Futuri, Demosthen. saepe, ἥκω συμβουλεύσων, *huc consilii dandi causa venio.*

Ἥκειν cum πόῤῥω & simil. II. Secundo, cum πόῤῥω, εὖ, ἐπὶ & πολὺ, gaudet genitivo, ut, πόῤῥω τῆς ἡλικίας ἥκων, *admodum aetate provectus*; πόῤῥω, vel εὖ ἥκειν vel ἐπὶ πολὺ τῆς παιδείας, verbatim, *longe, bene, ad multum venire doctrinae*: id est, *multum in doctrina profecisse: estre bien, ou beaucoup advancé.* Sic, εὖ ἥκειν τῶν χρημάτων, apud Herodotum, *pecuniis abundare* [37].

III.

verbum komen usurpamus, sed non nisi cum infinitivo: ut, Hy koomt smaad te lyden.

37 Intersero duo verba καταλαμβάνειν, & κεῖσθαι, quorum prius praeter vulgarem & ubique obviam significationem *comprehendendi*, *invadendi* & *occupandi*, etiam impersonaliter videtur usurpari. Nam quemadmodum dicitur, θάνατος αὐτὸν κατέλαβεν, ita quoque dicimus, κατέλαβεν αὐτὸν ἀποθανεῖν. Pausan. in Corinth. pag. 95. Ἐπωπέα κατέλαβεν ἀποθανεῖν. *Epopeum mors occupavit.*

Alterum idiomate nostratibus communi de legibus usurpatur, & dicunt Graeci, κεῖται νόμος. Nos: Er leyt een wet. Lucian. Abdicat. Κακῶς ἑρμηνεύεις, ὦ πάτερ, καλῶς ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ τοὺς νόμους. *Male interpretaris, o pater, leges bene conditas.* Lysias contra Frumentar. Τοῖς νόμοις τοῖς ΚΕΙΜΕΝΟΙΣ ἐβοήθουν. *Leges latas defendebam.* Confer 1 Tim. I, 9. Hinc μεταφορικῶς de fatali necessitate, quae tanquam firmissima lex hominibus *jacere* dicitur, apud Orpheum, seu, quisquis Argonauticorum Auctor, vs. 104.

Ἀλλ' οὐκ ἔσθ' ὑπαλύξαι, ἃ δὴ πεπρωμένα ΚΕΙΤΑΙ.

*Sed vitari non possunt, quae a fato sunt destinata.* Diverse ab hac translatione apud sacros scriptores persona dicitur κεῖσθαι, εἴς τι, cui tanquam provincia vel necessitas imposita est aliquid faciendi. Sic in priori ad Thessal. ep. c. III, 3. Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι ΕΙΣ ΤΟΥΤΟ ΚΕΙΜΕΘΑ. *Nostis enim ipsi, nos ad hanc rem esse constitutos.* Et ad Philippens. I, 17. Εἰδότες ὅτι ΕΙΣ ἈΠΟΛΟΓΙΑΝ τοῦ εὐαγγελίου ΚΕΙΜΑΙ. *Gnari, mihi defendendi Euangelii provinciam esse impositam.* Pro eodem τίθεμαι utitur priori epist. ad Timoth. Cap. II, 7. & ep. posteriori c. I, 11.

Alia tamen acceptione dicitur Christus κεῖσθαι. i. e. ΠΡΟΚΕΙΣΘΑΙ ΕΙΣ πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. *Positus esse casui & resurrectioni multorum in Israël, & in signum, cui contradicatur.* ut vertit Beza, Luc. II, 34. Adhaec ἐν φανερῷ res dicitur κεῖσθαι, quae manifesta est. Contra κεῖται ἐν ἀφανεῖ, *quod incertum est.* Thucyd. I, 42. Deinde κεῖται τῇ πόλει ὄνομα. *Urbi nomen est inditum.*

Digitized by Google

III. Λανθάνω, cum participio [u] jungi solet, tuncque Latine per adverbium *clam* explicatur, ut, ἔλαθεν ὑπεκφυγὼν, *clam aufugit*. Aliquando per nomen *imprudens*, ut, ἔλαθεν εἰς μέσους ἐμπεσὼν τοὺς πολεμίους, id est, *imprudens medios in hostes incidit* [x]. Imo, per partic. καὶ cum alio verbo con-

Λανθάνω, cum particip.

tum, apud Plat. Cratyl. At, τὰ σωτήρια πόλεως κεῖται ἐν αὐτῇ. *In illo salus Reip. est sita.* V. Dinarch. contra Dem.

38 Quod cum substantivo in casu convenit, qui ut plurimum est Nominativus: aliquando Dativus, ut apud Aristoph. Ἐκκλησ. vs. 26.

Ἦ θοἰμάτια τ' ἀνδρεῖα ΚΛΕΨΟΥ'ΣΑΙΣ ΛΑΘΕΙ͂Ν
Ἦν χαλεπὸν αὐταῖς. - - -

Verbatim: *An difficile fuit illis furantibus vestes virorum LATERE?* i. e. *vestes virorum clam subducere?*

39 Vel per verbum *Ignoro*, *non animadverto*. Plat. Crit. pag. 49, lin. 11. ἘΛΆΘΟΜΕΝ ἡμᾶς αὐτοὺς παίδων οὐδὲν ΔΙΑΦΈΡΟΝΤΕΣ. *Non animadvertimus, nos a pueris nihil differre.* Quo modo & verbum γιγνώσκω, praecedente negatione, usurpatur. Aristoph. Nub. vs. 909. Χρυσῷ ΠΆΤΤΩΝ μ' οὐ ΓΙΓΝΏΣΚΕΙΣ. *Non animadvertis, quod auro me conspergas.*

Idem quoque observa in verbo ἀποκρύπτω. Ut, ἔχων ἀποκρύπτει pro κρύβδην ἔχει. *Clam habet.* Plut. in Vit. Cic. pag. 869. lin. 29. Ξίφη τε καὶ στυππεῖα, καὶ θεῖον εἰς τὴν Κεθήγου ΦΈΡΟΝΤΕΣ οἰκίαν ἈΠΈΚΡΥΨΑΝ. *Enses, & stupam, & sulphur in domum Cethegi clam portaverunt.* Verbatim: *Ferentes abdiderunt.*

Aliquando mutua fit casuum permutatio (casum hic voco quamcunque variationem, quae verbis accidere solet) & ipsum verbum λανθάνω in participio ponitur. Thucyd. lib. I, c. 65. Ἐκπλεῖ ΠΟΙΕΙ͂ΤΑΙ ΛΑΘΩ͂Ν τὴν φυλακὴν τῶν Ἀθηναίων. *Enavigat clam praesidio Atheniensium.* Eodem modo Herodian. lib. 2. cap. 14. Προὔλεγον λανθάνοντες. *Clanculum praedicebant.* Quomodo & alia similis significationis participia cum verbis construuntur, ut participium ἐγκαλυπτόμενος apud Athenaeum lib. Deipnos. VII. pag. 278. Καὶ γὰρ οὐκ ἘΓΚΑΛΥΠΤΌΜΕΝΟΣ ὁ Ἐπίκουρος ΛΕΓΕΙ, ἀλλὰ μεγάλῃ τῇ φωνῇ. *Non enim obscure Epicurus dicit, sed disertis verbis.* Pro οὐκ ἀσαφῶς, οὐκ αἰνιγματωδῶς. Pro eodem utitur idem ἀποκρυπτόμενος, pag. seq. in fine. Eandem, quam verbum λανθάνω, sortiuntur structuram cum Participiis verba continuationem vel absolutionem significantia, quorum alterum per Adverbium *semper*, alterum per *tandem* saepissime redditur. e. g. Μανθάνων διατελεῖ. *semper*, seu, *per totam vitam discit.* Εἰπὼν ἀπαλλάγηθι. Verbatim, *Dicens perfungere.* Pro, *Tandem dic.* Estque hujus

conjunctam, redditur etiam *clam*: ut, ἔλαθον καὶ ἀπέκτειναν, *clam interfecerunt*, verb. *latuerunt*, & *interfecerunt*.

Λανθάνειν ἑαυτὸν, muneris oblivisci.

Aliquando λανθάνειν ἑαυτὸν, absolute, est *sui*, *munerisque sui*, vel *orationis*, & caeterorum id genus, *oblivisci*. Eusebius Praeparat. 3. de Porphyrio loquens, Ὁ δὲ τὰς Αἰγυπτιακὰς μυθολογίας ἐπὶ ἀσωμάτας μεταφέρει δυνάμεις, λαθὼν ὁ σοφώτατος αὐτὸς ἑαυτόν. id est, *Ille autem AEgyptiacas fabulas ad naturas corpore vacuas transfert; in quo suimet ipsius homo consultissimus obliviscitur.*

Μέλλω, cum infinit.

IV. Μέλλω, in vulgata significatione, nunquam nisi cum infinitivo jungitur, licet reddatur per futurum participii Latini: ut, μέλλω ποιεῖν, non ποιῶν, *facturus sum*: quod moneo, quia tirones plerique omnes cum participio conjungunt, quod Graecos φιλομετόχους esse audierint. Infinitivus autem, aut praesentis, aut futuri, aut Aoristi esse potest.

V. Secundo, idem infinitivus aliquando reticetur, ut apud Josephum, 2. in Appionem, Τί γὰρ οὐκ ἔμελλον, ὁπότε μηδ' ὁ πρεσβύτατος ἐδυνήθη ἐπισχεῖν τὴν ὁρμήν; id est, *Nam, quid facturi non erant, cum omnium natu maximus impetum cohibere non potuerit?* ubi post ἔμελλον, vel παθεῖν, vel ποιεῖν intellige. Demosthenes in Leptinem, Φημὶ τοίνυν ἐγώ, (καὶ πρὸς Διὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ, ἀλλ' ἂν ἀληθὲς ᾖ, σκοπείτω.) ubi τὸ μέλλον significat, τὸ μέλλον λεχθήσεσθαι. id est, *Dico igitur: (ac nemo per Jovem, Athenienses, cum invidia, quod abs me dicitur, audiat, sed utrum illud verum sit, attendat.)* Idem pro Corona, Τότε τοίνυν, τὰ μὲν ἔμελλεν, ὡς ἐδόκει, τῶν δεινῶν, τὰ δ' ἤδη παρῆν. id est, *Atqui tunc ex calamitatibus, uti videbatur, imminebant aliae, aliae jam praesentes erant.* Post ἔμελλεν, supp. γενήσεσθαι, συμβήσεσθαι, aut aliud simile, id est, *eventurae erant*.

VI. Tertio, idem infinitivus ex alio verbo praecedente subaudiri debet. Isocrates in Helenae Laud. Τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δὲ ἔμελλον, ταῖς δὲ ἠπείλουν τῶν πόλεων. *Urbes alias vastabant, alias vastaturi erant, aliis denique minabantur;* ubi

jus locutionis scita elegantia, cum quis vel dicturus cunctatur, vel prolixa oratione usus monetur, ut, quae supersunt, uno verbo dicat, & sic a dicendi partibus, tanquam ab onere se liberet. Vid. Plat. in Gorg. pag. 491, lin. 25.

40 Est.

ubi post ἔμελλον, subaudi προσθήσειν, ex praecedente verbo ἐπόρθουν τὸ.

VII. Quarto, reddi Gallico idiomate potest, *je dois*: Μέλλω, debeo. quod etiam Latinis inusitatum non est: Hom. Iliad. ξ. vers. 125.

Τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν, ὡς ἐτεόν περ,

vulgo, *vous devez desja avoir entendu cela*: Latini dicerent, *haec vos jam audiisse mihi persuadeo*, aut *verisimile est*. Ita etiam Lucian. usurpat. Sic, Ἔμελλεν ἄρα οὐ μετρίως περὶ τὰ μείζω σπουδάσεσθαι, ὅς γε καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὤκνει μανθάνειν. *Verisimile admodum est, eum majoribus non mediocrem operam daturum fuisse, qui non dubitavit in longe minoribus studium collocare.* Hoc ipsum Tullius imitari voluit, epistola quadam ad Lentulum, dum ait: *Certorum hominum, quos jam debes suspicari, sermones referebantur ad me.* Τῶν δεινῶν ἀνθρώπων, οὓς γε σὺ δὴ ὑπονοίας ἔχειν ἤδη μέλλεις. Eodem pertinet illud Demosth. pro Corona cum futuro conjunctum, Τί ἔμελλον κελεύσειν; ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν;

40 Estque hic idiotismus non minus gratus in responsionibus. Ita Plutarchus in Apophth. narrat, Pyrrhum, τῶν στρατιωτῶν αἰετὸν αὐτὸν προσαγορευόντων, i. e. *militibus ipsum Aquilam nominantibus*, statim subjecisse: Τί γὰρ ΟΥ̓ ΜΈΛΛΩ, τοῖς ὑμετέροις ὅπλοις, ὥσπερ ὠκυπτέροις, αἰρόμενος; *Quid ni essem, vestris armis, tanquam alis, sublevatus?* Potestque in hac acceptione verbum μέλλω eadem subticentia nostro idiomate reddi: Ik zoude. Parique modo ad praecedentia sic responderemus: Waerom zoude ik niet. Eodem modo apud Platonem lib. 3. de Rep. pag. 405. roganti Socrati, *Nonne, dominantibus in urbe intemperantia & morbis, curiae & pharmacopolia aperiantur, & in magno sint honore?* respondetur: Τί γὰρ οὐ μέλλει; Waerom zouden zy niet?

Idem infinitivus ex verbo subsequente subaudiri debet. Thucyd. lib. 1. cap. 134. Ubi de Pausaniae morte agit. Καὶ αὐτὸν ἘΜΈΛΛΗΣΑΝ μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεισαν. *Et illum quidem in Caeadem dejecturi erant, quo loco facinorosos homines dejicere solent.* Ubi post ἐμέλλησαν subaudi ἐμβάλλειν ex sequentibus. Consentit Athenaeus, lib. IV. Deipnos. pag. 166, Ubi refert Tarentinorum dictum praedicantium, alios ex labore & sedulitate sibi quaerere solitos, unde in posterum vivant, αὐτοὺς δὲ διὰ τὰς συνηθείας καὶ τὰς ἡδονὰς οὐ ΜΈΛΛΕΙΝ, ἀλλ' ἤδη βιῶναι. *Se autem ob consuetudines familiares ac voluptatem non victuros, sed jam vivere.*

 41 Item

ποιεῖν; *Quid me jubere oportuit, quid me eidem consilii dare?*

Οἱ μέλλοντες. VIII. Quinto, apud Aristotelem potissimum, οἱ μέλλοντες, opponuntur, τοῖς ἐξεληλυθόσι: quemadmodum apud Romanos designati magistratus opponuntur magistratu jam perfunctis. Dici ergo potest, οἵ τε τὸ ἄρχειν ἐξεληλυθότες, καὶ οἱ μέλλοντες, *tam qui magistratu abierunt, quam qui magistratus designati sunt.*

Μέλλω, cupio. IX. Sexto, passim apud Demosthen. & alios Atticos, pro βούλεσθαι, *velle*, aut ἐπιθυμεῖν, *cupere:* ut, χρὴ φιλομαθεῖς εἶναι τοὺς πολυμαθεῖς ἔσεσθαι μέλλοντας, *studiosos oportet esse, qui docti esse velint*, aut *quos doctos esse velis.* Sic, εἰ τοῦτονὶ τὸν κίνδυνον ἀπώσασθαι μέλλετε, *si de amoliendo hoc periculo cogitatis.* Tale illud Solonis ad Periandrum, apud Laërtium; Εἰ μέλλεις ἐκποδὼν πάντας ποιήσεσθαι, οὐκ ἂν φθάνοις. *Si omnes expellere statuis, nunquam voti compos eris* [41].

X. Hoc sensu μέλλω, etiam inanimatis tribuitur: ut, εἰ μέλλῃ ὀρθῶς διοικεῖσθαι ἡ πόλις, verbatim, *si recte administranda est respublica*, id est, *ut recte administretur.* Quanquam saepe tum adhibetur dat. personae, ut, εἰ μέλλει καλῶς ἡμῖν φέρεσθαι τὰ πράγματα, *si res feliciter nobis cedere cupiamus.*

Ἐθέλειν, pro μέλλειν. Contra ἐθέλειν, *velle*, interdum pro μέλλειν, usurpatur, ac rebus etiam inanimis tribuitur. Herodot. saepe: ut lib. 2. [42]. Εἰ ἂν δὴ ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος. *Quod si aliquando Nilus cursum alio velit avertere*, id est, *si avertere contingeret:* vel, *si quando avertet.* Idem ibid. Εἴ σφιν ἐθελήσοι ἡ χώρη, ἡ ἔνερθε Μέμφιος, εἰς ὕψος αὐξάνεσθαι: verbatim, *Si eis voluerit regio infra Memphim in altum attolli*, id est, *si quando regio illa in altum attolletur*, εἰ μέλλῃ αἴρεσθαι [43].

XI.

41 Item Cebetis in Tab. Δεικνύει, ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς δεῖ βαδίζειν, εἰ σώζεσθαι μέλλουσιν ἐν τῷ βίῳ. *Ostendit, quae via sit ingredienda, si velint vitam incolumem agere.*

42 Cap. 11.

43 Verba sunt cap. 14. Videtur haec locutio Herodoto potissimum peculiaris, nec a Belgismo abhorret; Dicimus enim v. c. 300 ons de wind wil dienen. Graece: Εἰ ὁ ἄνεμος ἘΘΕΛΗΣΕΙ ἡμῖν συλλαμβάνειν. Nec ineleganter verbum hoc rebus inanimis tribuitur, ubi ponitur pro σημαίνειν, ut apud eundem lib. VI, cap. 37. Πλανωμένων δὲ τῶν Λαμψακηνῶν ἐν τοῖσι λόγοισι, τί ΘΕΛΕΙ τὸ ἔπος εἶναι, τό σφι ἀπείλησεν ὁ Κροῖσος. Ambi-

Digitized by Google

XI. Postremo, μέλλειν significat *existimari*, vel *ita se gerere*, *ut merito existimari possit*. Hom. Odyss. σ. vers. 137. Μέλλειν, existimari.

Καὶ γὰρ ἐγώ ποτ᾽ ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι·

*Ejusmodi eram, qui jure beatus esse viderer posse* [44].

XII.

*Ambigentibus Lampsacenis, quid sibi vellet hoc dictum, quod Croesus ipsis minatus erat.* Est & ubi hac acceptione apud Herodotum per δύναμαι explicatur. Ita lib. I, cap. 74. Ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἘΘΕΛΟΥΣΙ συμμένειν. *Nam sine firma necessitudine conventiones stabiles non manere volunt.* i. e. *non possunt*. Tale est illud Solonis:

Οὕτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἴκαδ᾽ ἑκάστῳ,
Αὔλειοι δ᾽ ἔτ᾽ ἔχειν οὐκ ἘΘΕΛΟΥΣΙ θύραι.

*Ita malum publicum occupat cujuslibet aedes, & atriales januae non possunt illud arcere.* Adde Platonem in Phaedro pag. 230, lin. 35. Τὰ χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν με ἘΘΕΛΕΙ διδάσκειν. *Regiones & arbores nihil me docere possunt.* Potest & per *soleo* reddi, aut adverbium *plerumque*, ut apud Herodot. in Polyhymn. cap. 157. Τῷ δὲ βουλευθέντι πρήγματι τελευτὴ ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἘΘΕΛΕΙ ἐπιγίνεσθαι. *Negotium consilio bono initum optatus fere finis consequi solet.*

Est & ejus usus in summa dubitatione & admiratione: quale est illud ejusdem Erat. c. 37. Τί ΘΕΛΕΙ τὸ ἔπος εἶναι; *Quid sibi vult hoc dictum?* Nec non illud, quod exstat in Act. Apost. cap. 2: 12. Ubi simillima est eorum oratio, qui festo pentecostes magna Dei opera admirantes exclamabant: Τί ἂν ΘΕΛΟΙ τοῦτο εἶναι. Nos totidem verbis ita vertimus: Wat wil dog dit zyn? Ubi alia ex Aristotele a Casaubono citata loca consule. Eodem modo Cap. 17: 20. Βουλόμεθα οὖν γνῶναι, τί ἂν ΘΕΛΟΙ ταῦτα εἶναι.

44. Atque adeo hoc sensu commode per *possum* redditur, quomodo & Latini futuris utuntur. Ita Horat. lib. IV, od. 3.

*O mutis quoque piscibus*
*DONATURA cycni, si libeat, sonum.*

Quae Graece ita reddi possent:

Ὦ τοῖς ἀφώνοις ἰχθύσι
Μέλλουσα δώσειν, εἰ θέλεις,
φθόγγον κύκνου.

Similiter Epod. carm. 1.

- - - *Non, ut adsit, auxili*
*LATURA plus praesentibus.*

Graece:

- - - Μέλλουσα μὴ
Μᾶλλον παροῦσα τοῖς παροῦσ᾽
ἄλκαρ φέρειν.

Per se denique positum significat *Cunctari.* (Talmen/Dreuzen.) Cujusmodi est illud Platonis in Critia p. 108., l. 40.

Τοῦτ᾽

Νικᾶν γνώμην.

XII. Νικᾶν, quod universe *vincere* est, ac proprie, *in judicio causam vincere*, quatuor praeterea usus habet observandos. Primus est, ut cum accusandi casu, sententiam aut decretum significante conjungatur: hoc modo νι-

κᾶν

Τοῦτ' οὖν αὐτὸν ἤδη δραστέον, καὶ ΜΕΛΛΗΤΕΌΝ οὐδὲν ἔτι *Hoc igitur ipsum faciendum jam est, neque amplius cunctandum.* Confer B. Luc. in Act. cap. XXII, 16. Καὶ νῦν τί ΜΈΛΛΕΙΣ; *Et nunc quid stas?* Sic passim de Atheniensibus queritur Demosthenes in suis orationibus, ὅτι ἀεὶ ΜΈΛΛΟΥΣΙ *quod semper cunctantur.* Nos satis feliciter: Hy zal altyd / en 't koomt 'er nooyt toe. Hinc apud Thucydidem Ἔχθρα ΟΥ ΜΈΛΛΟΥΣΑ, vertitur, *Praesentes inimicitiae.* verba sunt lib. 1. cap. 42. Φανερὰν ἔχθραν ἤδη καὶ ΟΥ ΜΈΛΛΟΥΣΑΝ πρὸς Κορινθίους κτήσασθαι. *Apertas & praesentes jam contra Corinthios inimicias suscipere.* Res etiam & promissum dicitur μέλλειν, cum in eo perficiendo morae nectuntur. Ita Julianus apud Herodianum, lib. 2. cap. 6. imperium, quod venale erat, licitans, militibus magnam pecuniae summam pollicetur, additque, τὰ χρήματα μὴ ΜΕΛΛΗΣΕΙΝ, ἀλλ' οἴκοθεν ἤδη μεταπέμψεσθαι. *In numerando argento nullam moram esse futuram, sed illico id domo translatum iri.* Hinc etiam substantiva μέλλησις & μέλλημα inde deducta, *Cunctationis* significatum obtinent. Prioris exemplum habet idem lib. III, c. 4. ΜΕΛΛΗΣΕΩΣ καὶ βραδύτητος δοὺς δίκας *Cunctationis & tarditatis poenas dans.* & Thucyd. lib. modo citati, cap 69. Ἡσυχάζετε γὰρ μόνοι Ἑλλήνων, ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐ τῇ δυνάμει τινά, ἀλλὰ τῇ ΜΕΛΛΗΣΕΙ ἀμυνόμενοι. *O Lacedaemonii, otiosi estis soli ex omnibus Graecis, non vi quaedam, sed cunctatione ulciscentes.* Posterioris AEschin. contra Ctesiph. pag. 284. Item aliud substantivum μελλητής, *Cunctator.* Participium quoque neutrius generis, praefixo articulo (τὸ μέλλον) pro μέλλησις usurpatur apud Thucyd. lib. 1, cap. 84. init. (De Participio cum Articulo pro substantivo vide infra Cap. VI, sect. 1, reg. 18.) Imo cum Genitivo conjungit idem lib. eod. cap. 42. Καὶ ΤΟ ΜΈΛΛΟΝ ΤΟΥ ΠΟΛΈΜΟΥ ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται. *Et instans belli periculum adhucdum incertum est.* Contra ἀμέλλητον, *quod sine cunctatione fit*, apud Lucian. Nigrin. & adverbium ἀμελλητί. *sine mora, promptissime*; quo opportune admodum utitur Philo de Sacr. Ab. & Cain. pag. 109. Δεόντως οὖν μιμούμενοι τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν οἱ ὑπήκοοι παῖδες ἈΜΕΛΛΗΤῚ μετὰ πάσης σπουδῆς τὰ καλὰ δρῶσιν. *Decenter igitur imitantes patris naturam obedientes filii promptissime & magna alacritate id, quod bonum est, agunt.*

45 Fre-

κᾷν τὴν γνώμην, vel τὰς γνώμας περί τινος, verbatim, *vincere sententiam*, vel *sententias de re aliqua*, id est, *sententia vincere, aut superiorem evadere*. Sic ψήφισμα νικᾷν, *decretum vincere* is dicitur, *cujus sententiam populi voluntas, & decretum consequatur*. Plato in Gorgia, Ὁρᾷς ὡς οἱ ῥήτορές εἰσιν οἱ συμβουλεύοντες, καὶ οἱ νικῶντες τὰς γνώμας περὶ τούτων; *Vides, ut Oratores ii sunt, qui his in rebus, & consilium dant, & sententia superiores evadunt?*

XIII. Secundus usus est, ut eadem in significatione dicatur sententia ipsa νικᾷν. Thucyd. lib. 2. Ἦν γὰρ Περικλέους γνώμη πρότερον νενικηκυῖα· *Prius enim Periclis sententia vicerat* [45]. *Γνώμη νικᾷ.*

Tertius, eadem item significatione, est, ut absolute cum infinitivo conjungatur, qui loco τῆς γνώμης, & cujuscunque nominis usurpatur: ut, Ἐνίκησε τὸ Πομπήιον θαλάσσης κύριον ἀναγορεύεσθαι. id est, *Vicit ea sententia, quae Pompejo maritimum imperium deferri jubebat*. Plutarch. Pomp. p. 660. Ὡς δ' οὖν ἐνίκα φεύγειν εἰς τὴν Αἴγυπτον. *Cum ergo sententia illa vicisset, quae fugam in AEgyptum suadebat.* *Νικᾷν, cum inf.*

XIV. Quartus usus est, ut simplex νικᾷν & composit. ἐκνικᾷν, sumatur pro *invalescere*, vel *obtinere*: idque duobus modis. *Νικᾷν, invalescere.*

Primo, casu praecedente nominis ejus, quod *invaluisse*, vel *obtinuisse* dicitur, ut, τόδε τὸ ἔθος ἐνίκησε, vel ἐξενίκησε, *hic mos obtinuit*: ἡ φήμη, ἡ δόξα ἐνίκησε, *fama, opinio invaluit*. Quo sensu jungitur etiam cum Infinitivo: Aristid. Panathen. de Attica regione: Ὅπερ πᾶσι τοῖς ἐπιγείοις ἐστὶν ἡ πᾶσα γῆ, τοῦτο ἤδη νενικήκει εἶναι τῷ τῶν ἀνθρώπων φύσει μήτηρ καὶ τροφὸς κοινή· id est, *Quod terrenis omnibus terra est universa, id ipsum ut hominum generi terra haec esset, mater, communisque nutrix, obtinuit.*

Secundo absolute, ac verborum impersonalium more. Pausan. Messenic. Καθὰ δὴ καὶ τὸν ἐπὶ Ἰλίῳ, (sup. πόλεμον) κληθῆναι Τρωϊκὸν καὶ οὐχ Ἑλληνικὸν, ἐξενίκησε. *Quemadmodum invaluit, ut bellum, quod apud Ilium gestum est, Trojanum diceretur, non Graecum.* Sic, Ἐνίκησε κατ' ἔτος ἡμέρᾳ ῥητῇ γενέσθαι τὴν πανήγυριν. *Invaluit, uti quotannis certo die solennis ac publica celebritas fieret.* Quod hac reg. de verbo νικᾷν dictum est, id de verbo κρατεῖν, dictum putetur.

XV.

45 Frequens hic est ellipsis, qua dicitur, ἡ ἐμὴ νικᾷ, sc. γνώμη. Plat. de Rep. lib. III. pag. 397.

46 Mi-

Νομίζω, observo. XV. Verbum, νομίζειν praeter vulgarem acceptionem, Primo, sumitur pro νόμυ δίκλω καταςῆσαι, aut φυλάξαι, *Legis instar constituere*, vel, *observare*; unde τὰ ἐν πόλει νενομισμένα, id est, τὰ νόμιμα, *instituta Reipubl.* vel *mores ac ritus in ea observari soliti*. Thucydid. lib. 2. Ὥσπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσι· id est, *Quemadmodum ipsi quoque Iones ab Atheniensibus oriundi hodieque celebrare solent*; prisca scilicet Bacchanalia.

Rarius quod sequitur, ac parcius imitandum, cum solo dandi casu [46], ibid. Ἀγῶσι μὲν καὶ θυσίαις διετησίοις νομίζοντες, ἰδίαις δὲ καλαῖς κατασκευαῖς εὐπρεπέσιν· id est, *Patrio more nos exercentes cum ludis & sacrificiis annuis, tum etiam privato, sed honesto apparatu.*

Rarum etiam illud Herodoti lib. 2. Ἀμμώνιοι, ἐόντες Αἰγυπτίων τε, καὶ Αἰθιόπων ἄποικοι, καὶ φωνὴν μεταξὺ ἀμφοτέρων νομίζοντες. id est, *Ammonii, quippe qui Aegyptiorum atque Aethiopum coloni sint, ac linguam utroque cum populo commune aliquid habentem instituerint.*

Νενομισμένα, de justis funebribus. Secundo proprie, *de justis exsequiarum* dicitur, ut vocantur a Tullio: haec enim absolute vocantur, τὰ νενομισμένα [47], hoc est, τὰ ἐναγίσματα.

Νομίζεσθαι, illustri opinione esse. Tertio, νομίζεσθαι est *illustri existimatione praeditum esse.* Plato in Gorgia, Ἆρ' οὖν δοκοῦσί σοι, ὡς κόλακες ἐν ταῖς πόλεσι φαῦλοι, νομίζεσθαι οἱ ἀγαθοὶ Ῥήτορες; (ita enim distinguendum est, alioqui pravus omnino sensus existeret.) id est, *Num ergo tibi videntur, ut solent nequam assentatores in civitatibus, ita boni Rhetores, clari & illustres haberi* [48]?

Οἶδα, pro εἴδω. XVI. De verbo οἶδα duo praecipue notanda sunt. Alterum est, illud magis in usu esse, quam praesens εἴδω, ut

46 Minus rarum cum dandi casu eorum, quibus aliquid legitimum est. Sic legimus apud Sozomenum lib. VII, cap. 10: Παρὰ τὸ νενομισμένον Ῥωμαίοις. *Praeter institutum Romanorum.*

47 Sive τὰ νομιζόμενα. Aristid. pro Quat. pag. 509.

48 Locus Platonis est pag. 466, lin. 10. Addo acceptionem hanc quartam. Ubi quid *serio* aliquem dicere innuunt Graeci, utuntur hoc verbo, quo in casu Graecissant admodum nostrates. Dicimus enim, Dat hy zegt / meent hy. Gr. Νομίζων λέγει. Ita loquitur Socrates apud Plat. in Phaedr. pag. 257, lin. 32. Ἴσως δὲ καὶ τὸν λοιδορούμενον αὐτῷ οἴει ΝΟΜΊΖΟΝΤΑ λέγειν, ἃ ἔλεγεν. *Fortasse putas, eum, qui conviciabatur, serio haec, quae dicebat, dixisse.*

49 Pag.

Digitized by Google

ut *novi*, apud Latinos, quam *nosco*: unde illud tam frequens οἶδα γὰρ, οἶδα σαφῶς, *nôsti enim*, *nôsti planè*: & compositum σύνοιδα, pro συνείδω, vel συνείδομαι, quae vix unquam usurpantur.

Alterum est, idem praeteritum sequente ὅτι, & praecedente εὖ, parenthesi saepe includi, ac tum, aut vacare omnino, aut verti posse, *sat scio*. Demosthen. περὶ τ̃ παραπρεσβ. [49] Βούλομαι, inquit, πρὸ πάντων, ὧν μέλλω λέγειν μνημονεύοντας, (εὖ οἶδ' ὅτι) τοὺς πολλοὺς ὑπομνῆσαι. id est, *Antequam ea, quae ad rem meam pertinent, dicere aggredior, eorum vos admonitos esse volo, quorum tamen optime, sat scio, meministis.* Εὖ οἶδ' ὅτι.

Rarius est exemplum quod sequitur, ex eodem petitum, Ὡς ἅπαντες, εὖ οἶδ' ὅτι, τοῦτον τ̃ λόγον ἀκηκόατε. *Nam vos omnes, sat scio, aliquid hac de re jam audiistis*: quae phrasis ita ordinanda esset, εὖ οἶδ' ὅτι ἅπαντες, &c. [50].

XVII.

49 Pag. mihi 201. lin. 37.

50 Post εὖ οἶδ' ὅτι malim quaedam subintelligere, quam mutare verborum ordinem: sic enim haec verba positivam sententiam magis confirmare videntur. Clarus est locus apud Xenophontem Hist. Gr. lib. VI. non longe ab initio. Ἠκούετε μὲν ἄν, εὖ οἶδ' ὅτι, & ὑμεῖς Ἰάσονος ὄνομα. Quae verba si ita transponis: Εὖ οἶδ', ὅτι ἠκούετε &c. sensum hunc habent: *Probe scio, vos audivisse nomen Jasonis.* At, si post ὅτι intelligis, τοῦτ' ἀληθές ἐστι vel ἠκούετε, vel simile quid, vehementius adfirmant, ita: *Audivistis utique (quin probe scio, vos audivisse) nomen Jasonis.* Hanc ellipsin pati conjunctionem ὅτι, infra notabimus, Cap. VIII. sect. 9. reg. 4. quam supplet Paulus Act. Apost. cap. XXVI: 27 Πιστεύεις, βασιλεῦ Ἀγρίππα, τοῖς προφήταις; ΟΙ͂ΔΑ ὍΤΙ ΠΙΣΤΕΎΕΙΣ. *Credis, o Rex Agrippa, prophetis? scio te credere.* Neque semper necesse est, ut εὖ praecedat, quod ab Aristide saepe omittitur. Ita ille Orat. Leuctr. pag. 91. Εἴτις τούτων μὲν παρεληλυθέναι τὴν ἐξέτασιν ἡγεῖται, τὴν δὲ τ̃ νῦν παρόντος πολέμου πρόφασιν ἀκριβῶς ζητεῖ, ἀδικεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους, ΟΙ͂Δ' ὍΤΙ, κρίνει. *Si quis praeteritorum nullam rationem habendam existimat, sed in praesentis belli caussam acriter inquirit, is Lacedaemonios, sat scio, injuste agere judicat.* Omittit etiam Demosth. Philipp. II, pag. 28. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐπὶ τοῦ βήματος ἐνταυθοῖ μνημονεύετε, ΟΙ͂Δ' ὍΤΙ, ῥηθέντα. *Nam omnia haec in suggestu hic dicta esse, sat scio, meministis.* At, Οἶσθ' ὅτι in secunda persona vertitur per *Ita habeto.* Barbare: *Posito.* Belgice; Neem eens. Plat. Gorg. pag. 486. Νῦν γὰρ εἴτις σοῦ λαβόμενος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι,

Εὖ ἴσθι, mihi crede. XVII. Eodem fere modo usurpatur, εὖ ἴσθι, verbatim, *bene scito*; ut apud Lucianum, Αἰσχυνοίμην ἄν, εὖ ἴσθι, ἐπ' αὐτῷ. id est, *Hujus causâ erubescerem utique:* nam εὖ ἴσθι, verti debet, *profecto*, *utique*, *enimvero*, *mihi crede*, ut apud Tullium in Verr. *Fuit tanti*, *mihi crede*; Graece, Τοσοῦτον, εὖ ἴσθι, διενήνοχε· aut particulae istae omnino vacant.

Οἶμαι, credo. XVIII. οἶμαι, inclusum parenthesi, non minus ironice, quam serio usurpari solet: ut, *credo*, & *opinor*, Latine. Cujus exempla obvia.

Οἶμαι, utique. Secundo, verti potius debet, *utique*, *nimirum*, *plane*, *profecto*. Demosthenes de Cherson. Εἶτ', οἶμαι, συμβαίνει, τῷ μὲν, ἐφ' ἃ ἂν ἔλθῃ, ταῦτα ἔχειν. *Ita fit plane*, *ut ille quidem*, *quaecunque in loca veniat*, *eadem occupet*.

Sic Olynth. 2. Ὥσπερ γὰρ οἰκίας, οἶμαι, καὶ πλοίου τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ. id est, *Prorsus enim*, *quemadmodum*, *& domus*, *& navigii fundamentum firmissimum esse debet*. Ibid. Ὅπῃ τις ἂν, οἶμαι, προσθῇ κἂν μικρὰν δύναμιν, πάντ' ὠφελεῖ· *Videlicet*, *cuicunque parti vel exiguas vires addideris*, *eam summopere juveris:* id enim est, πάντ' ὠφελεῖ, Gallice, *Vous l'advancez du tout*. Ibid. Ἀλλ' οἶμαι, νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν. *Sed*, *nimirum*, *haec omnia nunc quidem felix rerum successus tegit*.

Οἶει, obsecro. XIX. Secunda persona verbi ejusdem, οἴει, cum aliis modis, quam infinitivo, maximeque cum indicativo futuri

---

πάγοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, ΟΙ'ΣΘ' ὍΤΙ οὐκ ἂν ἔχοις, ὅτι χρήσαιο σαυτῷ. *Nunc enim si quis te comprehensum*, *vel alium quempiam*, *in vincula conjiciat*, *dicens [te] injuriam fecisse*, *cum tamen nullam feceris*, *ita habeto*, *te nihil habere*, *quid ageres* &c.

51 Cui itidem subjungitur ὅτι, apud Xenoph. Κύρ παιδ. lib. V, haud longe ab initio. Νῦν μέντοι ἐξαιρῆμέν ἀνδρί σε, ΕΥ' ἼΣΘΙ ὍΤΙ, οὔτε τὸ εἶδος ἐκείνου χεῖρον, οὔτε τὴν γνώμην, οὔτε τὴν δύναμιν. *Nunc tamen ejusmodi viro te seligimus*, *qui illi profecto*, *neque corporis forma*, *neque animi dotibus*, *neque potentia cedit*. Nec aliud est Terentianum illud in Hecyra, act. 1. sc. 1.

*Nam nemo illorum quisquam*,
*SCITO*, *ad te venit*.

Notandum est etiam, τὸ εὖ ἴσθ' ὅτι nonnunquam claudere periodum. Aristoph. Plut. vs. 183.

Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος
Καὶ τῶν κακῶν, καὶ τῶν ἀγαθῶν,
ΕΥ' ἼΣΘ' ὍΤΙ.

*Nam tu solus auctor es omnium (scito) malorum & bonorum*.

52 Exem

turi temporis, aut abundat, aut verti potest, *obsecro*, *tandem*. Plato 6. de Repub. Ἀνόητα ᾗ πονῶν, οὐκ, οἴει, ἀναγκασθήσεται τελευτῶν αὐτὸν μισεῖν, καὶ τοιαύτην πρᾶξιν; *Qui autem rebus inutilibus vacat, an non is, obsecro, tandem aliquando & se, & ejusmodi occupationem odisse cogetur?* Communiter diceretur πονῶντα οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεσθαι; *non coactum iri arbitraris?* Gallice, *ne pensez-vous pas qu'il soit un jour contraint?* Idem lib. 7 Οὐκ ἄτοπον, οἴει, ἡγήσεται τὸν νομίζοντα γίνεσθαι τε ταῦτα ἀεὶ ὡσαύτως, καὶ οὐδαμῇ οὐδὲν παραλλάττειν; *Nonne absurdum, obsecro, eum arbitrabitur, qui haec eodem semper modo fieri existimet, nec levissimam inclinationem subire?*

## SECTIO IX.

### *De Verbis* καταγινώσκειν, [ὁμολογεῖν,] ὀφλισκάνειν, παρεστάναι, πάσχειν, περιιδεῖν, περιορᾶν.

### REGULA I.

Verba, καταγινώσκειν, & ὀφλισκάνειν in propria significatione ἀντίστροφα sunt. Nam illud cum genitivo personae, & accusativo rei, est *dignum aliquem statuere ea*, vel *opinione*, vel *re*, vel *poena*, quae accusativo exprimitur: ut, καταγινώσκω σου πολλὴν ἀμαθίαν, *dignum te judico, qui admodum imperitus habeare:* ὀφλισκάνειν autem significat cum accusandi casu, *ea ipsa re poenave dignum esse, vel damnatum*. Ita Chrysostom. Τοσούτῳ πλείω τὸν γέλωτα ὀφλισκάνουσι παρ' ἡμῶν, verbatim, *Tanto majorem risum à nobis debent*, id est, *tanto digniores sunt, qui a nobis rideantur*. Sic, πολλὴν ἄνοιαν ὀφλισκάνεις, verbatim, *multam stultitiam debes: dignus es, qui stultissimus habeare.* Καταγινώσκειν, ὀφλισκάνειν.

[Est tamen ubi e contrario καταγινώσκω reperitur cum genitivo rei, & accusativo personae; ut Lysias ὑπὲρ Ἐρατοσθένους· Τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου διαρρήδην εἴρηται τοῦτον μὴ καταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. *In foro, quod est in Areopago, disertis dictum esse verbis, ne caedis hunc damnet, qui in uxore sua adulterum deprehensum, hac poena affecerit,*

*cerit.* Sed hic usus est magis Latinorum; ut quum dicimus, *damnare aliquem furti*, aut *alligare furti*, quod est apud Herodotum καταδῆσαι τῆς κλοπῆς· cui contrarium *absolvere*. Graeci tamen usitatius secundum casum personae tribuunt, quartum rei. Chrysost. ad pop. Antiochenum, Οὐκ ἐπειδὴ κατέγνων ὑμῶν ῥαθυμίαν, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ πλέον κατορθωθὲν ὑμῖν ἔγνων. *Non, quod vos inertiae condemnavi, sed, quia maximam partem jam à vobis perfectam esse cognovi.* Simile est illud Juliani apud Sozomenum, ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων: de libello, quem ei Christianus quidam exhibuit, qui videbatur accurate compositus. Dicit enim se & legisse illum librum, & penitus cognovisse, & suo judicio damnasse; id est, non dignum, qui iterum legeretur, judicasse. Scite quidem; ingenium enim huic homini non defuit. Sed non minus scite respondit ei Basilius Magnus, ut fertur, Ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως. *Legisti forsan, sed non intellexisti; nam si intelligeres, neutiquam condemnares* [52].

Ὁμολογεῖν, *spondere.* Ὁμολογεῖν significat (uti Budaeus) *spondere*, id est, *roganti promittere:* nam cum quispiam me ad coenam vocat, si dico me venturum, condico, καὶ ὁμολογῶ. Plato Convivio: Ὡμολόγησα δ' εἰς τήμερον παρέσεσθαι, nempe, ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος. *Ad coenam domum Agathonis.* Fere Synonyma sunt haec verba, & *aliquid pacisci* significant, ὁμολογῶ, συγχωρῶ, συμφωνῶ, συντίθεμαι & συμβαίνω.]

Ὀφλισκάνειν δίκην. II. Absolute ὀφλισκάνειν, vel ὠφληκέναι δίκην, id est, *damnatum esse judicio:* ut, ὀφλισκάνειν δίαιταν, *ab arbitris damnatum esse* [53].

Ὀφλισκάνειν τῷ δημοσίῳ. III. Notandum est Athenis dictos esse, ὀφλισκάνοντας τῷ δημοσίῳ, verbatim, *debentes publico*, qui a Romanis postea *AErarii* sunt appellati: & προστιμᾶν τῷ δημοσίῳ dicebatur Judex, qui damnatum reum mulctam aerario publico solvere jubebat.

IV.

52 Exemplum ἀποστερῶ Διόνυσον, vocis significationem, non constructionem indicans.

53 Desidero exemplum. At ὀφλισκάνειν δίκην ἔρημον est, *Vadimonium deserere.* apud Theophr. Charact. Περ. Λογοποι. Accusativus δίκην non raro dissimulatur, sequente genitivo, crimen vel vitium significante, ut apud Aristidem pro Quatuorv. pag. 237. Πρότερον δ' ἔγωγ' ἂν ᾤμην τὸν Μελέαγρον ὈΦΛΗ͂ΣΑΙ ΔΕΙΛΙ'ΑΣ, ἢ Περικλέα. *Prius equidem crediderim, Meleagrum damnandum esse ignaviae, quam Periclem.*

54 Prop.

Digitized by Google

IV. Aorist. secund. verbi ὀφείλω, usu patur optando, vel solum, vel cum particulis εἴθε, αἴθε, & ὡς· & solum quidem, Plutarchus in Bruto, Ὤφελε ζῆν Βροῦτος, *Debuit vivere Brutus*, id est, *utinam Brutus viveret*. Demosth. pro Coron. Ὧι γὰρ ἐκείνους σωθῆναι μάλιστα διέφερεν, οὗτος καὶ παθόντων, ἃ μήποτ᾽ ὤφελον, τὸ ὑπὲρ πάντων λύπης πλεῖστον μετεῖχε. id est, *Cujus enim maxime intererat, salvos illos esse, is, passi cum essent quae nunquam debuerunt*, id est, *quae utinam passi nunquam essent, omnium maxime eorum vicem doluit.* Ὤφελον. Aorist. 2. utinam.

V. Cum particulâ εἰ, Plato 4. de Republ. Εἰ γὰρ ὤφελον ἔφη, verbatim, *si enim debui inquit*, id est, *utinam vero inquit*. Εἰ ὤφελον.

Cum particula αἴθε, Iliad. α. vers. 415. Cum Αἴθε.

Αἴθ᾽ ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων
Ἦσθαι —— *Utinam in navi sine lachrymis, ac sine incommodo sessitares.*

Cum particula ὡς, Iliad. γ. [54]. Ὡς ὤφελον.

—— Ὡς ὤφελες αὐτόθ᾽ ὀλέσθαι.

*Utinam ibi periisses.* Synesius Epist. ad Joannem, Ἀτυχεῖς μὲν ἄρα, ἀλλ᾽ οὐκ ἀδικεῖς, ὡς ὤφελες μηδ᾽ ἀτυχεῖν. *Id fortunae quidem potius, quam tua culpa contigit: utinam tamen ne fortuna quidem ipsa tam mala uterere.*

VI. In exemplis allatis valde notandum est, numeri simul ac personae rationem haberi: male enim diceretur, ὡς ὤφελες μηδ᾽ ἀτυχεῖν, pro *utinam, ne mala quidem fortuna uterer* [55]: licet apud Latinos *utinam* omni personae numeroque conveniat.

At vero ὄφελον per ο, omnibus promiscue numeris personisque servit [56]. Greg. in Julianum, Ἥκει μὲν εἴς τι τῶν ἀδύτων, ὡς ὄφελόν γε, καὶ τὴν εἰς ᾅδου φέρουσαν. id est, *In obscurum aliquod adytum penetravit, qui utinam inferos quoque subiisset.* Ὄφελον per Ο.

Idem ubi loquitur de apum mellificio, Ἡ δὲ μέλι ταῖς ἀποθήκαις ἐναποτίθεται, ὡς ὄφελόν γε καὶ ἡμεῖς, τοιοῦτο λαβόντες σοφίας

54 Prop. fin. vs. 428.

55 In prima persona, pro, *utereris*. Nec mirum; nam ὤφελες est secunda persona. Conjugent tirones in hunc modum: Ὡς ὤφελον ὀλέσθαι. *Utinam periissem!* Ὡς ὤφελες ὀλέσθαι. *Utinam periisses!* Ὡς ὤφελεν ὀλέσθαι. *Utinam periisset!* &c.

56 Nam quod Homerus l. c. ὄφελες dicit, Ionum more loquitur, detracto augmento.

 57 Imo

Digitized by Google

φίας ὑπόδειγμα, id est, *Apis mel suum recondit in cellulis: Atque utinam nos ipsi, qui ejusmodi sapientiae exemplum accipimus.* Denique Suidas existimat, ὄφελος eadem significatione usurpari, quod tamen superioribus longe rarius est [57].

Παριστάναι. *Sistere.*

VII. In verbis παρίστημι & παρίσταμαι, pauca haec observa. Primum est, παριστάναι, in voce activa, fere sumi pro *sistere:* ut, Τοῖς δικασταῖς τὸν φεύγοντα παραστῆσαι. *Judicibus reum sistere.* Τῷ ἀναβάτῃ τὸν ἵππον παραστῆσαι. *Sessori equum admovere.*

Παριστάναι, *afferre.*

Secundum est, pro, *afferre, praebere, movere:* ut, λόγον παραστῆσαι, *sermonem*, vel, *loquendi occasionem praebere.* Ὀργὴν παραστῆσαι, *iram movere.* Ὑποψίαν παραστῆσαι, *suspicionem praebere.* Εὐκαιρίαν παραστῆσαι, *opportunitatem praebere.*

Παριστάναι, *mentem injicere.*

Tertium est, pro *mentem injicere*, aut *persuadere:* idque vel absolute, ut, Παρέστησέ μοι τοῦτο ποιεῖν. *Hoc ut agam mihi persuasit:* vel, cùm accusat. δόξαν, γνώμην, & simil. Χρησιμωτάτην αὐτῷ παρέστησα τὴν γνώμην, id est, ἐνέβαλλον, ἐνεποίησα. *Utilissimam ei mentem injeci.* Demosthen. pro Coron. initio, Ὅπερ ἐστὶ μάλιστα ὑπὲρ ὑμῶν, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς Θεοὺς ὑμῖν, id est, *Quod vestra maxime interest, hanc ut Dii vobis mentem injiciant.*

Παρίστασθαι, *producere.*

VIII. Quartum est, παρίστασθαι in voce media sumi ut plurimum, pro *in medium producere*, tam in judicio, quàm extra judicium, ut, παρίστασθαι τοὺς μάρτυρας, idem quod παραβάλλεσθαι, *testes producere.*

*Adesse.*

Aliquando, pro *adesse, praesto esse, favere, patrocinari.* Sic apparitores dicuntur, τοῖς δικάζουσι παρίστασθαι, *praesto esse Judicibus:* & οἱ συνδικοῦντες τοῖς φεύγουσι παραστήσασθαι, *patroni reis adesse, opitulari.*

Παρίστασθαι, *in mentem venire.*

Aliquando, pro ἐπέρχεσθαι, ἐπιέναι, παρατυγχάνειν, id est, *in mentem subire*, aut *venire.* Dicunt enim, παρίσταταί μοι τοῦτο ποιεῖν, *venit in mentem hoc agere:* unde ἐκ τοῦ παρισταμένου λέγειν idem est, quod ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παρατυχόντος, αὐτόθεν, ἐκ καιροῦ. id est, *Ex tempore dicere:* vel τὸ ἐπερχόμενον, τὸ παρατυγχάνον, τὸ εἰσιὸν εἰπεῖν.

Παρίστασθαι, *praesenti animo esse.*

IX. Aliquando, pro *fidenti ac praesenti animo esse*, ac fere cum dativo ψυχῇ, θυμῷ, aut alio simili, ut, οὕτω παρέστη

57 Imo barbarum. Decepit Vigerum locus corruptus, quem corrigit Kusterus ex MS. codice Parisiensi, qui dat ὄφελος.

58 Haec

ίση τῷ θυμῷ, ὡς καὶ αὐτοψεὶ τ πολέμιον ἐκφοβεῖν: *tam fidenti animo constitit, ut hostem aspectu ipso terreret.* Hinc τὸ παράστημα id est, τὸ φρόνημα, vel τὸ λῆμα, *animi fiducia, atque praesentia:* & παραστατικὸς ἀνὴρ, id est, ὁ φρονηματίας, & ὁ πρὸς τὰ παρατυγχάνοντα πρόθυμος, ἕτοιμος, πρακτικὸς, ἐντρεχής, βουλευτικὸς, id est, *in omni casu acer, vividus, ac solers.*

Aliquando, *in ditionem redigere, deditione capere,* hoc est, χειρώσασθαι, ὑποχείριον ποιεῖσθαι, ὑπὸ χεῖρας ποιεῖσθαι, ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι· ut, Οἱ πάλαι αὐτοκράτορες ἔργον ἐποιοῦντο, τὴν οἰκουμένην παραστήσασθαι. *Prisci Imperatores id agebant, ut orbem terrarum in ditionem suam redigerent* [58]. Παρίστασθαι, *subigere.*

X. De verbo πάσχειν notentur sequentia. Primo, cum adverbio εὖ, aut neutro ἀγαθὸν, significat *beneficium*, aut *emolumentum accipere*, opponiturque τῷ εὖ ποιεῖν. Aristoteles in Ethic. Ἐλάττων, inquit, ὁ παθὼν εὖ, τ ποιήσαντος. id est, *Inferior est qui beneficium accipit, eo qui fecit.* Lysias, Τίς ἐλπὶς ὑπὸ τούτου ἀγαθὸν πείσεσθαι; *Quae spes ullius emolumenti ex eo capiendi?* Sic ἀντιπαθεῖν, *vicissim beneficio affici*, opponitur, τῷ ἀντιποιῆσαι, *vicissim beneficium facere.* Πάσχειν εὖ, &c.

XI. Secundo, affici animo & voluntate, vel aliquo sensu: idque cum adverbio, aut neutro, ac fere praepositione πρός. Plato in Gorgia, Ὁμοιότατον, inquit, πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους, καὶ παίζοντας. *Eundem adversus philosophos animum & sensum experior, quem adversus balbutientes, & puerorum more lusitantes.* Ubi obiter notanda etiam est conjunctio neutrius, τ ὁμοιότατον, cum ὥσπερ: quod etiam dicunt, ὁμοίως, ὥσπερ: Latini, *perinde ac, velut, quasi.* Πάσχειν, *affici animo.*

XII. Tertio, eadem prope verborum constructione manente, significat potius *facio*, quam *patior*: quemadmodum apud Latinos, contra, *facere* interdum *pati* significat, ut, *jacturam facere.* Sic ὅμοιόν τι πάσχει, id est, *perinde facit*, verbatim, *simile quid patitur* [59]. Πάσχω, *facio.*

Hinc

58 Haec & plura de hoc verbo observata, exemplorumque auctoritate fulta, congessit Budaeus Comment. L. G. pag. 114, 115, 116, 117. & alibi. Item de verbo πάσχειν, quod sequitur, eundem consule pag. 45.

59 Hoc modo eleganter dixeris, πάσχειν τὶ τεχνικόν, *more fabrorum agere.* πάσχειν τὶ φιλοσοφικόν, *More Philosophorum agere.* Aristides Orat. pro Quatuorviris, pag. 250. ἜΠΑΘΟΝ ΤΙ ὉΜΗΡΙΚΟΝ, καὶ παραπλήσιον αὐτοῖς τοῖς Θεοῖς ἐνο-

Hinc Attica illa & elegans locutio: Ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι; vel, τί ἂν καὶ πάθοιμι; id est, *quid enim agerem?* quod Galli dicerent, *qu'y ferois je?* Galenus 10. Θεραπευτικ. Τί ἂν τις πάθοι, inquit, πρὸς ἀνθρώπους, μήτε ἔργῳ μήτε λόγῳ πεισθῆναι δυναμένους. id est, *Quid feceris huic hominum generi, cui nec re ipsa, nec oratione persuaderi possit?* Sic, ἀτοπώτατόν τι ἔπαθεν, *absurdissimum quid passus est*, id est, *ineptissime fecit*.

Παθεῖν τι, *aliquid humanitus accidere.* XIII. Quarto, παθεῖν τι, aliquando significat, quod Latini dicunt, *aliquid humanitus accidere*; vel *aliquo quid fieri*; hoc est *mori*. Tull. in Philipp. *Ut si quid mihi humanitus accidisset, hanc vocem testem relinquerem egregiae voluntatis.* Ἵνα ἄν τι πάθοιμι, τήνδε τὴν φωνὴν καταλίποιμι ἄν, τῆς ἀξιεπαίνου προαιρέσεως μάρτυρα γενησομένην. Ita pro lege Manilia; *Si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri?* Graece, Εἰ γοῦν τι πάθοι, ἐπὶ τίνα δὴ τὰς ἐλπίδας μετατρέψετε; Dicunt etiam, εἰ παθεῖν τί μοι συμβαίη, vel εἴ τι πάθοιμι ἀνήκεστον, *si quid patiar insanabile.* Quod etiam in rebus inanimatis usurpatur, ut, εἴ τι πάθοι ναῦς ἀνήκεστον, id est, *si navis naufragium fecerit.* Quae phrases ὑποκοριστικαὶ sunt [60].

Παθεῖν, *puniri.* XIV. Quinto, Attica loquendi formula, & forensis est; ὅ, τι

ενόμισαν. Verbatim: *Passi sunt aliquid Homericum*, i. e. *Homerico more*, vel, *ut Homero mos est, & eum Diis similem censuerunt.*

60 Quibus mirum, quantum veteres delectati fuerint: & hinc πάθος pro *morte* vel *caede* apud Herodot. lib. 1, cap. 13. Vide simile quid, supra ad Cap. III, sect. 4, in fine. Caeterum hanc structuram si sequatur Participium, non est, quod Latine verbum verbo reddere coneris. Idiotismi hujus soli Graeciae concessi exemplum exhibetur in Cebet. Tab. non ita longe ab initio. ΟΥΔΕΝ ΔΕΙΝΟΝ ΠΑΣΧΕΤΕ, ὦ ξένοι, ἔφη, ΑΠΟΡΟΥΝΤΕΣ περὶ τῆς γραφῆς ταύτης. Ita enim ad verbum perperam: *Nihil mirum patimini, o hospites, inquit, dubitantes de hac pictura.* Elegantius ita reddas: *Non mirum, o hospites, inquit, vos dubitare de hac pictura.* Quae verba, mutua casuum permutatione facta, ita efferri possunt; Οὐδὲν δεινὸν ΠΑΘΟΝΤΕΣ, ὦ ξένοι, ἔφη, ΑΠΟΡΕΙΤΕ &c. Adi AElian. V. H. lib. ult. cap. 47. Τί δὴ ΠΑΘΩΝ οὕτω ΘΑΥΜΑΖΕΙ τὴν τέχνην; *Quid patiens, quo animo*, vel simpliciter, *Quid est, quod artem adeo miretur?* Caeterum, quomodo τί cum participio construatur, vide infra Cap. VI. sect. 1, reg. 7.

ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι, verbatim, *quod oporteat pati, aut solvere*, id est, *quid aut poenae, aut mulctae subeundum sit*. Nam κρίνεσθαι ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι, est *judicium subire hac formula, quid aut poenae luendum sit, aut pecuniariae mulctae subeundum*. Sic ἐπάγειν τίμημα, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτῖσαι, est *mulctam pro ratione criminis irrogare, seu poena luenda sit, seu pecunia tantum persolvenda*.

XV. Περιϊδεῖν, & περιορᾷν, verbatim, *circumspicere*, vulgo & eleganter sumuntur, pro *negligere, habere susque deque*, aut *sinere aliquid impune fieri*, ac fere cum accusativo participii. Cujus idiotismi exemplis nihil frequentius. Isocrat. Panegyr. Τοσούτους τῶν συμμάχων περιορᾷν αὐτοῖς δουλεύοντας, id est, *Tot socios permittere, illorum servitute oppressos teneri*. Herodian. lib. 2. Τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν μὴ περιϊδεῖν ἐῤῥιμμένην· *Non permittere, ut Romanum imperium prostratum jaceret*. Περιϊδεῖν, negligere.

Rarius, aliquando tamen, cum infinitivo, loco participii conjungitur. Thucydid. lib. 1. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθε. *Sed etiam ex vestra ditione vires sibi comparare patiemini*. Περιόπτομαι, idem.

## SECTIO X.

### *De Verbis* ποιεῖν, ποιεῖσθαι, πράττειν, προσποιεῖσθαι.

### REGULA I.

Primo, ποιεῖν & ἐργάζεσθαι, significant *beneficio*, aut *damno afficere*, tuncque vel cum adverbio & accusativo personae; vel sine adverbio, cum duobus accusativis, altero rei, altero personae, conjunguntur: ut, κακῶς, vel πολλὰ κακὰ, vel καλὰ τὸν ἐχθρὸν ποιεῖν, vel ἐργάζεσθαι, id est, *multis vel damnis, vel bonis inimicum afficere*. Ποιεῖν & ἐργάζεσθαι, beneficio, aut damno afficere.

II. Ποιῶ cum adverbiis καλῶς, δικαίως, εἰκότως, δεόντως, & si quae sint ejusdem significationis, sequente participio, verti debet, *jure merito*: participium autem sequens, per verbum ejusdem participii reddendum est; ut, Καλῶς ἄρα ποιεῖς, Ποιῶ cum adverb.

ποιεῖς, τῶν ἀδικουμένων προϊστάμενος: id est, *Jure omnino eos, qui injuriam patiuntur, defendis* [61].

Quod autem rarius est, interdum neutrum, τὸ καλὸν, aut aliud simile, adverbii loco ponitur, sequente τὸ cum infinitivo. Demosthen. pro Corona, Καί τοι καλὸν μὲν ἐποιήσατε, καὶ τὸ σῶσαι τὴν νῆσον, πολλῷ δ' ἔτι τούτου κάλλιον, τὸ, &c. *Et quidem, cum insulam illam jure defendistis*, vel *cum defendenda insula juste, praeclareque fecistis; tum hoc etiam multo praeclarius, quod* &c. [62] Vide cap. de Particip. Sect. 4. Reg. 4.

Ἀνόνητον ποιῆσαι. III. Ἀνόνητον ποιῆσαι, cum gignendi casu est, *spoliare fructu ejus rei, quae per genitivum significatur:* verbatim, *utilitate carentem facere.* Demosthen. pro Corona, Εἰ δ' αἰτίαν ἐπάγω τούτῳ ψευδῆ, πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀνόνητόν με ποιῆσαι. id est, *Sin autem crimen ei falsum impingo, tum vero uti me bonorum omnium fructu spoliare velint.*

Ὀνασθαι. Est enim ὄνασθαι, cum gignendi casu, *fructum ex aliqua re capere:* ut, ὄναιο σύγε τῆς δὲ τῆς εὐφυΐας, id est, *macte praestantis hujus indolis.*

Ποιεῖν διαδικασίαν. IV. Secundo, διαδικασίαν ποιεῖν, est *judicium constituere, aut rem in disceptationem & judicium vocare.* Demosth. adversus Timocratem, Ἐὰν δὲ ἀμφισβητῆταί τι, ποιεῖν διαδικασίαν: id est, *Sin autem controversia erit aliqua, judicium ut de ea constituatur:* quod simplicius dicitur, κρίσιν ἐπί τινι ποιῆσαι [63].

Ποιεῖσθαι, adoptare. V. Tertio, ποιεῖσθαι, significat *adoptare*; idem enim est παῖδα, vel υἱὸν ποιεῖσθαι, quod παῖδα θέσθαι, id est, *filium adoptare*.

61 Adi Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. I, pag. 16. Καλῶς ἐποίησας προειπών. *Bene fecisti, qui praemonueris.* Confer Act. Apost. cap. X, 33. Σύτε ΚΑΛΩΣ ΕΠΟΙΗΣΑΣ παραγενόμενος *Et tu recte fecisti, quod veneris.* & epist. III. Joann. comm. 6 Οὓς καλῶς ποιήσεις προπέμψας. *Quos recte facies, si prosecutus fueris.* Vel mutua casuum permutatione facta, saepius dicunt Graeci: ΚΑΛΩΣ ἄρα ΠΟΙΩΝ τῶν ἀδικουμένων ΠΡΟΙΣΤΑΣΟ. Confer cap. VI, sect. 4, reg. 4.

62 Non omnino huic absimile est, quando pro Infinitivo est accusativus, praecedente εὖ. Insignis est elegantiae, τὸ τὰ παρὸν εὖ ποιεῖν. *Rebus praesentibus opportune uti*, apud Plat. Gorg. pag. 499.

63 Cum substantivo tempus significante moram in loco notat, ut; *Triduum in urbe moratus sum* vel *transegi.* Τρεῖς ἡμέρας ἐποίησα ἐν τῇ πόλει: Exempla pete ex Actis Apost. cap. XVIII, 23. & XX, 3.

64 In

Digitized by Google

*adoptare.* Quod etiam de patre ac matre dici poteſt, qui nonnunquam a viris principibus adoptantur. Plutarch. in Alexa d. loquens de Leda, Ἣν ἐποιήσατο, inquit, μητέρα, καὶ Καρίας βασίλισσαν ἀπέδειξε. id eſt, *Quam in matrem adoptavit, & Cariae reginam creavit.* Dicunt etiam εἰσποιεῖν eodem ſenſu. At ἐκποιεῖν, eſt in *adoptionem dare.* Sic enim Iſaeus Rhetor. Κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένοι τις οἴκῳ, κἂν ἐκποιηθείη. id eſt, *Seu paternis in aedibus maneat, ſeu adoptandus alteri detur:* hinc ποιητὸς, & εἰσποιητὸς υἱὸς, *filius a nobis adoptatus:* ἐκποίητος vero, *quem adoptandum tradimus:* hinc etiam εἰσποίησις, idem quod υἱοθετία, *adoptio activa;* ἐκποίησις vero *paſſiva.*

VI. Quarto, ποιεῖσθαι ἐν ὀργῇ τινα, verbatim, *aliquem in ira facere*, id eſt, *alicui ſuccenſere, & iraſci.* Demoſthen. Olynth. I. Τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε. id eſt, *Iis, qui de negociis poſtremi dixerint, ſuccenſetis* [64]. Ποιεῖσθαι ἐν ὀργῇ.

VII.

64 In genere verbum ποιέω cum praepoſitione ἐν conſtructum, cum ſequenti caſu, ſi poteſt, uno verbo redditur: alioqui pro natura nominis a praepoſitione recti, vertendum eſt. Ποιεῖσθαι ἐν νόμῳ (ad verbum, *in lege facere*) dicebantur ii, quibus aliquid in more poſitum & lege ſancitum erat Ita Herod. Clio cap. 131. Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσιδε χρεωμένους ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς, καὶ βωμοὺς οὐκ ΕΝ ΝΟΜΩΙ ΠΟΙΕΥΜΕΝΟΥΣ ἱδρύεσθαι. *Perſas autem ſcio hiſce legibus uti. ſtatuas neque templa, neque altaria apud illos lege ſancitum eſt exſtruere.* Ubi obiter obſerva Participium ποιευμένους pro Infinitivo, de quo Sect. 3. §. 8.

Ποιεῖσθαι ἐν δευτέρᾳ τάξει, ſequente Genitivo, ſignificat *Poſt habere.* de quo vide infra ſect ſeq. § 7. Cui ſimile eſt illud Thucydidis lib. VII. cap. 3. Ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο. *Parvi faciebant.*

Ποιεῖν ἐν μέσῳ. Proprie, *Facere in medio*, Graeci dixerunt pro, *Medium includere.* Exemplum habet Thucyd. lib. I. cap. 62. Καὶ, (ſupple ex praecedentibus, ἦν ἡ γνώμη τοῦ Ἀριστέως) ὅταν Ἀθηναῖοι ἐπὶ σφᾶς χωρῶσι, κατὰ νώτου βοηθοῦντας ΕΝ ΜΕΣΩι ΠΟΙΕΙΝ αὐτῶν τοὺς πολεμίους. *Et Ariſtei ſententia erat, quum Athenienſes in ſe impetum facerent, a tergo accurrentes, hoſtes medios includere.*

Huic ſimile eſt, Ποιεῖν ἐν αἰσχύνῃ. *Probro adficere.* Demoſth. de Cor. pag. 332. lin. 37. Ἐν αἰσχύνῃ ποιήσων τὴν πόλιν. *Probro adfecturus urbem.*

Eodem modo, ποιεῖσθαι ἐν αἰτίᾳ, *criminari*, vel, *crimini dare.* Pauſ. in Achaicis. p. 411. Ἀχαιοὶ δὲ ἐποιοῦντο ἐν αἰτίᾳ Φλαμίνιον. *Achaei Flaminio crimini dabant.*

Πίστεις ποιεῖσθαι.

VII. Quinto, πίστεις ποιήσασθαι idem quod πίστεις, vel πιστὰ διδόναι, vel τίθεσθαι, id est, *fidem suam alteri alterum obligare:* quo sensu jungitur potissimum cum praepositione πρὸς, & accusat. casu. Athenaeus lib. 8. de Iphiclo quodam, qui nuncium promissis ad munus explendum adducere conabatur. Πίστεις, inquit, πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, πέμπει [65]. id est, *Eum ablegat, posteaquam suam ei fidem certa mercedabant.* Sic ποιεῖν ἐν χερσὶ τὴν μάχην. est, *Cominus congredi.* apud Arrian. de Exp. Al. lib. 2. cap. 10. Ἀλέξανδρος μὲν σπουδῇ ἐς ποταμὸν ἐμβαλὼν, καὶ ἘΝ ΧΕΡΣΙ` ΜΆΧΗΝ ΠΟΙΗ'ΣΑΣ *Alexander celeriter amnem ingressus, & cominus congressus.*

Simili ratione construitur cum praepositione ἄνευ, sequente generandi casu, adeo ut ποιεῖν ἄνευ significet, *Privare.* Plato, Hipp. maj. pag. 290. in fine. Τοὺς μέλλοντας ἑστιᾶσθαι ἌΝΕΥ ὌΨΟΥ ἂν πάνυ γενναίου ΠΟΙΗ'ΣΕΙΝ. *convivaturos generosissimo opsonio privaret.* Ad verbum: *Faceret sine opsonio.* Eadem ratio est in aliis praepositionibus: Ut ποιεῖσθαι ἐς φυλακὴν. *Conjicere in carcerem.* Ita Thucyd. lib. III. cap. 3. Τοὺς ἄνδρας ἐξ αὐτῶν ἘΣ ΦΥΛΑΚΆΣ ἘΠΟΙΗ'ΣΑΝΤΟ. *Viros, qui in illis (triremibus) erant, in custodias conjiciebant.* Ποιεῖν ἀπὸ ὄψεως. *E conspectu dimittere.* Quam locutionem imitatus est Apulejus, cujus verba: *Haec ut primum ANTE judicis CONSPECTUM FACTA EST.* Et: *Intra limen sese facit.* Exempla Graeca suppeditat Casaubonus ad Suet. in vita Aug. vid. mox R. 12.

Eodem modo cum praepositione ἐξ, apud Aristidem, pro Quatuorviris, pag. 505. ἘΞ ἼΣΟΥ πάντας αὐτοὺς ΠΟΙΕΙ͂Σ *Omnes illos eodem ordine habes.* Tale quoque est, ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, de quo Noster R. 11. At ποιεῖσθαι περὶ ἑαυτὸν, in malam partem pro, *Ad se rapere*, apud Isocrat. Panathen. p. 552.

Similis quoque est hujus verbi cum adverbio ἔξω constructio. Ita AElian. V. H. lib. x. cap. 2. Ubi de perdicibus ait, Ἐπειδὰν τάχιστα τοὺς πόδας ἜΞΩ ΠΟΙΗ'ΣΗι τοῦ λέμματος. *Simulac pedes de ovi testa exseruerunt.* Verbatim: *Extra fecerunt.* Confer Act. Apost. cap. V, com. 34. Ἐκέλευσεν ἜΞΩ ΠΟΙΗ͂ΣΑΙ. *Jussit apostolos paulisper abduci.* Contra ποιεῖσθαι ἐντὸς. *Intro mittere.* Ita Thucyd. lib. 2. cap. 83. in fine. Τά τε λεπτὰ πλοῖα, ἃ ξυνέπλει, ἘΝΤΟ`Σ ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΑΙ. *Parvaque navigia, quae simul navigabant, intro recipiunt.* i. e. *Intra navium, quae ita ordinatae erant, circulum.*

65 Ut pateat, praepositionem πρὸς hic non referendam esse ad τὸ πέμπει, sciendum est, hoc verbum revera apud Athenaeum non sequi; videtur hunc locum,

*mercedis promissione obligasset.* Ita Polybius lib. 5. de Leontio verbum τίθεσθαι usurpavit, Ἐξέπεμψεν, inquit, τὰς θεμένους τὰς πίστεις πρὸς τὸν Ἀντίοχον. id est, *Nonnullos summisit, qui certis conditionibus cum Antiocho rege paciscerentur, ejusque fidem obligarent.*

VIII. Sexto, ποιεῖσθαι κέρδος, quod Latini *quaestum facere*, Galli, *faire son profit* [66]. Plutarch. in Cicerone, Ὧν οὐδὲν ἐποιήσατο κέρδος, id est, *Quorum nihil omnino privatam in utilitatem convertit:* ubi notandum est, id etiam quod compendii fiat, in accusandi casu, quemadmodum & ipsum κέρδος, a Graecis collocari. Ποιεῖσθαι κέρδος.

IX. Septimo, γνώμην ποιήσασθαι, idem est quod γιγνώσκειν, *statuere*, ac fere cum infinitivo jungitur: ut apud Thucyd. Γνώμην ἐποιοῦντο κηρύγμασι χρήσασθαι ἐπιτηδείοις. id est, *Opportunis praeconiis uti statuebant* [67]. Γνώμην ποιήσασθαι.

X.

locum, ut & alios plures hausisse Auctor ex Budaeo, apud p. 62. quem totidem verbis citatur. Locus est lib. VIII, c. 16. Verba sunt: Πίστεις πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, θηρεύσας ἰχθύδια ἐκ τῆς κρήνης, καὶ ἐμβαλὼν εἰς ὑδρεῖον, ἔδωκε τῷ Λάρκᾳ. Locus Polybii est pag. m. 404. in fine.

66 Belgae, Winst doen.

67 Locus Thucydidis extat lib. II. cap. 2. Conferatur Themistoclis epistola apud eundem, lib. I. cap. 128. ΓΝΩ΄ΜΗΝ ΠΟΙΟΥ῀ΜΑΙ θυγατέρα τὴν σὴν ΓΗ῀ΜΑΙ. *Animum induco filiam tuam ducere uxorem.* At, non sequente infinitivo diversam ab hac significationem, *putandi* scilicet, *judicandi* &c. obtinet. Arrian de Exp. Alexandri, lib. IV. cap. 27. Ἔνθεν δὲ Κοῖνον μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα ἐκπέμπει, ΓΝΩ΄ΜΗΝ ΠΟΙΗΣΑ΄ΜΕΝΟΣ, ὅτι μαθόντες τῶν Ἀσσακηνῶν ἅλωσιν ἐνδώσουσι σφᾶς αὐτούς. *Hinc Coenum Bazira mittit, ratus, illos, cognita Assacenorum expugnatione, se ipsos dedituros.* Sed haec & similia, quorum maxima hic turba cumulari potest, una regula recte quis comprehendat hoc modo: verbum ποιεῖσθαι cum multis substantivorum accusativis constructum, una voce Latine redditur, atque idem notat, quod substantivum, si in verbum mutetur. E. G. Ποιεῖσθαι καταστροφήν, pro καταστρέφειν, *Evertere.* Vi porro istius substantivi res ea, quae V. C. dicitur *everti*, pro quarto secundum casum obtinet. Sic apud Herodot. Erat. c. 27. Καταστροφὴν εὐπετέως αὐτέων ἐποιήσατο. *Facile eorum subactionem fecit.* Latinius, *subegit.* Habet autem semper activam significationem, non tamen semper transitivam. Dixeris enim φυγὴν ποιεῖσθαι pro φεύγειν. *Fugere*, non indignante Graecia. v. Thucyd. lib. III. cap. 33.

33. Hic quoque non raro Graecissant Latini. Nam, *facerent fugam* dixit Terentius in Eun. 4, 7, 17. Ita Corn. Nep. in Vit. Thrasyb. cap. 3. *Caedem facere eorum vellent.* Gr. Φόνον ποιεῖσθαι ἐκείνων ἐβέλοντο. Similiter Cicero in Orat. 3. in Cat. cap. 4. *Caedemque infinitam civium fecissent.* & Sallust. B. C. cap. 11. *Nihil reliqui victis fecere.* Pro, *Nihil reliquere.* Cum autem dicimus; pro Accusativo Genitivum addi personae patientis, non est, quod quis objiciat Thucydidis locum, lib. VIII, cap. 62. ubi, ποιεῖσθαι ἁρπαγὴν, σκεύη καὶ ἀνδράποδα. in quarto casu. Ideo enim non licet dicere, φόνον ποιεῖσθαι τοὺς ἐχθροὺς, ζήτησιν ποιεῖσθαι τὰς ναῦς. Perinde enim est ac si nos dicamus: **De vaten en flaven tot buit maken.** Quomodo & τὰ χρήματα λείαν ποιεῖσθαι i. e. *Pecuniam in praedam vertere*, dixit Plutarchus in Caes. pag. 708. Confer eundem pag. 715. lin. 32. Τοὺς ἄλλους ἐποιοῦντο λείαν. *Alios praedae addicebant.* Quae structura ab illo idiomate longe est diversa. Rarum est in hoc genere illud Theophrasti in Garrulo. Εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ. *Si Jupiter fecerit aquam*, i. e. *pluerit.* Etiam illud Platonis in Phaedone. Ποιεῖν μουσικήν. *Facere Musicam*, i. e. *exercere, componere carmen.* Plane ut Phaedrus:

> *MEDICINAM ignoto FACERE coepisset loco.*

Eodem modo cum Adjectivis ποιέω active construitur. Demosth. de Foed. Al. pag. 88. prop. fin. ἘΚΣΠΌΝΔΟΥΣ ἈΥΤΟῪΣ ΠΟΙΗΣΑΝΤΕΣ συμβουλευώμεθα, πῶς δεῖ χρῆσθαι τοῖς &c. *Foedere illos excludamus, & deliberemus, quomodo tractandi sint, qui* &c. Ubi ἐκσπόνδους αὐτοὺς ποιήσαντες redditur Latine potius per Verbum, sequente Conjunctione *Et*, quam per Participium. Rationem vide infra Cap. VI. Sect. 1, R. 14. Consentit Aristides pro Quatuorv. pag. 36. Λακεδαιμονίων ἐθελόντων ἘΚΣΠΌΝΔΟΥΣ ΤᾺΣ ΠΌΛΕΙΣ ΠΟΙΕΙ͂Ν. *Lacedaemoniis volentibus civitates foedere excludere.* Similiter Plat. ep. 2. init. ΔΊΩΝΑ δὲ μόνον ἘΞΑΊΡΕΤΟΝ ΠΟΙΗ͂Ι. *Dionem autem solum excipis.* Confer Dinarch. pag. 102. lin. 16. Et Euang. Joann. cap. XVI, com. 2. Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. *E synagogis vos ejicient.* Item Act. Apost. VII, 19. Ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη. *Exponere infantes.* Huc pertinet id, quod Auctor mox monebit, R. 15. Atque hoc in idiotismo plurimum Graecissant Latini. Ita Horat. lib. 1, Sat. 4, vs. 59.

> - - - *Eripias si*
> *Tempora certa, modosque, & , quod prius ordine verbum,*
> *POSTERIUS FACIAS.* - - -

i. e. *Postponas.*

Adde Ovid. lib. V. Met. vs. 480.

> - - - *Vitiataque semina fecit.*
> - - - Μεμιασμένα σπέρματ' ἐποίει.

Si.

X. Octavo, χάριν ποιεῖσθαι, id est, μετ' εὐχαριστίας ἀποδέχεσθαι idem prope, quod χάριν εἰδέναι. Cui opponitur ὀργὴν ποιεῖσθαι, id est, δι' ὀργῆς ἄγειν, vel ἔχειν. Demosthen. Oratione, περὶ τῆς παραπρεσβείας, utrumque conjungit; Καὶ χάριν, inquit ille, ἂν ταύτης ἄξιος ᾖ, καὶ τὐναντίον ὀργὴν ἂν τοιαῦτα φαίνηται πεποιηκὼς, πεποιῆσθαι. id est, *Eique gratiam habere, si ea dignus erit: contra vero succensere, si quid ejusmodi perpetrarit*, supp. *cui debeatur iracundia.* Χάριν ποιεῖσθαι.

XI. Nono, ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτὸν, vel ὑφ' ἑαυτῷ, id est, *in potestatem redigere.* v. c. Τὴν πόλιν, τὴν χώραν, τὸ ἄνδρα [68]. At ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτὸν, idem est quod ἀναδέχεσθαι, *in sese recipere.* Demosth. Πάντα ἀναδεχόμενος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ποιούμενος τὰ τούτων ἁμαρτήματα. *Cuncta illorum peccata in sese recipiens.* Ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτόν.

XII. Decimo, ἐκποδὼν, vel ἀπὸ τῆς ὄψεως ποιεῖσθαί τινα. id est, *Aliquem nostro conspectu summovere, expellere* [69], Χωρὶς ποιεῖσθαι τοῦ κινδύνου, *periculo liberare.* Ἀρχὴν ἐπί τινι ποιεῖσθαι, *imperium in aliquem transferre.* Plutarchus in Theseo. Ἀλλ' ἐπὶ νόθῳ καὶ ξένῳ παιδὶ τὴν ἀρχὴν πεποιημένος. *Qui in spurium quendam, alienumque filium imperium transtulisset.* Ἐκποδὼν ποιεῖσθαι.

XIII. Undecimo, ἔργον ποιεῖσθαι [70] verbatim *opus facere*, id Ἔργον ποιεῖσθαι.

Similiter apud Comicum, Heaut. II, 3, 100.

- - - *Ademtum tibi jam faxo omnem metum.*

Hujusmodi sunt: *Me missum face. Missa isthaec face*, eidem familiaria.

68 Rarius Praepositio ἐπὶ a Pronomine reciproco aufertur & additur sequenti substantivo cum Accusativo. Herodian. lib. I, cap. 9. Ποιησάμενος ἑαυτὸν ἐπ' ἐξουσίαν. *Quum sibi vindicaverat auctoritatem.* Qualemcunque tamen differentiam vide Cap. IX, Sect. 4. r. 20.

69 Vel *de medio tollere.* Ἡγούμενος οὐ δυνήσεσθαι κατασχεῖν τὴν ἀρχὴν, εἰ μὴ κἀκεῖνον ἘΚΠΟΔΩ'Ν ΠΟΙΗ'ΣΕΙΕΝ. *Arbitrans se imperium obtinere non posse, nisi & hunc e medio sustulisset.* Confer cap. IX, Sect. 3, R. 5.

70 Confer Bud. pag. 146. Vel, omisso substantivo ἔργον, pro eodem dixerunt, πᾶν ποιεῖν. Plat. in Phaedro p. 252. lin. 44. ΠΑ͂Ν ΠΟΙΟΥ͂ΣΙΝ, ὅπως τοιοῦτος ἔσται. *Omne faciunt*, i. e. *omni studio id agunt, ut talis evadat.* Nec nostrum illud est absimile. Zy doen alles om hem zo te krygen. Vel pluraliter πάντα. Idem, lib. 6. de Rep. pag. 488. ΠΆΝΤΑ ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΑΣ, ὅπως ἂν σφίσι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψοι. *Omnia facien-*

Digitized by Google

id est, *aliquid studiose conari*, *se mettre en grand devoir.* Plutarch. in Theseo. Τότε πρῶτον (supp. λέγουσι τ Θησέα) ὄψει γνωρίσαι τ Ἡρακλέα, ποιησάμενοι ἔργον ἐντυχεῖν αὐτῷ περὶ Τραχῖνα. *Tum primum ajunt Theseum de vultu Herculem novisse, cum jam eum circa Trachinem convenire studiose conatus esset.* Plato in Timaeo. Τίμαιον περὶ φύσεως τ παντὸς εἰδέναι, μάλιστ' ἔργον πεποιημένον. id est, *Timaeum, qui proprio ac singulari studio universi naturam nosse conatus erat:* Gall. *qui avoit pris à tasche.*

**Ποιεῖσθαι, interpretari.** XIV. Duodecimo, ποιεῖσθαι, idem est, quod Latine, *interpretari*, id est, *existimare* dicitur; quo sensu cum duobus accusat. fere conjungitur. Gregorius Nazianzen. de invictissimo quodam Martyre, Πομπὴν, inquit, ἀλλ' οὐ συμφορὰν τὸ πρᾶγμα ποιούμενος. id est, *Rem eam non calamitatem, sed honorificam pompam interpretatus.* Plutarch. Pomp. Ὥστε καὶ Πομπήιον εὐτυχήματος ποιεῖσθαι μέγα τ τ πολιτεύματος καιρόν. id est, *Ita ut Pompejus etiam rei gerendae occasionem summae felicitatis loco duceret.* Sic, Τὴν τ πολεμίων ἀκαιρίαν εὐκαιρίαν ποιεῖσθαι τὴν ἡμετέραν. id est, *Tempus hostibus importunum, opportunitatem nostram interpretari* [71].

**Ἐξώλη, & προώλη ποιεῖν.** XV. Decimo tertio, ἐξώλη καὶ προώλη ποιεῖν, *funditus aliquem perdere*, Demosthen. pro Coron. extrem. versib. Τούτους

cientes, sive, *Omnem lapidem moventes, ut sibi gubernaculum committat.* Ex Latinis imitatur. Ovid. lib. met. IX. vs. 540.

> - - - *OMNIA FECI,*
> (*Sunt mihi Dii testes*) *ut tandem sanior essem.*

Confer Cic. epist. ad Fam. lib. XVI, ep. 9. *Scio te OMNIA FACTURUM, ut nobiscum quamprimum sis.* Obtinet eadem loquendi ratio, ubi interrogative profertur per *quid*, ut apud Virg. Ecl. II, vs. 35.

> *Haec eadem ut sciret QUID non FACIEBAT Amyntas?*

At Graeci idem aliquando per participium efferunt. v. g. ΠΑ͂Ν ΠΟΙΩ͂Ν ἀποφεύγει τ θάνατον. Pro, πᾶν ποιεῖ, ὅπως ἀποφύγοι. *Mortem, qua licet arte, evitat.*

71 Huic affinis est significatio *prae se ferendi*, sive, *sibi vindicandi.* Ita Plat. Theag. p. 128. lin. 17. Τοῦτο μέντοι τὸ μάθημα παρ' ὁντινοῦν ΠΟΙΟΥ͂ΜΑΙ δεινὸς εἶναι. *Hujus vero disciplinae prae unoquoque me esse peritum prae me fero.* Et in Hippia minore, pag. 372. lin. 27. Οὐ γὰρ πώποτε ἐξαρνος ἐγενόμην μαθών τι, ἐμαυτοῦ ΠΟΙΟΥ͂ΜΕΝΟΣ τὸ μάθημα εἶναι ὡς εὕρημα. *Non enim unquam inficiatus sum, me aliquid didicisse, id, quod didiceram, mihi vindicans, ac si esset inventum meum.* Ubi ποιεῖσθαι pro προσποιεῖσθαι.

72 At

τοὺς ἐξώλεις καὶ προώλεις ἐν γῇ καὶ θαλάττῃ ποιήσαιτε. *Eos funditus terra marique profligetis.* ἐξώλης ab ἐξόλλυμι, ut προώλης a προόλλυμι: dicunt etiam ἐξώλης ἀπολοίμην, *funditus inteream.*

XVI. Decimo quarto, ποιῆσαί τινι τὸν λόγον. id est, *Alicui orationis argumentum dare*, vel *aliquem ad dicendum excitare.* Aristid. Panathen. οὐ μὴν ἀλλ' αὐτό τε τοῦτό ἐστι καὶ τὸ μόνον πεποιηκός μοι τὸν λόγον. *Enimvero illud ipsum est, adeoque solum, quod me ad hoc orationis genus excitavit* [72]. Ποιῆσαι λόγον.

XVII. Πράττειν, primo verti potest, *dare operam*, *satagere, diligenter exquirere.* Thucyd. lib. 4. [73] Ἔπρασσεν ὅτῳ τρόπῳ τάχιστα τοῖς μὲν ξυμβήσεται, τῶν δὲ ἀπαλλάξεται. id est, *Diligenter ac studiose videbat, qua ratione cum aliis celerrime conveniret, ab aliis dissideret:* hic enim futurum indicat. pro optat. Πράττειν, dare operam.

72 At ποιεῖσθαί λόγον, sequente genitivo, duo praecipue notat, quae ex diversa τοῦ λόγου significatione nascuntur: quatenus enim deliberationem notat (ut patuit Cap. III. sect. 6. reg. 3.) haec locutio commode redditur, *diligenti cogitatione perpendere*, ut apud Philostr. de vita Apollon. lib. V. cap. 35. Ἀνδρὶ μὲν οὖν φιλοσόφῳ τὸ ἐπὶ νοῦν ἐλθὸν εἰρήσεται. ΠΟΙΗΣΕΤΑΙ δὲ, οἶμαι, ΛΟΓΟΝ ΤΟΥ μή τι ἀνοήτως ἢ μανικῶς εἰπεῖν. *Philosopho sane, quidquid in mentem venit, licebit dicere: diligenti autem (credo) cogitatione perpendet, ne quid stulte, & rationi dissentaneum proferat.* Quatenus autem aestimationem notat (ut ostensum est ibid. reg. 7.) significat, *in pretio habere:* ut apud eundem in Heroicis, cap. 11. Φησὶ γὰρ, κἀκείνους πολὺν ΠΕΠΟΙΗΣΘΑΙ ΛΟΓΟΝ ἈΡΕΤΗΣ. *Nam ait illos virtutem magno in pretio habuisse.* Caeterum, quod in hoc verbo observatione dignum visum est, coronidis loco addam. Habent Graeci, Latini, aliique hoc commune, quod verbum *Faciendi* cum pronomine relativo constructum implicite significat id, quod praecedens verbum, ad quod refertur, denotavit. e. g. *Descripsit res gestas Achillis Homerus, quod ni fecisset.* i. e. *ni ejus facta memoriae prodidisset, ejus nomen etiam oblivione obrutum fuisset.* In hac tamen occasione id sibi peculiare vindicant Graeci, ut articulus subjunctivus retineat aliquando genus substantivi, quod in praecedenti membro invenitur. Isocr. in Panegyr. Ἧς (δυνάμεως) ἡμεῖς ὁπόταν κρείττω διαβιβάσωμεν (ἣν βουληθέντες ῥᾳδίως ἂν ποιήσαιμεν) ἀσφαλῶς ἅπασαν τὴν Ἀσίαν καρπωσόμεθα. *Quibus si nos robustiores copias trajecerimus (quod, velimus modo, facile facere possemus) secure tota Asia potiremur.* Ubi, ἣν ποιήσαιμεν, pro ὃ ἂν ποιήσαιμεν.

73 Cap. 128. in fine.

74 Vel

Digitized by Google

optat. vel subjunct. ξυμβήσεται, pro ξυμβήσοιτ' ἂν, vel ἂν ξυμβήσηται, & ἀπαλλάξεται, pro ἀπαλλάξαιτ' ἂν, vel ἂν ἀπαλλάξηται, usurpavit. De quo jam sup. Sect. 2. Reg. 5. [74].

**Πράττειν, occulte moliri.** XVIII. Secundo, *occulte moliri*, *pratiquer* : cum accusativo. Demosth. Philipp. I. Μετὰ Λακεδαιμονίων φασὶ Φίλιππον πράττειν τὴν τῶν Θηβαίων κατάλυσιν. *Philippum ajunt una cum Lacedaemoniis Thebanorum eversionem moliri.* Affine illud Plutarchi in Cicerone, sed in bonam partem, Πράττειν κάθοδον τῷ Κικέρωνι. *Ciceroni reditum moliri*, id est, *id agere, ut rediret.*

**Πράττειν, impetrare.** XIX. Tertio, πράττειν τι παρά τινος, est *aliquid ab aliquo impetrare*, vel *conari impetrare*, Isocr. ad Nicoclem, Πράττειν παρὰ τῶν Θεῶν ἀγαθόν. *Boni aliquid a Diis impetrare* [75].

**Πράττειν, Convenire.** Quarto, πράττειν τι πρός τινα, est *aliquem certa de re convenire*, vel *agere cum illo de tali re*, vel *transigere*. Thucydid. Πράξαντες πρὸς αὐτὸν τὴν λῆψιν τῆς πόλεως. *Qui cum illo de capienda urbe egissent*, vel *transegissent* [76]. Quod etiam, rarius

74 Vel sequente ὅπως. Thucyd. lib. I. cap. 56. Τῶν γὰρ Κορινθίων ΠΡΑΣΣΟΝΤΩΝ, ὍΠΩΣ τιμωρήσωνται αὐτοὺς & quae sequuntur. *Corinthiis enim id agentibus, quomodo eos ulciscerentur* &c. Hoc modo Attice construitur cum praepositione εἰς, quod eidem frequens est. In promptu est apud eum exemplum lib. I. cap. 65. ἘΣ ΤΕ Πελοπόννησον ἜΠΡΑΣΣΕΝ, ὅπη ὠφέλειά τις γένηται. Oratio haec elliptica ita suppleri potest: Ἐς τε Πελοπόννησον ἄνδρας πέμψας ἔπρ. &c. *Et in Peloponnesum misit, qui id agerent, ut auxilium quoddam mitteretur.*

75 Nos satis feliciter: Hy kan veel by hem doen; dat is / te weeg brengen.

76 Verba Thucydidis exstant lib. IV, cap. 114. Caeterum observetur & frequens hujus verbi usus, imprimis apud Demosthenem: τὰ κοινὰ πράττειν, pro, *Fungi magistratu*, vel *Administrare Remp.* vid. epist. 3. pag. 116. lin. 5. Τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀρέσκειν τὸν συμβουλεύοντα καὶ ΤᾺ ΚΟΙΝᾺ ΠΡΆΤΤΟΝΤΑ ἀδύνατον. *Fieri enim non potest, ut vir consiliarius & remp. administrans omnibus placeat.* Adhaec absolute ponitur pro *rem ex voto conficere*, cui opponitur ἀπρακτεῖν. Hom. Od. γ. vs. 60.

Δὸς δ' ἔτι Τηλέμαχον καὶ ἐμὲ ΠΡΗ'ΞΑΝΤΑ νέεσθαι

*Da insuper Telemachum & me re ex voto confecta redire.*

Denique εὖ πράττειν. *Feliciter vivere.* Κακῶς πράττειν. *Male multari.* Exemplis plena omnia. Et πράττειν ὑπέρ τινος. *Stare*

Digitized by Google

rarius licet, dicitur, πράττειν ἔς τινα. Saepe autem, πράττειν πρός τινα περί τινος, ut πολέμου, εἰρήνης, & similibus.

XX. Quinto, πράττεσθαι & εἰσπράττεσθαι, cum duobus accusativis, uno rei, altero personae, est, *exigere aliquid ab aliquo:* Demosthen. in Leptin. Πράττεται τοὺς παρ' αὐτοῦ σῖτον ἐξάγοντας, τεσσαρακοστήν. id est, *Ab iis, qui suis ex provinciis frumentum exportent, trigesimam exigit*, supple *partem* [77].

Πράττεσθαι, exigere.

XXI. Sexto, διαπέπρακται, absolute pro *actum est:* praecedente nominativo casu. Plutarch. in Fabio, Διανοηθεὶς (Annibal) ὡς πάσῃ τέχνῃ καὶ βίᾳ κινητέος ἐστὶν εἰς μάχην ὁ ἀνήρ, ἢ διαπέπρακται τὰ Καρχηδονίων. *Statuens omni arte ac vi pertrahendum in certamen Fabium, aut de rebus Carthaginiensium actum esse:* Gallice, *ou autrement, que les affaires des Carthaginois estoient faictes:* vel, *que c'estoit fait des affaires des Carthaginois.*

Διαπέπρακται, actum est.

XXII. Verbum προσποιεῖσθαι, id est, *simulare*, ἐλλειπτικῶς, nonnunquam usurpatur; ita ut, quod subauditur, ex antecedentibus intelligi debeat: Demosth. pro Corona: Ὅρα, μὴ τούτων μὲν ἐχθρὸς ᾖς, ἐμοὶ δὲ προσποιῇ. (supple, ἐχθρὸς εἶναι) id est, *Vide tu, ne horum vere sis inimicus, dum mihi te inimicum esse fingis.*

Προσποιεῖσθαι.

Idem ibidem adversus AEschinem, qui a liberalibus doctrinis imparatus cum esset, eruditi nomen & famam ambiebat: Τοῖς δ' ἀπολειφθεῖσι μὲν, ὥσπερ σοι, προσποιουμένοις δὲ ὑπ' ἀναισθησίας, τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖν ὅταν λέγωσιν, οὐ τὸ δοκεῖν τοιούτοις εἶναι περίεστιν. id est, *Derelictis autem,* (id est, *ab omni doctrina imparatis,*) *cujusmodi es, qui tamen ea instructi prae stupore videri volunt, unum hoc superest, ut auditoribus suis, dum ita loquuntur, molesti sint, non tales esse videantur.*

*Stare a partibus alicujus*, apud Dinarchum contra Demosthenem. Cujus contrarium est ἀντιπράττειν.

77 De usu verbi πράττω plura vide apud Budaeum p. 162.



Digitized by Google

# SECTIO XI.

## *De verbis* συγκροτεῖν, συῤῥηγνύναι, συμφρονεῖν, τιθέναι, τίθεσθαι, τυγχάνειν.

## REGULA I.

**Συγκροτεῖν, conflare.**

Συγκροτέω, quod proprie est *complodo*, usus aliquot notandos habet. Primo, *quaecunque in unum coëunt, ac veluti compinguntur, atque conflantur*, συγκροτεῖσθαι *dici possunt*. Ita literae plures syllabam in unam coëuntes, συγκροτοῦνται. Ita *consensus*, quem Tullius vocat *conspirantem* atque *conflatum*, συμπνέουσα, καὶ συγκεκροτημένη ὁμόνοια dici possit. Ita δύναμιν, aut στρατείαν συγκροτεῖν, *exercitum conflare*. Ita συνωμοσίαν συγκροτεῖν, *conspirationem conflare*.

**Συγκροτεῖν, exercere.**

II. Secundo, qui *comparantur, instruuntur*, & in aliquo diligenter *exercentur*, συγκροτεῖσθαι quoque dicuntur. Ita συγκροτεῖν τὸν πόλεμον, *bellum instruere, aut conflare*; συῤῥηγνύναι vero *committere* est. Hoc sensu dictum est a Demosthen. 2. Olynth. Δόξαν ἔχουσιν, ὡς εἰσὶ θαυμαστοὶ, καὶ συγκεκροτημένοι τὰ τοῦ πολέμου. *Vulgo habentur egregii quidam milites, atque in re bellica plurimum exercitati.*

Sic, τὸν πότον συγκροτῆσαι, *egregie convivium instruere, simulque ad hilariter bibendum invitare:* quod postremum saepius dicitur, πότον συῤῥηγνύναι.

Huc pertinet illud Philonis, de vita Mosis, Συνεκρότουν ἄλλος ἄλλον, μὴ ἀποκάμνειν. id est, *Sese mutuo, ne deficerent, conjunctis vocibus excitabant.*

**Συμφρονεῖν, de sensu oraculi conjicere.**

III. Συμφρονεῖν, ut obiter supra monui, cum universe significat, *aliquid secum animo reputare*, aut etiam, *ratiocinando percipere:* tum vero peculialiter est, ex certo rerum ac περιστάσεων concursu, *de vera oraculi sententia probabilem ducere conjecturam, cum ante incertus omnino dubiusque penderes.* Vide sup. Cap. III. Sect. 6. Reg. 3. & Sect. 7. Reg. II. hujus capitis.

Plutarch. in Themistoc. Ὡς κελευσθεὶς (Dodonaeo quodam oraculo) πρὸς τὸν ὁμώνυμον τοῦ Θεοῦ βαδίζειν, συμφρονήσειε πρὸς ἐκεῖνον ἀναπέμπεσθαι. id est, *Quomodo, jussus cum esset, ad aliquem Deo cognominem proficisci, re tandem expensa intellexerit, se ad illum mitti.*

**Συμβαλεῖν καὶ συμβάλλεσθαι τὸ λόγιον.**

Dicebant etiam συμβαλεῖν, & συμβάλλεσθαι τὸ λόγιον, vel

τὰ

Digitized by Google

τὸ μάντευμα, *oraculi mentem conjicere, vel percipere.* Pausanias in Messenic. Οἱ μάντεις ἀπείρως εἶχον συμβάλλεσθαι τὸ εἰρημένον. *Vates oraculi mentem assequi non poterant.* Vide Reg. 15.

IV. De verbis τιθέναι, & τίθεσθαι, notanda sequentia. Primo, τίθεσθαι, cum dativo casu idem est, quod προστίθεσθαι, vel κατατίθεσθαι, vel συγκατατίθεσθαι, id est, *assentiri.* Chrysostom. 2. ad Thessalonic. 2. Οἱ μὲν τοῦ πνεύματος τὴν χάριν φασὶν, οἱ δὲ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, οἷς ἔγωγε μάλιστα τίθεμαι. id est, *Alii Spiritus gratiam esse volunt, alii Romanum imperium, quibus ego maxime assentior.*

Τίθεσθαι, *assentiri*, cum dativo.

Eodem sensu accipi videtur, τὸ κατακοσμεῖσθαι, cum praepositione, quod proprie *componi ornarique* significat. Plutarch. in Fabio p. 191. Οἱ δ' ἄλλοι προσετίθεντο, καὶ κατεκοσμοῦντο πάντες εἰς τὴν ἐκείνου γνώμην, ὑπὸ μεγέθους αὐτοῦ τῆς δυνάμεως. id est, *Caeteri vero, summa ejus auctoritate, potentiaque compulsi, ad ejus sese voluntatem adjungebant.*

Κατακοσμεῖσθαι.

V. Secundo, τίθεσθαι cum accusativo, est *moderari ac regere*, μεταχειρίζεσθαι, vel διατίθεσθαι, Xenophon Memorab. 1. Οἴεσθαι χρὴ τὴν φρόνησιν, τὰ πάντα, ὅπως ἂν αὐτῇ ἡδὺ ᾖ, οὕτω τίθεσθαι. id est, *Existimandum est prudentiam, universa, prout ipsi libuerit, moderari.* Hinc αὐτεξουσίως, vel αὐτοκρατορικῶς τὸν πόλεμον τίθεσθαι, id est, *summa cum potestate bellum administrare.*

Τίθεσθαι, cum accusativo, *moderari.*

VI. Tertio, τιθέναι, vel τίθεσθαι, apud Dialecticos, idem fere est, quod λαμβάνειν, *sumere*, vel ὑποτίθεσθαι, quod barbari *supponere* dicunt, Tullius vero *ponere*, id est, quasi *pro confesso sumere*; sed τιθέναι, fere adjunctum habet εἶναι, quod τίθεσθαι respuit: ut οἱ τὸ κενὸν εἶναι τιθέντες, vel οἱ τὸ κενὸν τιθέμενοι, *qui vacuum esse volunt.*

Τιθέναι vel τίθεσθαι, *pro confesso sumere.*

Quarto, τίθεσθαι τὸν ἀγῶνα, *certamen instituere*, vel *edere.* Gregorius de Martyre, Οὐ περὶ τῶν χρημάτων, ἀλλὰ τῆς εὐσεβείας τόνδε τὸν ἀγῶνα τιθέμενος. *Non pro pecunia, sed pro pietate hoc certamen edens*, aut *committens.*

Τίθεσθαι τὸν ἀγῶνα, *certamen instituere.*

VII. Quinto, τίθεσθαι, est *existimare ac ducere*: qua in significatione aliquando jungitur cum παρὰ & οὐδὲν, vel πολύ· nam, παρ' οὐδὲν τίθεσθαί τινα, est, *aliquem nihili facere* [78]: παρὰ πολὺ vero, id est, *plurimi.* Aliquando cum solo

Τίθεσθαι, *ducere.*

78 Exemplum habet Plut. in vit. Demosth. pag. 852. lin. 43. ΠΑΡ' ΟΥΔΕ'Ν τὸ προσκροῦσαι τῷ δήμῳ ΘΕ'ΜΕΝΟΣ. *Nihili faciens populum offendisse.*

ſolo accuſativo : ut, δεύτερόν σε τίθεμαι τῶν φίλων [79], id eſt, *ſecundum tibi locum inter amicos tribuo.* Quo modo ſaepe δεύτερον ſequitur genitivus, tuncque δεύτερον τίθεσθαι, eſt *poſthabere*: ut, δεύτερον χρὴ τίθεσθαι τῆς φρονήσεως τὴν ὑγίειαν, id eſt, *poſthabenda eſt prudentiae corporis valetudo* [80]. Sic μέγα, vel σμικρὸν τίθημι, vel τίθεμαι τόδε τὸ κέρδος, *magnum vel exiguum hoc lucrum duco.* Frequentiſſime cum praepoſitione ἐν, & dandi caſu : ut, ἐν οὐδενὸς μέρει, vel ἐν οὐδενὶ λόγῳ [81], vel ὑπολόγῳ τίθεσθαι, *nullo in numero vel loco habere* [82]. Ἐν καλῷ, vel αἰσχρῷ τίθεσθαι, *honeſtum vel turpe ducere.* ἐν σπουδῇ τίθεσθαι, *ſtudio dignum ducere* [83].

VIII.

79 Vel ἐν τοῖς φίλοις, quod malim, tum quod neſcio, an hic ſit verborum Graecorum ſenſus, tum ſaltem ad tollendam ambiguitatem; nam eadem verba notant: *Amicis te poſthabeo.* ſive, *ultimo te inter amicos loco pono.* Caeterum *ponere* pro *ducere* adhibent etiam Latini: ita enim Nepos in Alcib. cap. 3. *Neque ei par quiſquam in civitate PONERETUR.*

80 Pro eodem dicitur, ἐν δευτέρᾳ τάξει ποιεῖσθαι vel τίθεσθαι. *Secundo ordine ponere*, verbatim; itidem ſequente Genitivo, pro *poſtponere.* Plut. in Vit. Demoſth. pag. 852. lin. 14 Τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἘΝ ΔΕΥΤΈΡΑΙ ΤΆΞΕΙ ΤΟΥ͂ ΚΑΛΟΥ͂ ΠΟΙΕΙ͂ΣΘΑΙ καὶ τοῦ πρέποντος. *Securitatem & ſalutem putat poſtponendam honeſto & decoro.* Gr. *In ſecundo ordine honeſti facere & decori.*

81 Exemplum habet Ariſtides, Orat. ad Capitonem, pag. 550. Ἐκεῖνος τοὺς μὲν τῆς τραγῳδίας ποιητὰς οὐδὲ ἐν λόγῳ τίθησιν *Ille tragicos quidem poëtas, nullo numero habet.* Eſt & ubi ἐν μέρει, ἐν λόγῳ, vel ſi quid his ſimile, ſubaudiendum relinquitur, ſequente genitivo, a diſſimulato ſubſtantivo profecto. Ita idem pro Quatuorv. p. 251. Ἐγὼ μᾶλλον ἂν τοῦτο ἔδεισα, μή τις αὐτὸν τῶν ῥητόρων μὲν ἀποστερῇ, ΤΙΘΕΙ͂Η ΔῈ ΤΩ͂Ν ΣΤΡΑΤΗΓΩ͂Ν. *Ego potius hoc timuiſſem, ne quis eum de rhetorum numero eximeret, & inter duces recenſeret.* Ubi τιθείη τῶν στρατηγῶν, pro ἐν μέρει τῶν στρατηγῶν. Eandem habet ſignificationem, ſi cum praepoſitione εἰς conſtruitur. Ibid. pag. 326. Εἰς εὐεργεσίας τιθέναι μέρος. *Beneficii loco habere.* Eodem modo εἰς λόγον τιθέναι. Ibid. pag. 345.

82 Exempla vid. apud Bud. p. 92. in fin.

83 Eodem modo apud Thucyd. lib. 1. cap. 35. Εἶτα ἐν ἀδικήματι θήσονται. *Deinde criminis loco ponent.*

Cum praepoſitione ἐκ cum genitivo ἴσου conſtructa comparationem notat τίθημι (Gleich ſtellen) ſequente dandi caſu

VIII. Sexto, τιθέναι, vel τίθεσθαι, est *tribuere*, *assignare:* qua in acceptione duobus fere modis usurpatur. Primo cum accusativo rei, quam tribuit, & genitivo rei vel personae, cui tribuit. Demosthenes Olynth. I. Τὸ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἀμελείας ἄν τις θείη δικαίως. id est, *Quod multa hoc* [84] *bello amiserimus, id inertiae nostrae jure ac merito tribuatur.* Τιθέναι vel τίθεσθαι, tribuere.

Secundo, cum duobus accusativis. Demosthen. ibid. consequenter; Τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι, πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν τούτων ἀντίρροπον, τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. id est, *Quod autem nec idem ante nobis evenerit, & quaedam belli societas his calamitatibus aequalis* [85] *subito extiterit; id vero ipsorum erga nos amoris beneficio tribuendum censeo.*

IX. Septimo, τιθέναι, cum praepositione εἰς [86], & accusativo casu ejus, cui aliquem aequiparamus. Aristid. Orat. eadem Καὶ μὴν ἘΞ ἼΣΟΥ μὲν ἔγωγ' οὐδέποτ' ἂν ΘΕΙ'ΗΝ Αἰσχίνην ΠΛΑ'ΤΩΝΙ. *Enimvero nunquam ego AEschinem Platoni aequipararem.* Quod apud eum est ἐξ ἴσου, apud Athenaeum est ἐκ παραλλήλου. ita enim ille lib. Deipnos. penult. pag. 647. Λυγκεὺς, ὁ Σάμιος ἐν τῇ πρὸς Διαγόραν ἐπιστολῇ ἘΚ ΠΑΡΑΛΛΗ'ΛΟΥ ΤΙΘΕΙ'Σ τὰ κατὰ τὴν Ἀττικὴν ἐξαιρέτως γινόμενα ΤΟΙ͂Σ ἐν τῇ Ῥόδῳ, γράφει οὕτως. *Lynceus Samius in epistola ad Diagoram illa, quae in Attica gignuntur eximia, iis, quae Rhodi, aequiparans, ita scribit.* Τιθέναι cum praep. εἰς, & acc.

84 Quo bello? at nondum susceptum erat. An, ad quod apparandum Athenienses Demosthenes hortatur? At in eo non potuerunt multa amisisse. Intellige bellum in genere, sive varia bella, in quibus Athenienses multa amisisse paulo ante exemplis ostendit Orator. Juvat in partem notata alia in editione mea MS. lectio, quae articulum τὸν rejicit, & sic κατὰ πόλεμον notabit, *quotiescunque bellum gessimus.* de quo idiomate vide, quae infra notabo cap. IX, S. V. Rg. 4. Locus Demosthenis est pag. 2, lin. 39. Subaudi ἔργον, vel si quid occurrit commodius, ut genitivi ἀμελείας constet ratio; & nihil novitatis mirare. Habebis duos accusativos, de quibus mox.

85 Reddere malim: *Quod autem id antea non evenerit, & nobis ostensa sit belli societas, quae has calamitates compenset,* &c.

86 At τίθεσθαι passive εἰς τι dicitur persona, cui tanquam provincia, aliquid agendum est impositum, pro quo & κεῖσθαι dixerunt. Vid. ad sect. 8, r. 2.

Nec non cum aliis praepositionibus & propriis illarum casibus. Sic dicitur πρὸς καλοῦ τίθεσθαι,



Digitized by Google

ſativo caſu, redditur per verbum affine huic accuſativo. Nam τιθέναι εἰς ὀργὴν, id eſt, ὀργίζεσθαι, *iraſci*: τιθέναι εἰς μνήμην, id eſt, μεμνῆσθαι, *meminiſſe*: τιθέναι εἰς εὔνοιαν, id eſt, εὔνουν ὑπάρχειν, *bene velle*. Demoſthen. pro Coron. Ἀλλ᾽ οὐ τίθεσθε ταῦτα παρ᾽ ὑμῖν εἰς ἀκριβῆ μνήμην, οὐδ᾽ ἣν προσῆκεν ὀργήν. id eſt, *Verum iſta vos diligenti recordatione, quaque par eſſet iracundia, non proſequimini.*

Τίθεσθαι ὅπλα.

X. Τιθέναι, vel τίθεσθαι τὰ ὅπλα, verbatim, *ponere arma*: (qua de phraſi apud Lexicographos vix quicquam reperias) nonnulli ſumi poſſe putant, pro ὅπλα καταπίθεσθαι, vel ἀποτίθεσθαι, Gallice, *mettre bas les armes*. Quam acceptionem ipſe quoque Thucydidis Scholiaſtes probat. Mihi nondum locus occurrit, in quo ita proprie ſumi credam, niſi qui armati conſiſtunt, nec tamen re ipſa pugnant, ii proprie arma dicantur abjicere. Quatuor praecipue modis uſurpari reperio, quorum tres poſtremi communi quodam ex fonte manant.

*Aciem inſtruere.*

XI. Primus eſt, pro τάττειν, vel τάττεσθαι, id eſt, *aciem inſtruere*, vel *inſtrui*, Gallice, *mettre ſes gens en ordinance*, ou *ſe mettre en ordonnance*: non tam ad certamen ineundum, (quod potius παρατάττεσθαι, vel ἀντιπαρατάττεσθαι, vel παράταξιν εὐτρεπίσαι, diceretur:) quam vel πρὸς ἐπίδειξιν *pour faire monſtre* (Plutarch. in Pomp. Ἐξοπλίζειν καὶ διακοσμεῖν τὴν δύναμιν) vel ad ſecuritatem, dum verbi cauſa bellicum habetur concilium, aut urgente hoſte milites Imperator alloquitur. Xenoph. Expedit. lib. 7. pag. 395. Εἰ δὲ τούτων ἐπιθυμεῖτε, θέσθε τὰ ὅπλα ἐν τάξει ὡς τάχιστα. *Haec ſi expetitis*,

θεσθαι, pro *Probare*; cui contrarium eſt ἀπὸ καλοῦ τίθεσθαι, *Improbare*. Πρὸς οἰωνοῦ τίθεσθαι. *Augurari*, ſive, *pro omine habere*. Athenaeus, lib, Deipnoſ. I. pag. 13. Καὶ ταῦτα ἔπρασσον ΠΡΟΣ ΟΙΩΝΟΥ ΤΙΘΕΜΕΝΟΙ. *Et haec faciebant boni ominis cauſſa.* Ad quae verba ita apud Caſaubon. Euſtathius: καθά φησιν Ἀθήναιος· ἔπρασσον οἱ παλαιοὶ, ΠΡΟΣ ΟΙΩΝΟΥ, φησι, ΤΙΘΕΜΕΝΟΙ, τουτέστιν, οἰωνιζόμενοι. Simili modo cum adverbio ἔξω construitur; ſequente Genitivo. Plut. in Demoſthene, pag. 852. Ἔξω λόγου τίθεμαι Φωκίωνα. *Phocionem excipio, ex caeterorum numero eximo.* Imo citra ullam praepoſitionem cum ſolo accuſativo per verbum cognatum redditur. Apud Athenaeum lib. VI. pag. 223. Ὅπερ Ἀντιφάνης ἐν Νεοττίδι ΠΑΙΔΙΑΝ ΘΕΜΕΝΟΣ ἐπιχειλεῖ τόνδε τὸν τρόπον. *Quod Antiphanes in Neottide jocans cavillatur hunc in modum.*

87 Cap.

*titis, jam jam armati ordine conſiſtite:* ubi Xenophon Imperator vagos & inordinatos milites alloquitur. Et paulo poſt; Τὰς ἄλλας ἐκέλευσε ταῦτα παρεγγυᾶν, καὶ τίθεσθαι τὰ ὅπλα. *Alios* (Duces) *jubebat eadem ad ſuos cohortatione uti, ac milites ordinare.* Qui ſenſus ex ſequentibus elicitur; ſubjungit enim de militibus, οἱ δὲ αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν ταττόμενοι, &c. *Illi autem ſeſe ultro ac ſponte ordinantes.* Tum infert ἐπεὶ δὲ ἔκειτο τὰ ὅπλα, verbatim, *poſtquam arma jacuerunt:* id eſt, *poſtquam ordinata acies, & quieta conſtitit.* Thucydid. lib. 2. [87] Καὶ ἀνεῖπεν ὁ κήρυξ, εἴ τις βούλεται κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν, ξυμμαχεῖν, τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα· *Edixitque Praeco, qui ex patriis Boeotorum omnium inſtitutis, in belli ſocietatem venire vellent, ii ut ſecum in armis conſiſterent, qu'ils ſe rengeaſſent avec eux en armes:* non ut interpres, *apud ipſos arma poneret.* Melius Scholiaſt. σὺν αὐτοῖς ὁπλίζεσθαι. Idem lib. 8 [88] Καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκκλησίασαν· id eſt, *armis inſtructi, & ordine collocati, concionem habuerunt.* Imminebat enim hoſtis. Κεῖσθαι τὰ ὅπλα.

Affini admodum ſenſu dicitur καθέζεσθαι, *ſedere*; id eſt, *interquieſcere, ſubſiſtere, faire alte.* Thucydid. lib. 2. [89] Καὶ καθεζόμενοι, ἔτεμνον, πρῶτον μὲν Ἐλευσῖνα· id eſt, *Ibique ſubſiſtentes*, vel, *caſtris poſitis, mox populari coeperunt, primum Eleuſinem:* τέμνειν enim *vaſtare* eſt, *populari, diripere*, idem quod δηῶσαι, κακῶσαι, ἄγειν καὶ φέρειν.

Idem ibid. paulo poſt, Καθεζόμενοι ἐς αὐτὸ (id eſt, παρ' αὐτὸ, ſub. χωρίον) στρατόπεδον ἐποιήσαντο. *Ad illud* (ſupp. *oppidum*) *ſubſiſtentes, caſtrametati ſunt:* unde καθέδρα, *obſidio, le ſiege*, vel *mora quae in obſidione trahitur.* Ibid. Ἐν ὀργῇ ὁ στρατὸς τὸν Ἀρχίδαμον ἐν τῇ καθέδρᾳ, (id eſt, διὰ τὴν καθέδραν) [90] εἶχεν. *Archidamo iratus erat exercitus, ob longiorem obſidionis moram.*

XII. Secundus uſus eſt, pro στρατοπεδεύεσθαι, vel καταστρατοπεδεύεσθαι, *caſtra metari:* (quod etiam στρατοπεδείαν ποιεῖσθαι, χάρακα βάλλεσθαι, aut καταβάλλεσθαι, aut τίθεσθαι, παρεμβάλλειν, aut παρεμβολὴν ποιεῖσθαι) Qui uſus, inter caeteros Dionyſio Halicarnaſſ. perfamiliaris eſt. Lib. 5. pag. 311. Caſtrametari.

87 Cap. 2. Et paulo ante: Θέμενοι ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα. *Cum in foro armati conſtitiſſent.* Ad quem locum conſule Hudſonum.

88 Cap. 93.

89 Cap. 19.

90 Malim ἐν τῇ καθέδρᾳ pro ἐν τῷ καθέζεσθαι. *In ipſa obſidione.* vel etiam, *dum urbem corona cingebant.* Locus eſt in fin. capitis 18.

 91 Cap.

Digitized by Google

311. Θέμενοι δὲ (Sabini) πλησίον αὐτῶν τὰ ὅπλα. id est, *Juxta eos castra metati.* Thucydid. lib. 2. [91] de Thebanis, qui Plataeam invaserant, Θέμενοι δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα. id est, *Cum in foro armati constitissent, castra posuissent.* Quis ibi vertat, *arma ponere, cum hostilem urbem invaderent?* Scholiastes reddit, ἐπιτίθεσθαι, id est, *arma induere:* sed iis jam induti erant.

*Castra munire.* Tertius, praecedenti affinis ac geminus, pro *castra munire* potius quam *metari:* Gallice, *se fortifier.* Idem Dionys. lib. 8. pag. 549 Ὀλίγον στῖφος, εἰς ὄρους κορυφήν τινα ἀναδραμὸν, καὶ θέμενον ἐνταῦθα τὰ ὅπλα, τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα διέμεινε. *Exigua manus, conscenso montis jugo, & castris eo in loco munitis, sequentem ibi noctem exegit.* Et alibi. Thucyd. lib. 4. pag. 282. [92] Ὑπεχώρησαν πρὸς τὸν λόφον, καὶ ἔθεντο τὰ ὅπλα. *In collem se receperunt, ibique castra munierunt.* Ubi Scholiastes perperam explicare videtur, ἀπέθεντο. Idem lib 8. pag. 620. Εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ, καὶ ἔθεντο αὐτοῦ τὰ ὅπλα. id est, *Urbem continuo petiere, ibique castra muniere:* ubi Scholiastes adhuc, ἀπέθεντο.

*Obsidere.* XIII. Quartus usus est, cum secundo tertioque conjunctior, ἀντὶ τοῦ πολιορκεῖν, *obsidere:* Gall. *planter son camp devant une place.* Quo sensu Thucydides lib. 8. pag. 573. [93] praepositionem cum accusativo adhibuit, Πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τῶν Μιλησίων, κρατοῦντες ἤδη, τὰ ὅπλα τίθενται. i. προσμιγνύουσι τῇ πόλει. *Ad ipsam Milesiorum urbem, jam victores castra ponunt.* Herodotus lib 1. [94] ubi de Pisistrato ab exilio redeunte, atque Athenas invadente, οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ἀπικόμενοι ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερὸν, καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. *Pisistrati exercitus, ad Pallenidis Minervae templum pervenit; illudque castris positis obsidere coepit:* ubi minus recte Interp. *altrinsecus arma posuerunt.*

*Καταθέσθαι κλέος. gloriam &c. sibi comparare.* Eodem modo explicari possit, quod Dionysius Halicarnass. ait, πλησίον τῶν πολεμίων ὅπλα τίθεσθαι.

XIV. Καταθέσθαι κλέος, δόξαν, εὐδοξίαν, & simil. *gloriam sibi comparare.* καταθέσθαι τιμὴν, aut ζημίαν, *mulctam persolvere;* καταθέσθαι χάριτα, vel χάριν τινὶ, est, ὀργὰς ἐπιφέρειν, vel ἦρα φέρειν, de quibus supra cap. 3. Sect. 8. Reg. 15. i. e. *se ad alicujus voluntatem accommodare,* vel *ab aliquo gratiam inire.* At cum praeposit. & accusat. καταθέσθαι εἰς, vel πρός τινα τὴν χάριν, aut τὴν εὐεργεσίαν, *beneficium in aliquem con-*

91 Cap. 2.
92 Cap. 44.
93 Cap. 25.
94 Cap 62.

95 Ego

Digitized by Google

*conferre.* Sic, καλαλίθεσθαι ὀργὴν ἔς τινα, Xenophonti est, *iram in aliquem effundere.* At, σπυδὴν πρός τινα καταλίθεσθαι, *studium in aliquem conferre.*

XV. Τυγχάνειν, inter alias [95], quandam *fortuiti* significationem involvit, in qua primo, cum participio conjungitur. Herodot. lib. 8. Ἔφη τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ. id est, *Dixit se tum forte cum Demareto fuisse.* Τυγχάνειν.

Secundo, cum variis particulis: v. c. cum εἰ ὕτως in Aoristo 2. indicativi. Aristoteles Ethic. 3, 8. Καὶ εἰ ὕτως ἔτυχεν, ἑκὼν νοσεῖ. id est, *Quod si aliquando contingat, tum vero sponte morbo laborabit* [96].

Tertio, cum εἰ solo, in Aoristo 2. optativi: nam εἰ τύχοι, est, *si ita ceciderit*, aut *cecidisset*, *contingeret* [97].

Quarto, cum ἂν, & Aorist. 2. optat. vel subjunct. Demosthen. Olynth. 2. Ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα, εἰς μὲν ἅπαξ, καὶ βραχὺν χρόνον ἀντίχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχοι. *At quae hujusmodi sunt, semel (pour une fois) ac brevi tempore consistunt, & vero magnam fortasse de se spem concitant* [98].

Quin-

95 Ego fortuiti casus significationem principem ac dominantem statuo, quae sese extendit per omnes usus existendi, contingendi, assequendi, ut diligentius intento facile ex sequentibus patebit.

96 Verba sunt in ed. Lugd. cap. 7. minus recte, ut puto, versa: ait ille; *si quis sciens ac volens injuste agit, ex ejus voluntate non pendet, ut desinat esse injustus, sed erit injustus.* Tum subdit: Οὐδὲ γὰρ ὁ νοσῶν, ὑγιὴς, καὶ, εἰ ὕτως ἔτυχεν, ἑκών· νοσεῖ ἀκρατῶς βιοτεύων Sic enim distinguo. i. e. *Neque enim, qui aegrotat* (supple ex praecedentibus; *si voluerit*) *erit sanus, etiamsi forte sponte laborat: aegrotat ille ex intemperantia.*

97 Quod si adverbium ὕτως hic interponatur, saepius & eleganter ponitur pro οἷον. *Exempli gratia, Verbi caussa, Puta* vel simili. Exemplum quaere apud AEsch. contra Ctesiph. pag. 280, lin. 14. Διεπράτλοντο ἀναγορεύεσθαι, ὅτι στεφανοῖ αὐτὺς ὁ δῆμος, ΕἸ ΟΥ'ΤΩ ΤΥ'ΧΟΙ, ὁ τῶν Ῥοδίων, ἢ Χίων ἢ καὶ ἄλλης τινὸς πόλεως. *Confecerunt, ut proclamaretur, se coronari a populo, puta, Rhodiorum, vel Chiorum, vel alius cujusdam urbis.* Potest tamen in hac acceptione adverbium ὕτως abesse. Ita enim Scholiastes Aristophanis ad haec verba, quae extant in Avibus, vs. 1069. Ἑρπετὰ καὶ δακετὰ. Καὶ τὰ ἄλλα δακετὰ, ὥσπερ, ΕἸ ΤΥ'ΧΟΙ, ὁ σκορπίος. *Et alia mordentia, ut, verbi gratia, scorpius.*

98 Cum, τάχ' ἂν εἰ. Idem Demosthenes pro Phormione, pag. 607. lin. 4. Ὁ μὲν γὰρ περὶ πάν-

Quinto, cum ἡνίκα, & ἂν, in eod. Aorist. 2. Demosthen. Olynth. I. Τὰ μὲν εἴκων, ἡνίκ' ἂν τύχῃ, τὰ δ' ἀπειλῶν. id est, *Nunc quidem cedens, si res ita tulerit, nunc vero minitans* [99].

XVI. Sexto, cum, ὅ, τι, & ἂν, in eod. Aorist. 2. nam ὅ, τι ἂν τύχῃ, est *quicquid forte contigerit*, vel *prout se aliquid forte obtulerit*, vel *quidquid in manus, aut in mentem venerit*.

Septimo, cum ὃ, ὅπου, ὅπῃ, & ἂν, in eod. Aorist. 2. utriusque numeri, id est, *ubilibet, quocunque in loco, ac sine ullo delectu*, ut, οὐχ ὅπου ἂν τύχοι, ῥᾳδίως διέτριβεν, *non facile quovis in loco promiscue morabatur*. Dicitur etiam ὅπου, & ὅπῃ καὶ τύχῃ, vacante particula καί [1].

Octavo, cum ὁπόθεν, id est, *undelibet*, ut, τοὺς συμμάχους ὁπόθεν ἂν τύχῃ συνεκρότησεν, *socios undelibet, undecunque potuit, collegit*.

Nono, cum partic. ὅπως, in Aorist. 2. indicativi, id est, *fortuito*, ac *temere*, ὅπως ἔτυχεν [2].

De-

πάντα ἄδικος, ΤΑ'Χ' ἊΝ ΕἼΤΥ'ΧΟΙ, καὶ τοῦτον ἠδίκει. *Nam qui in omnibus injuriose agit, etiam hunc, si res ita tulerit, laeserit*. Cum κἂν. Epict. c. 22. Μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, ΚἌΝ ΟΥ̓́ΤΩ ΤΥ'ΧΗι, συνεπιστενάξαι· *Ne tergiverseris una cum illo circumferri, &, si res ita tulerit, congemiscere etiam*. Constante κἂν ex καὶ ἐπιδοτικῷ & ἄν.

99 In his acceptionibus potest hoc verbum in omni persona usurpari. e. g. Plat. in Theag. pag. 129, lin. 17. Ἥξω δὲ ὀλίγον ὕστερον, ἘἊΝ ΤΥ'ΧΩ. *Redibo paulo post, si ita fors ferat*. Nisi hoc loco quis vertere mallet: *si voti compos factus ero*.

1 Vacat particula καὶ non magis, quam nostratium ook cum dicimus: waar hy ook zyn mag. Dicamus potius, explere illam vicem particulae ἂν pro ὅπῃ ἂν τύχῃ. Estque locutio elliptica, quae ita suppleri possit, cum v. c. dicimus: *Quocunque arma intulit, maximum sui terrorem injecit*. Gr. Ὅπῃ καὶ ἔτυχεν ὅπλα ἐπεισήγαγε, τὸν μέγιστον τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ φόβον ἐνεποίησεν. suppl. οὐ μόνον πολλαχῇ, ἀλλὰ καὶ ὅπῃ &c. Caeterum malim ὅπῃ ἂν dicere, quam ὅπῃ καὶ, cum illud sit tutius ac certius.

2 Vel cum particula ὡς. AElian. Var. Hist. l. VII. cap. 19. Ἀπέδειξε, πάντας Ἀθηναίους πρὸς δύσιν κειμένους κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος, τοὺς δὲ Μεγαρεῖς εἰκῆ, καὶ ὩΣ ἜΤΥΧΕ τεθαμμένους. *Ostendit, omnes Athenienses ortum versus jacere secundum patrium eorum institutum, Megarenses vero temere & fortuito esse*

Decimo, cum ὁπότερον, vel ὁπότερα in Aorist. 2. indicativi, significat, *id quod aeque potest esse, ac non esse*; aut vice versa, maximeque apud Philosophos.

XVII. Aliquando, *tritum aliquid, commune, obvium* ac *vile*, significat: tuncque saepissime participium usurpatur, vel simplex vel compositum ex praepositione ἐπί; v. c. οὐκ ἔστι εἷς τῶν τυχόντων vel ἐπιτυχόντων, hoc est, τῶν εὐτελῶν, καὶ ἀπερριμμένων· *non est unus e populo, non vilis & contemtus aliquis.* Rarius dicitur eodem sensu, ὢν ἔτυχεν· Demosth. pro Corona; Οὐ γὰρ ὢν ἔτυχεν, ἦν. *Nec enim erat unus e vulgo.*

XVIII. Τυγχάνειν cum genitivo, est *sortiri*, tam in bonam, quam in malam partem. In bonam, ut τυγχάνειν τῶν δι- *Τυγχάνειν, sortiri.*

*esse sepultos.* Confer Isocr. Areop. pag. 300. Caeterum ex praecedentibus satis constat hoc verbum fortuitum casum sive sortem significare, & eandem vim habere, quam Latinorum syllabica illa adjectio, *cunque* vel *libet*, ut *ubicunque*, *undecunque*, *quilibet* &c. Jungitur tunc cum particulis ὡς, τὶς, ὅπῃ, ὁπόθεν & similibus, ut, ὅστις ἔτυχεν. *Quem sors obtulit, Quilibet.* Scylax in Periplo. Οἰκοῦσι δὲ ἐν Κρήτῃ Ἕλληνες, οἱ μὲν ἄποικοι Λακεδαιμονίων, οἱ δὲ Ἀργείων, οἱ δὲ Ἀθηναίων, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἄλλης ὉΠΟΘΕΝ ἜΤΥΧΕΝ. *Habitant vero in Creta Graeci, alii Lacedaemoniorum coloni, alii Argivorum, alii Atheniensium, alii ex aliis Graeciae partibus undecunque.* Arrian. de Exped. Al. lib. VI, cap. 4. Προσορμιζόμενος δὲ ὍΠΗ ΤΥΧΟΙ ταῖς ὄχθαις. *Ubicunque appellebat ripis.* Et sic in caeteris. Potuisset dicere, ὅπη τύχοι τῶν ὀχθῶν. nam habet hoc modo sequentem Generandi Casum, ut de Antiocho ex Polybio Athenaeus, lib. V. Deipnosoph. pag. 193. Ἀποδιδράσκων ἐκ τῆς αὐλῆς ἐνίοτε τοὺς θεραπεύοντας, ΟΥ ΤΥΧΟΙ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ἀλύων (Ita ὁ πάνυ Casaubonus pro αὐτῶν· deque hujus mutationis qualiscunque necessitate vide, quae supra diximus ad finem sect. 2, capitis III.) ἐφαίνετο. *Quandoque ex aula ministris se subducens, ubivis per urbem otiose vagans conspiciebatur.* Potest & hoc modo in omni persona usurpari, idque non tantum in ἀορ. β', sed etiam in aliis temporibus. Cum Particula ὡς, ut, ΟΥΧ ὩΣ ἘΤΥΓΧΑΝΟΝ, ἀλλὰ δικαίως καὶ νουνεχόντως ἐποίησα. *Non utcunque, sive, temere, sed jure & prudenter feci.* Cum ᾗ & Genitivo, apud Xenoph. de Exp. Cyr. lib. VI, pag. 386. Παραγγείλας διαβαίνειν, ἯΙ ἕκαστος ἘΤΥΓΧΑΝΕ ΤΟΥ ΝΑΠΟΥΣ ὤν. *Imperans, ut quisque, ad quamcunque partem saltus forte esset, illac transiret.*

3 Pag.

δικαίων, *jus suum obtinere.* Quod etiam dicunt, ἐλλειπτικῶς, sine genitivo expresso. Dionysius Halicarnass. lib. 3. [3] Ἵνα μηδετέρα πολέμου ἄρχῃ, (*Albanorum & Romanorum urbes intelligit,*) ἡ δὲ ἐγκαλοῦσα ὅ, τι δήποτε ἀδίκημα, δικάζηται παρὰ τοῖς ἀδικοῦσιν· εἰ δὲ μὴ τυγχάνῃ, τότε τὸν ἐξ ἀνάγκης ἐπιφέρῃ πόλεμον. *Ut neutra bellum incipiat, sed utravis accepta qualibet injuria quereretur, ea judicio apud injuriae authores experiatur: quae si jus suum non obtineat, tum necessarium denique bellum inferat.* In malam vero partem: dicunt enim τυγχάνειν τῆς ὀργῆς, *iram subire alterius:* τυχεῖν φθόνου, *in invidiam adduci:* τυχεῖν ζημίας, *mulctam subire:* τυχεῖν τιμωρίας, *poena mulctari:* Plato in Gorgia, ἀθλιώτερος μὲν, ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ὁ ἀδικῶν· *miserior quidem fuerit auctor injuriae, si poenas non dederit, atque omne supplicium effugerit.* τυγχάνειν μέμψεως, & κατηγορίας, *reprehendi, & accusari* [4]. Vide quae supra diximus in ἀπολαύω. Sect. 4, 8.

XIX. Ἐπιτυγχάνειν, absolute sumitur, pro εὐστοχεῖν, id est, *conjectura assequi, rem tangere,* vulgo *rencontrer.* Plutarch. in Pericle, 155. a. ubi loquitur de ostento quodam explicando: Ἐκώλυε δ' οὐδὲν, καὶ τὸν φυσικὸν ἐπιτυγχάνειν, καὶ τὸν μάντιν· τοῦ μὲν τὴν αἰτίαν, τοῦ δὲ τὸ τέλος καλῶς ἐκλαμβάνοντος. *Fieri autem poterat, uti & Physicus, & Vates rem attingerent:* (Gallice *recontrassent bien:*) *altero rei causam, altero finem assignante.* Est enim hic ἐκλαμβάνειν, *accipere* i. e. *interpretari, assignare.* Quo modo, etiam δέχεσθαι & ἐκδέχεσθαι, aliquando sumuntur. Ex quo illud Polybii citatum a Suida, Οὐκ ὀρθῶς τοὺς ἡμετέρους ἐκδέχῃ λόγους, id est, νοεῖς, ὑπολαμβάνεις, uno verbo, παρακούεις. Galli ad verbum eleganter, *vous ne prenez pas bien paroles.*

3 Pag. mihi 138, lin. 21.

4 In bonam & malam partem simul. e. g. Cum dicuntur aliqui dignum meritis suis vel supplicium vel praemium ferre: id Graeci exprimunt non minus eleganter quam breviter, Τυγχάνειν τῶν προσηκόντων. Exemplum quaere apud Isocratem in Euag. pag. 389, in fine. Ὥστε πάντας τυγχάνειν τῶν προσηκόντων. *Adeo ut omnes pro suis quisque meritis tractarentur.*



Digitized by Google

# SECTIO XII.

## De Verbis [5] ὑπάρχω, & ὑποςέλλομαι.

## REGULA I.

Ὑπάρχω, praeter vulgatam acceptionem, nonnullas habet observatione dignas. Primum enim sumitur absolute, pro

5 Praemitto ὑβρίζειν, cujus verbi prima notio statui potest, ex nimia fortuna insolescere, pristinae conditionis immemorem; hinc alios superbe & contumeliose tractare, tanquam se inferiores. V. AEl. V. H. lib. VIII, c. 15. Ubi dicitur Philippus, fusis praelio Atheniensibus, victoria elatus, tamen λογισμῷ κρατῆσαι, καὶ οὐχ ὑβρίσαι. *rationi obtemperavisse, & nihil insolenter egisse.* Et de viro opulento Theognis vs. 749. ait:

Ὑβρίζει πλούτῳ κεκορημένος.
*Divitiis saturatus insolentius se jactat.*

II. Hinc μετωνυμικῶς designat omnes illos affectus, quos omnium rerum abundantia parturire solet, quales sunt ferocia, petulantia, stuprum, contumelia, injuria, quae omnia uno nomine ὕβρις signantur. V. denuo AElian. V. H. l. 1, c. 19. Ἐσθῆτι πολυτελεῖ ἐθρύπτοντο, καὶ τραπέζης ἀσωτίᾳ καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν χρώμενοι ὕβριζον. *Splendidis vestibus luxuriabant, & mensae intemperantia supra modum effusi, ad contumelias & injurias erant proclives.* Hinc recte opponuntur ὕβρις & σωφροσύνη.

III. Construitur ὑβρίζεσθαι cum εἰς Praepositione, suum casum postulante, id est, Accusativum ejus rei, in qua quis contumelia afficitur; qui Casus si est nominum γυνὴ vel παῖς, vel alius similis significationis substantivi, mutatur etiam ipsius verbi propria & generalis denotatio in specialem. Tunc enim notat *Stuprari* Sic Dem. de foed. Alex. p. 87. lin. 18. Τοὺς δὲ τυραννουμένους, ἀκρίτους ἐστὶν ὁρᾶν ἀπολλυμένους ἅμα, καὶ ὙΒΡΙΖΟΜΈΝΟΥΣ ΕἸΣ ΠΑΙ͂ΔΑΣ καὶ ΓΥΝΑΙ͂ΚΑΣ. *Tyrannide oppressos indicta caussa interimi videre licet simul, & eorum uxores liberosque ad stupra rapi.*

IV. Minus trite, sed non minori elegantia res ipsa dicitur ὑβρίζεσθαι, in qua quis luxuriat. V. G. si quis vestem purpuream aureis laciniis superinducat, gemmis aliisque rebus pretiosis operiat, dicerent Graeci, ὑβρίζεσθαι τὴν πορφύραν. Quod egregie patet ex

pro *authorem esse*, *incipere*, *initium dare*, tam in bonam, quam in malam partem. Quo in sensu, quinque fere modis usurpatur.

Primo, per se solum, ac sine ullo casu. Demosthen. contra Neaeram, Οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος, ἀγωνιοῦμαι τὸν ἀγῶνα τουτονί. *Ego non autor, sed ultor injuriae, hac in causa & actione versabor.* Itaque τῷ ὑπάρχειν, in malam partem opponuntur, τὸ ἀμύνεσθαι, τὸ τιμωρεῖσθαι· in bonam vero, τὸ ἀντευποιεῖν, ἀντευεργετεῖν [6], id est, *beneficium reponere:* in utramque, τὸ ἀμείβεσθαι, τὸ ἀνταμείβεσθαι. Thucydid. in lib. 2. in malam partem, Δικαιοῦντες τοῖς αὐτοῖς ἀμύνεσθαι, οἷσπερ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑπῆρξαν. id est, *AEquum statuentes injuriam eodem modo reponere, quo Lacedaemonii priores fecerant* [7].

II. Secundo, jungitur cum genitivo, beneficium aut injuriam significante, & praepositione πρὸς, vel εἰς, cum accusativo personae. Plutarch. Pomp. Πάλαι δεόμενος χρείας τινὸς ὑπάρξαι, καὶ φιλανθρωπίας πρὸς αὐτόν. id est, *Cum pridem opta-*

ex Xenophontis Κύρ. παιδ. lib. II, p. 56. sub fin. ubi vestis, quae nullo auro, purpura, aliove opere Phrygio erat contexta, dicitur οὐδὲν τι ὑβρισμένη. Latini *illudere auro* dicunt. Ita Virg. l. II, Georg. vs. 464. dicit:

*Illusasque auro vestes, Ephyreiaque aera.*

Hinc τὰ ὑβρισμένα explicantur per τὰ ἄγαν πολυτελῆ. apud AEl. V.H. l. 1, c. 31. ubi loquitur de consuetudine Persarum, regibus munera offerentium. Verba sunt: Οὐδὲν τῶν ὑβρισμένων, οὐδὲ τῶν ἄγαν πολυτελῶν προσφέρουσιν· ἀλλ' ἢ βοῦς, ἢ οἶς, ἢ οἱ σῖτον, καὶ οἶνον ἄλλοι. *Nihil pretiosum nimis, aut nimis magnificum offerunt, sed vel boves, vel oves, vel frumentum, alii vinum.* Nec placet interpretis sententia, vertentis, *neque nimis attrita & vilia, neque nimis pretiosa & magnifica.* quia in sequentibus enumerat φοίνικας, quibus nescio an quid vilius in orientalibus regionibus nasceretur.

6 Vel etiam τιμᾶν. Exemplum habet Arrianus loco mox citando.

7 Hinc apud Aristid. Orat. pro Quatuorviris, pag. 259. Ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας, redditur, *Vim vi repellere.* l. c. *Injuria nos afficientibus*, q. e, τοὺς ὑπάρξαντας sc. τῶν ἀδικημάτων, ἀμύνεσθαι, *parem gratiam referre.* Maxime notus est hujus verbi usus ex Homero, & oppositio haec egregie patet ex ejus versu, quem Claudius in ore habebat, & cujus meminit Sueton. in ejus vita cap. 42.

*Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνῃ.*

8 Cum

*optaret, eum sibi priore quadam opera beneficioque demereri* [8].

Tertio, cum genitivo rei, & dativo personae: ut, ὑπάρχειν τινὶ τῆς εὐεργεσίας, aut ὕβρεως: *aliquem vel beneficio, vel injuria provocare.* Ὑπάρξαι χάριτ© vel ὕβρεως.

Quarto, cum duplici accusativo; uno rei, altero personae, cum praepositione πρὸς, vel εἰς. Demosthen. de Falsa Legat. Οὓς διὰ τὰς εὐεργεσίας, ἃς ὑπῆρξαν εἰς ὑμᾶς, σπονδῶν καὶ κρατήρων κοινωνὺς πεποίηθε. id est, *Quos propter beneficia, quibus vos priores affecerunt, libationum & poculorum participes esse voluistis.*

III. Quinto, cum accusativo rei, & dativo personae: AEschin. de Falsa Leg. Τὰς εὐεργεσίας, ἃς ὑμεῖς ὑπήρξατε Ἀμύντᾳ τῷ Φιλίππου πατρί. id est, *Beneficia quae priores in Amyntam Philippi patrem contulistis.* Ὑπάρχειν εὐεργεσίαν.

Sexto; cum participio, *beneficium* aut *injuriam* significante. Xenoph. lib. 5. de Cyri expedit. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς ὐδὲν πώποτε ὑπήρξαμεν κακῶς ποιῦντες· *Nec enim ulla vos unquam injuria priores affecimus.* Sic ὑπῆρξα καλῶς, vel εὖ ποιῶν, *beneficio prior affeci.* Porro, quicquid hic de ὑπάρχω dictum est, de composito προϋπάρχω dictum puta.

IV. Secunda acceptio, τῦ ὑπάρχειν, est *favere, adesse, stare a partibus alicujus*, cum dativo casu. Demosthen. de Falsa Legat. Δῆλός ἐστιν, ἐὰν τῦτ' ἐκφύγῃ νῦν, καθ' ὑμῶν ὑπάρξων ἐκείνῳ. id est, *Liquet eum, si hoc judicium effugerit, contra vos illi adfuturum esse.* Xenoph. lib. 5. de expeditione Cyri: ubi Timasio milites alloquens & profectionem illis suadens: Καὶ ὑπάρξει ὑμῖν (inquit) ἡ ἐμὴ πόλις, ἑκόντες γάρ με δέξονται. *Vobis etiam praesto erit civitas mea; siquidem me libenter excipient.* Gallicus idiotismus non abludit, *je suis à vous.* Ὑπάρχειν, favere.

Tertia acceptio, ἀντὶ τῦ εἶναι, quae cum vulgaris est, tum praecipue notanda cum gignendi casu. Xenoph. lib. 5. Memorabilium, sub finem: Ἀλλὰ καὶ παιδείας δεῖν φημὶ τῷ ταῦτα μέλλοντι δυνήσεσθαι, καὶ φύσεως ἀγαθῆς ὑπάρξαι. id est, *Sed etiam ei, qui ea posse voluerit, cum disciplina opus esse, tum bona indole praeditum illum esse oportere.*

V. Quar-

8 Cum praepositione εἰς apud Arrian. lib. 3. de Exp. Al. cap. 27. Τύτυς Ἀλέξανδρ© ὩΝ ἘΣ Κῦρον ὙΠΗ͂ΡΞΑΝ οἱ πρόγονοι αὐτῶν, τιμήσας. *His Alexander, quod illorum majores de Cyro bene meriti fuissent, bonore adfectis.*

9 Con-

Ὑπάρχει, impersonaliter. V. Quarta acceptio hujus verbi, est, ἔξεστι, *licet*; συμβαίνει, *contingit*, ἀνάγκη, *necesse est*, in qua nonnunquam absolute ponitur sine ullo casu. Plutarch. Τότε δὲ ἀναλαβεῖν τὸν στρατὸν καὶ διαναπαῦσαι οὐχ ὑπῆρξε. *Tum exercitum recreare, & quiete reficere non licuit.* Thucydid. Καὶ οἱ μὲν τοὺς νεκροὺς ἀνείλοντο, καὶ διὰ τάχους ἔθαπτον, ὥσπερ ὑπῆρχε· *Mortuos extulerunt, ac subito sepelierunt, prout licuit.* Saepius cum dativo jungitur. Plato in Sympos. Ὡς ὑπάρχοι μοι χαριταμένῳ Σωκράτῃ πάντ' ἀκοῦσαι, ὅσα περ οὗτος ᾔδει. *Tanquam liceret mihi, ubi hoc Socrati dedissem, quaecunque novit audire.* AEschin. [9] Ὑπῆρχεν αὐτῷ ἢ φεύγειν, ἢ τεθνάναι. id est, *Ipsi necesse erat, aut fugere, aut mori.* De participio hujus verbi, vide cap. de Participio. Sect. 4. reg. 9. [10]

Ὑποστέλλεσθαι, timere. VI. Verbum ὑποστέλλομαι, tribus praecipue modis usurpatur: Primo, ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι, *timere*, cum solo accusandi casu: Dinarch. [11] Τῆς ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλῆς, οὔτε τὴν Δημοσθένους, οὔτε τὴν Δημάδου δύναμιν ὑποστειλαμένης. *Areopagitico Senatu, neque Demosthenis, neque Demadae potentiam formidante.*

Submittere se. Secundo, pro, *submittere se* [12], aut *subsidere*, absque ullo casu.

9 Contra Ctesiph. pag. 273. lin. 26.

10 Verbi Ὑπερβάλλω scita admodum cum aliis est constructio. Imprimis elegans hoc Platonis in Theaet. pag. 192. lin. 23. Πάντα ταῦτα ὑπερβάλλει ἀδυναμίᾳ τοῦ ἐν αὐτοῖς ψευδῆ τινα δοξάσαι. *Haec omnia longe lateque absunt ab eo, ut fieri possit, ut in iis falsum opinari nemo possit.* Ad verbum ita: *Haec omnia abundant impossibilitate, ut* &c. Citra circumlocutionem Latine reddi non potest.

11 Locus extat, pag. mihi 93, lin. 53.

12 Quae versio, ut principem redoleat potestatem, ita explicari possit: Στέλλομαι sive στέλλω ἐμαυτὸν ὑπό τινα, νόμον &c. i. e. *ita me paro, ut legibus sim moriger.* Haec ut plenius cognoscantur, liceat simplicis naturam paulo fusius exponere. Simplicis verbi στέλλω princeps notio non commode satis statui videtur *mitto*, quia haec cum reliquis omnibus nihil commune habet, statuiturque primariae cujuscunque vocabuli notionis indicium, eam per reliquas omnes, quae hinc rite deducuntur, dominari: jam vero, quid στολὴ vestis genus, cum significatu *mittendi* habet commune? Genuinam ergo significationem statuo *adorno, paro, adopto, instruo*, cujus notionis exemplorum satis ubivis occurrit. Στέλλω itaque sit *adapto, instruo*, eo scilicet sensu, quo quid aptatur, ut idoneum sit ad certum usum, cui destinatur. Non longe fortasse

casu. Philo de Mose, Ἅμα τὴν ψυχὴν εὐλαβὴς ὢν ὑπεςέλλετο. *Cum animo modestus esset, ultro se submittebat.*

VII. Tertio, ἀντὶ τοῦ ὑφίςαϑαι, vel καθυφίεσθαι, id est, *remittere aliquid de contentione, levius aliquid facere, & quasi se ad vincendum facilem praebere.* Quo sensu aliquando jungitur cum accusativo, idque duobus praecipue modis. Ὑποςέλλεσθαι, remittere.

Primo, ita ut solus sit accusativus, ut Isocrat. de Pace, Οὐδὲν ὑποςειλάμενος, μέλλω ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. *Ita dicam, ut nihil omnino remittam, aut dissimulem.* Cum accusat. solo.

Secundo, ita ut sequatur πρὸς, quae modo significet *contra*, vel *cum*, modo ἐξ, vel ἐν. *Contra*; ut Demosthen. de Falsa Legat. Ὡς πρὸς πεπρακότας ἑαυτοὺς, καὶ ἀνοσιωτάτους ἀνθρώ- Cum eodem sequente πρός.

tasse aberravero, si inde vernaculum stellen deduxero, quo verbo utimur tum in aliis, tum in re musica, cujus instrumenta, ut fides in cithara, conveniente aptantur, quo harmonice sibi respondeant. Hinc sponte sequitur secundaria notio *vestiendi, comendi, ornandi*; qui enim se vestit, *aptat* vel *ornat*, atque ita *accingit se*, quo honeste ac decore prodeat, unde ςολὴ *amictus*, & Latinorum *stola*, cujus vocis concinnam, opinor, originem videmus; sed pergendum. Στέλλω redditur saepissime *mitto*, ita tamen ut ἀπὸ τοῦ πέμπειν differat: est enim πέμπειν simpliciter *mittere*, sed ςέλλειν *instructum quempiam mittere*, quem scilicet necessariis ad rem quampiam probe instructum mittimus; quanquam haec duo saepe usus confundit. Hinc ςόλος, *commeatus, iter, classis*, quae omnibus ad expeditionem necessariis instructa & ornata mittitur. Hinc ἀπόςολοι non simpliciter dicuntur *missi*, sed *missi cum mandatis*, quibus divinitus sunt instructi. Ejusdem farinae est ἐπιςέλλειν & ἐπιςολὴ similiaque a ςέλλω composita, quae recensere hic longum. At quomodo ςέλλομαι, verbum medium hac ratione notare potest *caveo?* Si primigeniam significationem firmiter tenemus, nihil est, quod aeque facile inveniatur: nam, si ςέλλω active significat *instruo, paro*; ergo passive *instruor, paror*: & medie sive reciproce *instruo, paro me ipsum.* Qui cavet sibi ab hostibus, a periculo vel quibuslibet malis, *parat* se atque *instruit* iis, quae conductura putat vel ad hostes excipiendos, vel periculum depellendum, vel saltem leviori cum damno superandum. Hinc ςέλλεσθαι in forma media notat *cavere.* Utitur B. Paulus in posteriori ad Thessal. ep. cap. ult. com. 6. Στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος. *Ut vobis caveatis ab omni fratre inde-*

θρώπυς, μηδὲν ὑποστειλαμένυ. *Utpote adversus homines, qui seipsos vendidissent, adeoque sceleratissimos, nihil omnino remittente.* Κατὰ vero, Idem adversus Midiam, Ουκ ἔστι δίκαιον, τὴν τῦ παθόντος εὐλάβειαν, τῷ μηδὲν ὑποστειλαμένῳ πρὸς ὕβριν, μερίδα εἰς σωτηρίαν ὑπάρχειν. *AEquum non est, ut ejus, qui injuriam passus est, modestia, ei, qui nihil in eadem inferenda remiserit, aliquid ad salutem conferat.* Hoc modo Patronus in causa praevaricans, atque ἐθελοκακῶν, ὑποστέλλεσθαι dicitur.

**Cum genitivo.** VIII. Aliquando, cum solo genitivo, ut, ὑποστέλλεσθαι τῆς παῤῥησίας, *aliquid* [11] *de fiducia remittere:* ὑποστέλλεσθαι τῆς ὕβρεως, *minus atrocem in injuria facienda se praebere.* Aristot. in Problem. Διὰ τί ὑγιεινὸν, τὸ τῆς τροφῆς ὑποστέλλεσθαι; *Quare ad sanitatem conducit, cibi parciorem esse?* Sic Gregor. Nazianz. dicebat, apud Haereticos; τὸν Υἱὸν ὑποστέλλεσθαι

*core vivente.* Ita malim, quam quod Beza habet, *subducatis*; quia saepe fit, ut malorum commercium evitare omnino non possimus, quod & idem Paulus diserte ait in priori ad Cor. ep. cap. v, com. 10. Monet itaque Apostolus Thessalonicenses, quando non semper talium fratrum commercium effugere datur, ut, siquando in ejusmodi fratrem incidant, sese *muniant* & *instruant* adversus ejusdem insidias, blanditias aut contagium, ne cum illo simul abrepti malum inveniant. Hoc argumento nitor, quare etiam ejusdem Apostoli verba in posteriori ad Cor. ep. cap. VIII, 20. Στελλόμενοι τῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται, non facile reddiderim: *Vitantes hoc, ne quis nos vituperet*, cui consentiunt Belgae & Erasmus, qui habet *declinantes*, sed in hunc fere sensum intelligam. *Una etiam misimus fratrem*, στελλόμενοι τῦτο &c. i. e. *hoc ita parantes*, sive, *dirigentes* (vernacule, dit alzo bestellende) *ut ne quis nos reprehendat.* Haec si rite attendimus, non difficile erit invenire, quomodo verbum ὑποστέλλεσθαι *submittendi se* significationem assumserit: nam ut superius dictum, ὑποστέλλομαί σοι perinde dicetur ac στέλλομαι ὑπὸ σοί. *Ita me paro, ut sim sub te* i. e. *tibi moriger*, quod uno verbo dicimus, *tibi me submitto.* Hinc pendet superior notio *timendi:* nam Dinarchi verba sic reddi possunt, *senatu non submittente se potentiae Demosthenis*, i. e. *non reverente.* Et quis non videt, tertiam notionem *praebendi se ad vincendum facilem*, ex eodem fonte sponte fluere? ut & *remittendi aliquid de jure, de fiducia* &c.

13 Ex ipsa versione intelligas, nomen τὶ subaudiri, quo constet genitivi ratio. At exemplum ex Gregor. Naz. sequens pertinet potius ad secundum usum.

14 Sic

σθαι τοῦ Πατρὸς, *Filium Patre inferiorem esse:* Itemque, τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, *Spiritum sanctum Filio.*

Aliquando denique, cum praepositione περὶ, & genitivo casu: Demosth. Olynth. 1. Οὐ μὴν οἶμαί γε δεῖν, τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοπῶν, ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι. *Sed minime decere arbitror, propriae salutis causa, quicquam in iis, quae vestra interesse putem, praevaricari.* Cum genitivo & περί.

Tertio, quemadmodum ὑποστέλλειν, aliquando est *subducere*, aut *detrahere:* ita ὑποστέλλεσθαι, *subduci*, aut *detrahi:* tuncque conjungitur etiam cum gignendi casu. Sic apud Aristotel. ὑποστέλλεσθαι τῶν ἀγαθῶν, aliquis dicitur, *cui bonorum aliquid subtrahitur.* Sic, ὑποστέλλομαι τῆς ἀξίας, *aliquid mihi de mea dignitate detrahitur:* quanquam ita quoque reddi potest, *remitto aliquid de mea dignitate:* ὑποστέλλομαι τῆς δυνάμεως, *potentia mea remittitur*, vel *remitto aliquid de potestate.* Subducere.

## SECTIO XIII.

### *De Verbis* φαίνομαι, φέρω.

### REGULA I.

De Verbo φαίνομαι, duo solum tirones moneo. Alterum est, non minus saepe verbo illo significari, *liquere*, *constare*, *manifeste comperiri*, *ac teneri*, quam *apparere*, aut *videri*. Apud Demosth. passim, ut Olynth. 2. Τοῦτ' ἐκεῖνον, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φαῦλον φαίνεσθαι. i. e. *Tum ut illum nequam esse, quod utique verum est, omnes perspicue videant.* Item pro Corona, Εἰ δὲ ἔδει τούτων τινὰ κωλυτὴν φανῆναι. *Sin aliquem existere, qui haec impediret, oportebat.* Idem ibid. Οὐκ ἀπιστῶν ὑμῖν, ὥς γέ μοι φαίνεται. id est, *Non quod fidem vestram suspectam haberet, ut mihi omnino constat* [14]. Φαίνεται, *constat.*

Affinis est significatio τοῦ ἐξετάζεσθαι, id est, *certis argumen-* Ἐξετάζεσθαι, *certis argumentis deprehendi.*

14 Sic perspicue a verbo δοκεῖν distinguitur apud AEschinem Socr. in Dialogo περὶ πλούτου in fine. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτω φαίνεσθαι. *Mihi sic liquere videtur.*



Digitized by Google

*mentis deprehendi*, tam in bonam, quam in malam partem. In bonam, Demosthenes pro Corona, Καὶ λέγων, καὶ γράφων ἐξηταζόμην τὰ δέοντα ὑπὲρ ὑμῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς φοβεροῖς. *Videbant me omnes, in mediis etiam periculis, quae essent e republ. dicere tum, atque decernere.* In malam vero, Idem ibid. Ὅπερ ἂν φαυλότατος ποιήσειε, τοῦτο πεποιηκὼς ἐπὶ τοῖς συμβᾶσιν ἐξήταται· *Quod pessimus quisque faceret, id te manifeste rerum exitu fecisse constat:* id est, ἐξελήλεγξαι.

Φαίνεσθαι τὰ ἱερὰ, *litare.* II. Alterum est, peculiari quadam ratione apud Plutarch. in Aristide dici φαίνεσθαι τὰ ἱερὰ pro καλλιερεῖν [15], id est, *litare.* Locus est pag. 329. e. Ταῦτα τοῦ Παυσανίου θεοκλυτοῦντος, ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ, καὶ νίκην οἱ μάντεις ἐμήνυον. *Cum ita Numen Pausanias obsecraret, laeta cum precibus exta simul apparuerunt, & victoriam aruspices praedixerunt*, qui videlicet pluribus ante sacrificiis litare non potuerant. Caetera dabunt Lexica.

Φέρειν, *pertinere.* III. De verbo φέρειν, observa quae sequuntur. Primo, usurpatur interdum pro *pertinere*, aut *interesse*: ut apud Platonem: Πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα. *Quaecunque ad beatitudinem pertinent*, aut etiam *ducunt*: nam Tullius quidem ita vertit, *Omnia quae ad beate vivendum ferunt.* Sic apud eundem Platon. 5. de Republ. Μέγα καὶ ὅλον φέρειν εἰς πολιτείαν. id est, πάνυ καὶ πάντως τῆς πολιτείας διαφέρειν. *Plurimum, aut omnino, reipublicae interesse:* Μέγα γάρ τοι φέρειν, inquit, οἰόμεθα, καὶ ὅλον εἰς πολιτείαν, ὀρθῶς, ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον, id est, *id enim, seu bene, seu male fiet, permagni arbitramur, imo penitus interesse reipublicae:* Gallice, *qu'il importe de beaucoup, voire du tout.*

*Moleste ferre.* IV. Secundo, ut Latini dicunt, *moleste ferre*, & simil. sic Graeci, χαλεπῶς φέρειν· hoc discrimine, quod tunc φέρειν, non tantum jungatur cum accusativo, ut Latine, sed etiam cum dativo & praepositione ἐπί. Plutarch. Pomp. Ἐπὶ τούτοις εἰσενεχθεῖσιν εἰς τοὺς πολλοὺς, χαλεπῶς ἔφερον οἱ πρῶτοι. id est, *Haec in vulgus emanasse viri principes moleste ferebant.* Imo, quod rarius videtur, cum solo dativo. Xenophon lib. 1. de expedit. Cyri: Ἄνδρες στρατιῶται, μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασιν. *Nolite mirari, me praesentem rerum statum moleste ferre.* Idem histor.

15 Vel γίγνεσθαι. de quo vide, quae notavi supra ad Sect. V, reg. 6.

16 Pro

ftor. Graec. 5. Πράγματα δ' ἔχοντες, καὶ παρέχοντες, χαλεπῶς ἔφερον τῷ πολέμῳ. id eft, *Cum viciffim & vexarentur ab aliis, & alios vexarent, bellum illud molefte ferebant* [16].

V. Tertio, φέρειν νύκτα, vel ἡμέραν, *noctem diemve ferre* i. e. *traducere:* διανυκτερεύειν, διημερεύειν [17]. Plutarch. in Alex. poft Cliti caedem, Ἐπεὶ δὲ τήν τε νύκτα κακῶς κλαίων διήνεγκε, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν· *Ubi autem & noctem illam & diem confequentem foedo ejulatu traduxiffet.* De participio φέρων vide cap. de participio, Sect. 2. Reg. 5. Φέρειν νύκτα, noctem tradu-cere.

VI. Quarto, imperativus φέρε, adhortantis eft, ut *age* apud Latinos, idque vel folum, vel cum ἄγε, vel cum aliqua ex fequentibus particulis, pro fenfus diverfitate ufurpandis, δή, οὖν, τοίνυν, *igitur;* δὲ *vero*, γὰρ *enim*, νῦν, *nunc*, & fimilibus, ut, φέρε δὴ, ἐπανέλθωμεν ποτὲ ὅθεν ἐξέβημεν, *Age vero, tandem eo redeamus, unde digreffi fumus* [18]. Φέρε, age.

VII. Quinto, idem imperativus cum infinitivo εἰπεῖν, redditur, *verbi caufa, exempli caufa, ut ita dicam*, quod alias uno verbo dicitur οἷον· tuncque fi fequitur nomen aliquod, in eodem cafu poni debet, quo praecedens, fi ad illud utrumque referatur: ut, Ἥδε ἡ γνώμη πάντων ἄρα τῶν Φιλοσόφων ἐστὶ, φέρε εἰπεῖν, τοῦ Πλάτωνος ἐν Κρατύλῳ. *Haec fententia Philofophorum plane omnium eft, verbi gratia, Platonis in Dialogo, qui Cratylus infcribitur.* Alias φέρε εἰπεῖν, abfolute periodum inchoare poffet, ut apud Latinos, *exempli gratia*, vel *enimvero:* ut φέρε εἰπεῖν, σχεδὸν ὅσοι φιλομαθεῖς, οὗτοι καὶ πολυμαθεῖς: id eft, *exempli gratia, ftudiofi prope omnes docti evadunt.* Atque ita φέρε εἰπεῖν, per modum adverbii ufurpatur: nec ulla ratio accufativi cafus habetur, qui verbo activo alioqui deberetur. Φέρε εἰπεῖν, verbi caufa.

VIII. Sexto, eaedem voces, φέρε εἰπεῖν, initio periodi, rarius quidem, aliquando tamen tranfitionibus ferviunt, reddique poffunt, *at enim, at forte, fin vero* & fimil. ac fere Φέρε εἰπεῖν, initio periodi.

16 Pro Dativo illo, fi participium non praecedat, participio uti aufim; χαλεπῶς ἔφερον πολεμοῦντες. Vide fimile quid infra ad Cap. feq. ad calcem fect. I. n. 11.

17 Defidero exemplum; nam Plutarchus non ἤνεγκε, fed διήνεγκε dixit. Locus extat pag. mihi 694, lin. 41.

18 Pro eodem utuntur imperativo ἴθι. Sic Plato. Hipp. maj. pag. 288. lin. 6. Ἴθι μοι, ὦ Σώκρατες, ἀπόκριναι. *Agedum, Socrates, refponde mihi.*

 19 Op-

fere cum ἀλλά. Dionysius Halicarnass. lib. 4. [19] ubi Servius Tullius, refutatis criminibus aliis, quae sibi a Tarquinio objici potuissent, ita pergit, Φέρε εἰπεῖν, ἀλλὰ ὑπερήφανός εἰμι, καὶ διὰ βαρύτητα ἐπαχθής, &c. *At fortassis arrogans sum, & propter morum acerbitatem gravis ac molestus:* vel *an vero? an forte?*

Φέρε. sine εἰπεῖν. IX. Septimo, quod non minus rarum est, φέρε solum accipi nonnunquam videtur, pro φέρε εἰπεῖν, id est, *verbi gratia* [20]. Sic omnino sumitur apud Euseb. Praepar. 3. p. 120. novae editionis, tit. 8. Εὐλόγως τὴν ἀναισχυντίας ἐπιμεμψάμενος τοῖς, φέρε, τὸν ἥλιον αὐτὸν εἶναι τὸν Ἀπόλλω, καὶ πάλιν τὸν Ἡρακλέα, καὶ αὖθις τὸν Διόνυσον, καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν ὁμοίως ἀποφηναμένοις. id est, *Jure homines istos impudentiae arguens, qui unum eundemque Solem, verbi causa* (vel *ut hoc praecipue seligam*) *non Apollinem modo, sed etiam Herculem, & Bacchum & AEsculapium esse statuerunt.* Rursus lib. 6. p. 247. b. Καὶ νοῦς, ὁ φρονήσεως οἰκεῖος, ἀφραίνει πολλάκις κατά τι συμβεβηκός, παρατραπεὶς ἐν ὑπερβαλλούσαις, φέρε, σώματος ἀρρωστίαις. id est, *Et mens illa, cujus propria prudentia est, aliquo persaepe casu delirat, dum eam, exempli causa, graviores corporis morbi sua de sede movent.*

Φέρεσθαι καλῶς, bene agi. X. Passivum φέρομαι, cum adverbiis καλῶς, κακῶς, & similibus, id est, *bene*, aut *male mecum agitur*, ut Gallice dicitur, *je me porte bien, je me porte mal* [21]. Plutarch. Alci-

19 Opportunius exemplum desidero: nam in verbis Servii Tullii, quae extant pag. 239, lin. 19. φέρε εἰπεῖν referri potest ad superiora. Dixerat Servius, nullius se criminis conscium esse; non tyrannidem a se affectatam, nullam virginem violatam, neminem indicta caussa damnatum, si quid horum perpetrasset, non mortem se deprecari: Tum addit: φέρε εἰπεῖν q. d. *si quid habetis ejusmodi, agedum dicite.* Et sequitur nova objectio: ἀλλὰ ὑπερήφανός εἰμι &c.

20 Hoc sensu conjungitur cum οἷον, de quo supra Cap. III. sect. 8. reg. 12. Ita Clem. Alex. Paedag. lib. III. pag. 260. Πολλὰς δ' ἂν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὕρομεν ὑποθήκας· Οἷον ΦΕΡΕ. εὐχῆς μὲν πέρι. &c. *Multa etiam apud alios invenire possumus praecepta; quale est illud exempli gratia, de precatione.*

21 Desidero auctoritatem; nam sequentia exempla aliud confirmant. Quod Galli dicunt: *Je me porte bien, ou mal*, pertinet ad corporis valetudinem. At καλῶς φέρεσθαι Latine, *bene rem gerere*, est vox militaris, & armorum successum notat. Id quod ex Plutarcho & Thucydide probatur. Quo sensu eleganter res ipsa dicitur καλῶς ἢ κακῶς φέρεσθαι, apud

Digitized by Google

cibiad. Ἐκ δὲ τούτου κακῶς φερομένῳ τῷ Νικίᾳ, παρῆσαν πρέσβεις ἀπὸ τῆς Λακεδαίμονος. *Exinde Niciae adversa utenti fortuna, sistunt se legati ex Lacedaemone.* Thucydidi, εὖ φερόμενος ἐν στρατηγίαις dicitur, *cui munus imperatorium bene cedit* [22].

apud Xenoph. Hist. Gr. lib. III. pag. 501. Γνοὺς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Περσῶν βασιλεὺς, Τισσαφέρνην αἴτιον εἶναι τοῦ ΚΑΚΩΣ ΦΕΡΕΣΘΑΙ τὰ αὐτοῦ &c. *Ipse autem Rex Persarum, cognito, Tissaphernem in caussa esse, quod res ipsius male gereretur.*

22 Denique idem significat, quod ἄγειν καὶ φέρειν conjunctim (de quo supra sect. 4, §. 7.) i. e. *Populari.* Thucyd. l. 1. c. 7. Ἔφερον γὰρ ἀλλήλους. *Se invicem populabantur.*

Construitur cum accusativis, ut φέρεσθαι δόξαν, τιμὴν &c. pro, *Consequi.* Sic, φέρεσθαι τὰ πρῶτα. *Primas partes habere.* Unde participium apud Pauf. in Achaicis. pag. 415. Φερόμενοι τὰ πρῶτα ἐν Θήβαις. *Proceres, Primores, Principes Thebanorum.* Ex hac significatione defluxerunt comparativus & superlativus φέρτερος & φέρτατος pro *praestantior* & *praestantissimus* apud Hom. Il. Α. vs. 186. & 581.

- - - Ὄφρ' εὖ εἰδῇς
Ὅσσον ΦΕΡΤΕΡΟΣ εἰμὶ σέθεν - - -
*Ut scias, quanto praestantior sim te.*

Et

- - - Ὁ γὰρ πολὺ ΦΕΡΤΑΤΟΣ ἐστιν.
*Is enim longe est praestantissimus.*

# SECTIO XIV.

## *De Verbis* φθάνειν, χωρεῖν, & ἐγχωρεῖν,

## REGULA I.

Verbum φθάνω, fere cum participio jungitur, quod infinitivi loco est: Ac primo idem significat, quod significaret verbum illud solum, cujus participium annexum habet: ut, ἔφθην κάλλιστον τὸν δρόμον διαδραμὼν, id est, διέδραμον, *praeclarum cursum absolvi* [23]. Φθάνω.

II. Se-

23 Ita verbum φθάνω abundat omnino. Vellem, Auctor exemplum auctoritate fulsisset. Quae Budaeus affert pag. 213. minus probant, quippe in quibus notio *antevertendi* & *occupandi* eluceat, ut nempe ex nudis verbis, a reliquo orationis corpore distractis, conjicere licet: nam ipsa verba consulere non licuit, solito egregio caeteroquin illo Auctore lectorem

*Antevertere.* II. Secundo, significationem suam retinet *occupandi & antevertendi*, sic ut reddi possit per adverbium *prius*, vel nomen *prior*: ut, ἀξιέπαινος, ὅστις ἂν φθάνῃ τ̃ φίλον εὐεργετῶν [24]. i. e. *laude dignus est, qui amicum beneficio prior afficit* [25]. Quo sensu interdum, at raro, cum infinitivo jungitur. Sic Livius lib. 1. *Fidenates occupant bellum facere*, φθάνουσι πολεμοῦντες, vel πολεμεῖν [26].

*Possum, cum infin.* III. Tertio, cum infinitivo, significat ut plurimum idem quod ἔχω, id est, δύναμαι, *possum*. Philo de Legat. ad Cajum, Οὐ γὰρ φθάνει προσαναβαίνειν ὁ λόγος πρὸς τὸν ἄψαυστον, καὶ ἀναφῆ πάντη Θεόν· id est, *Nec enim potest ratio (vel oratio) ad Deum, qui nulla ratione tangi queat, adspirare.*

IV. Quarto, praecedente negatione οὐκ, & sequente καὶ, in alio membro, significat idem quod ἅμα καὶ, in diversis membris, (de quibus postea dicemus in adverbio) id est, *ut primum, continuo*: ut, οὐκ ἔφθη ἐλθὼν, καὶ τὴν φιλοτιμίαν ἐνεδείξατο, id est, *ut primum venit, continuo honoris cupidi-*

rem ad diffusa saepe veterum scriptorum opera remittere, saepissime & nomine contento. Sic ex Athenaeo citat haec verba: Περὶ δὲ Καλλίου καὶ τ̃ τούτου κολάκων ΦΘΑ'ΝΟΜΕΝ ἐν πρότερον ΕΙΠΟ'ΝΤΕΣ. Ex Xenophonte: Ἔφθη καλακαλυθείς. Ex Synesio: Ἐφθάκειν πυθόμενος. Et ex Aristotele lib. 1. de Generatione Animal. Νέοις δὲ ὄτι, (suppl. ex praecedentibus, οὐκ ἐνυπάρχει τὸ σπέρμα) διὰ τὴν αὔξησιν· ΦΘΑ'ΝΕΙ γὰρ 'ΑΝΑΛΙΣΚΟ'ΜΕΝΟΝ τὸ πᾶν. Verba sunt cap. 18. *i. e.* ἀναλίσκεται, ait. Ubi tamen τὸ φθάνει *antevertendi* significationem minime deponit Affert Aristoteles scilicet rationem, cur in prima aetate semen non detur, quia omnis materia in corporis incremento absumitur prius, i. e. prius quam in semen formetur.

24 Ita fere Xenoph. in secundo ἀπομνημον. quem citat Budaeus l. c.

25 Eodem modo construitur compositum ὑποφθάνω. Arrian. de Exp. Al. lib. 1. p. 30. init. Ὑποφθάσομεν γὰρ αὐτοὶ περάσαντες, πρὶν ἐκείνους ἐς τάξιν καθίστασθαι. *Nam prius ipsi transierimus, quam illi aciem instruere possint.*

26 Quando in Optativo cum Particula ἂν sequentem habet Particulam ἢ cum infinitivo, Latini additum Participium vertunt per Plusquam perfectum subjunctivi, sequente *Priusquam*. Herod. Erat. cap. 108. ΦΘΑΙ'ΗΤΕ γὰρ ἌΝ πολλάκις ἀνδραποδισθέντες Ἢ τινα ΠΥΘΕ'ΣΘΑΙ ἡμέων. *Capti enim saepe fuissetis* vel *potuissetis capi, priusquam nostrum quis audivisset.*

27 Ne

*ditatem, qua flagrabat, ostendit* [27]: Quo item sensu, rarius licet, aliquando tamen cum infinitivo conjungitur.

V. Quinto, in optativo praecedente eadem negatione, cum particula ἂν, significat aliquando plane id futurum, quod participio significatur; idque affirmando, licet constructio sit negativa: ut, οὐκ ἂν φθάνοι τῆς κακουργίας τίσιν ἀποτίων, id est, *nunquam effugiet poenam sceleri suo debitam.* Sic, οὐκ ἂν φθάνοι ἀποθνήσκων, id est, *mortem nunquam effugiet.* Dio Chrysost. orat. 12. Εἰ δὲ ὑμῖν ὑπαίτιός εἰμι τοῦ σχήματος, οὐκ ἂν φθάνοιτε Ὁμήρῳ πρότερον χαλεπῶς ἔχοντες. *Quod si ejus formae causa*, (supp. qua Jovem expressi, Phidias enim loquitur:) *reus apud vos fuero, prius omnino vos Homero infensos esse oportebat.* Qua constructione reddi aliquando potest, *jam jam, illico:* ut, οὐκ ἂν φθάνοις ἀκούων, id est, *jam jam audies* [28].

VI. Sexto, eadem significatione, qua res omnino futura significatur, interdum subintelligitur participium ex priori membro repetendum: ut obsecranti alterum, ὡς τἀληθὲς εἰπεῖν ἂν βούλοιτο, id est, *verum ut dicere velit*; respondere alter possit, οὐκ ἂν φθάνοιμι, id est, *ego vero id omnino faciam:* ubi subintelligendum est, τἀληθὲς εἰπών.

VII. Aliquando, οὐκ ἂν φθάνοιμι contraria significatione est,

27 Ne suo auctore careat exemplum, aliud addam ex Isocrate in Panegyrico, p 113. b. Οἱ δὲ ΟΥ'Κ Ε'ΦΘΗΣΑΝ πυθόμενοι τὸν περὶ τὴν Ἀττικὴν πόλεμον, ΚΑΙ' πάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, ἧκον ἡμῖν ἀμυνοῦντες. *Hi, quamprimum intellexerant, bello Atticam circumventam esse, rebus omnibus relictis, nobis subsidio venerunt.* Et in AEgin. ΟΥ'Κ Ε'ΦΘΗΜΕΝ εἰς Τροιζῆνα ἐλθόντες, ΚΑΙ' τοιαύταις νόσοις ἐλήφθημεν. *Quamprimum Troezenem venimus, talibus morbis correpti sumus.* Est & ubi potius *priusquam* reddendum; Ita Tantalus apud Lucianum in Dialog. Menippi & Tantali: ΟΥ ΦΘΑ'ΝΩ ΒΡΕ'ΞΑΣ ἄκρον τὸ χεῖλος, ΚΑΙ' διὰ τῶν δακτύλων διαῤῥυὲν οὐκ οἶδ' ὅπως αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μου. *Priusquam summum labellum irrigo, per digitos dilapsa* [aqua], *nescio quomodo rursus aridam meam manum relinquat.* Sensum hic minus assequemur, si vertimus, *simul ac irrigo labellum*, nam id ipsum erat, quod Tantalus efficere non poterat. Ex adverso superioribus locis haec versio minime quadrat.

28 Ita ex Platonis Euthydemo Budaeus p. 214.

 29 Vi-

est, *nunquam voti compos esse potero* [29]: ut, οὐκ ἂν οὕτω φθάνοις τὴν Ἑλλάδα μεμαθηκώς, id est, *nunquam hoc modo linguam Graecam perdiscere poteris*: ubi aliquando etiam subintelligendum est superius aliquod participium: ut, Εἰ μέλλεις ἅπασιν ἀρέσκειν, οὐκ ἂν φθάνοις, supple ἀρέσκων: id est, *si omnibus placere coneris, nunquam voti compos eris* [30].

VIII.

29 Vide, an haec non congruant cum iis, quae dicta sunt reg. 3.

30 Operae pretium visum est hic interserere trium verborum φύειν, χαίρειν & χρᾶσθαι usum.

Elegans admodum est usus praeteriti perfecti activi verbi φύω· & πέφυκα notat: *Ita natura comparatus sum, ita soleo, ita ingenium fert*, vel simile quid. Construiturque Primo cum infinitivo. Ut, πέφυκα ἡγεμονεύειν. *Natura ita sum comparatus, ut imperem.* Plat. Phaed. pag. 80. lin. 5. Πέφυκε μισεῖν. *Naturali odio persequitur.* Hinc eleganter Dionys. Hal. de Antiq. Orat. τὸ πεφυκέναι opponit τῷ βούλεσθαι, cum ita cum Lysia comparat Isocratem: ΠΕΦΥΚΕ γὰρ ἡ Λυσίου λέξις ἔχειν τὸ χαρίεν, ἡ δ' Ἰσοκράτους ΒΟΥΛΕΤΑΙ. *In Lysiae dictione est nativa quaedam elegantia, in Isocratis vero, adfectata.*

Secundo, illi infinitivo praemittitur praepositio εἰς cum articulo. Ut, Καλῶς πέφυκε εἰς τὸ μαθεῖν. *Ad discendum pulcre natura ejus est comparata.* sive, *Celeriter arripit ea, quae traduntur.* Vide & Platonem epist. 7. pag. 343. in fine.

Tertio construitur cum praepositione πρός. Ita Epict. Enchir. cap. 38. ΠΕΦΥΚΕ γὰρ ΠΡΟΣ τοῦτο πᾶν ζῶον, τὰ μὲν βλαβερὰ φαινόμενα, καὶ τὰ αἴτια αὐτῶν φεύγειν. *Illud enim naturae omnium animantium insitum est, ut, quae videntur nocitura, eorumque caussas fugiant.* Adde cap. 36. Ἄλλο ΠΡΟΣ ἄλλο ΠΕΦΥΚΕΝ. *Aliud ad aliud natura idoneum est.*

Verbum χαίρω. *Gaudeo*, primo scite admodum construitur cum participio, quod Latine solent vel in infinitivum mutare, vel mutata verborum structura, per nomen efferre. E. G. Apud Plat. in Phaedro, pag. 273. lin. 29. Φεῦ, δεινός γε ἔοικεν ἀποκεκρυμμένην τέχνην ἀνευρεῖν ὁ Τισίας, ἢ ἄλλος, ὅστις δήποτ' ὢν τυγχάνει, καὶ ὁπόθεν ΧΑΙΡΕΙ ὈΝΟΜΑΖΟΜΕΝΟΣ. *Phy! solers quidem in abscondita arte invenienda est Tisias, vel quicunque alius fuerit, vel unde* GAUDET NOMINATUS. i. e. *quocunque alio nomine gaudet*, vel, *nominari velit.* Consentit Athenaeus lib. VII. pag. 277. Ὁ τὴν Τιτανομαχίαν ποιήσας, εἴτ' Εὔμηλός ἐστιν ὁ Κορίνθιος, ἢ Ἀρκτῖνος, ἢ ὅστις δήποτε ΧΑΙΡΕΙ ὈΝΟΜΑΖΟΜΕΝΟΣ. *Qui Titanum pugnam carminibus celebravit, sive, Qui Titanomachiae*

VIII. Verbi χωρεῖν. & compositi ἐγχωρεῖν, hi potissimum usus observandi sunt. Χωρεῖν, καὶ ἐγχωρεῖν.

Pri-

ebiae auctor est, sive is fuerit Eumelus Corinthius, sive Arcti nus sive alio nomine gaudet. Cum participio activo construit Plato in Hipp. min. pag. 369. init. Ἐν ᾗτινι βέλει σοφίᾳ, τοῦτο σκέψαι, ἢ πανουργίᾳ, ἢ ὅτιοῦν ΧΑΙ'ΡΕΙΣ 'ΟΝΟΜΑ'ΖΩΝ. *Specta hoc in qualibet cognitione, sive versutia, aut si qua alia tibi arridet appellatio.*

Haud plane absimili idiomate dixit Horatius lib. Epod. od. 2.

*Ut GAUDET insitiva DECERPENS pyra.*

Secundo, amat verbum ἐάω praecedere, & ἐάω χαίρειν, eleganter pro *omitto*, *praetermitto* ponitur. Sic apud Platonem frequenter, ut in Gorg. pag. 476. in initio. Καὶ ἐγώ σε μόνον ἐπιψηφίζων τὰς ἄλλας 'ΕΩ̃ ΧΑΙ'ΡΕΙΝ. *Et tuam unius sententiam exquirens, alios mitto.* Pro verbo ἐᾷν additur nonnunquam εἰπεῖν, ut apud eundem in Phaedro pag. 272, fin. Καὶ πάντως λέγοντα, τὸ δὴ εἰκὸς διωκτέον εἶναι, πολλὰ 'ΕΙΠΟ'ΝΤΑ ΧΑΙ'ΡΕΙΝ τῷ ἀληθεῖ. *Et in omni oratione probabilia esse persequenda imprimis, nulla veritatis ratione habita*

Tertio, dicitur aliquis χαίρων τὶ ποιεῖν. i. e. *Impune aliquid facere.* Ita Herodot. Erat. cap. 50. Ὅς οὐκ ἔφη αὐτὸν ἐδένα ἄξειν ΧΑΙ'ΡΟΝΤΑ Αἰγινητέων. *Qui negabat, eum GAUDENTEM, i. e. impune quemquam AEginetarum abducturum esse.* Nec multum ab hoc differt id, quod pueri in Morali carmine discunt:

*Nemo diu gaudet, qui judice vincit iniquo.*

Quarto est hujus verbi in infinitivo usus in epistolarum initiis. Cujus moris Cleon narratur auctor fuisse. Moeris in Atticismis Χαίρειν ἐν ἐπιστολῇ πρῶτος λέγεται γράψαι Κλέων Ἀθηναίοις μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν Πύλον. ἔνθεν καὶ τὸ Κωμικὸν ἐπισκώπτοντας εἰπεῖν. Πρῶτος γὰρ ἡμῖν ὁ Κλέων χαίρειν προσεῖπε, πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν. *Χαίρειν in epistolis primus traditur scripsisse Cleon ad Athenienses, postquam Pylum expugnaverat. Hinc etiam Comici scomma: Primus enim nobis Cleon illud χαίρειν objecit, multa mala urbi adferens.* Nec tamen hoc fuit perpetuum; Platoni enim familiare fuit praefigere epistolis εὖ πράττειν· Vide omnino Lucianum pro lapsu inter salut. pag. 197. Pythagorae ὑγιαίνειν. Epicuro, εὖ διάγειν. Consule omnino Scholia ad Aristoph. Νεφ. vs. 609. & Πλοῦτ. vs. 322. & Diog. Laërt. lib. III, p. 223.

Denique verbum χρῆσθαι elegantes admodum constructiones admittit, quas ut tirones facilius intelligant, non alienum videtur hujus verbi unam notionem ubique dominantem, & cum qua caeterae omnes cognationem habent in medium proferre; quae est, *Agere*

Χωρεῖν cum διὰ & gen.

Primus est, simplicis *χωρεῖν*, cum praeposit. διὰ & gignendi casu: idque vel proprie, ut, *διὰ ξίφους καὶ φόνου χωρεῖν*, *per ferrum ac caedes viam moliri, erumpere:* vel metaphorice, ut apud Philon. de Legat. ad Cajum, Ὁ μὲν ἂν ἐκπο-

*Agere aliquid opera alterius, sive rei, sive personae*, quae, tanquam instrumentum, quo quid agimus, in Ablativo ponitur: &, si recte deducimus a nomine χεὶρ, speciatim notabit actionem, quae manibus fit. Hanc sententiam confirmat idioma Graecorum, qui accusativum τί, ταῦτα, πολλὰ, τοιαῦτα, vel similia infinitae significationis vocabula non raro addunt. V. C. Τί χρήσῃ τούτῳ; Ταῦτα, πολλὰ, παντοῖα χρῶμαι αὐτῷ. Verbatim: *Quid ages hac re? Haec, multa, varia ago eo*, i. e. *opera ejus.* Latinius: *In quem usum hoc convertes? In his, multis, variis ejus opera utor.* Nos satis feliciter: **Wat zult gy daar mede doen? Ik doe 'er alles mede.** Auctoritatem si desideras, consule Aristidem, Orat. pro Quatuorviris, pag. 404. Καί τοι ΠΟΛΛΑ' γε καὶ ΠΑΝΤΟΙ͂Α 'ΕΧΡΗ'ΣΑΤΟ 'ΑΥΤΟΙ͂Σ. *Licet multas ac varias res eorum opera gessisset.* Suffragatur Demosthenes, contra Phorm. pag. 590. lin. 44. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω, ΤΙ' ΧΡΗ'ΣΟΜΑΙ ΤΟΙ͂Σ τούτου ΜΑ'ΡΤΥΣΙΝ. *Ego vero, quid cum illis testibus agam, non habeo.* Non ignoro, a multis, ut accusativi ratio constet, intelligi praepositionem εἰς, (videsis Nostrum & Cl. Bos Ellips. Gr. in praepositione εἰς.) in illis tamen generalibus, τί, ταῦτα &c. nunquam, quod sciam, praepositionem adhibuerunt Graeci. Hinc istam, tanquam dominantem notionem suo, h. e. primo loco colloco, quam in omnibus sequentibus aut clare elucere, aut clam subesse, vel parum attendens facile deprehendet. Ad hanc primam refer: Οὐκ ἔχω, ὅτι χρήσομαι ἐμαυτῷ. Proprie, *Non habeo, quod mecum agam:* sive: *Quo me vertam, nescio.* Estque elegans phrasis, qua utitur Plato in Gorg. pag. 486. lin. 10. Οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις, ὍΤΙ ΧΡΗ'ΣΑΙΟ ΣΑΥΤΩ͂Ι. *Finge te non habere, quid agas.*

Secundo: si Dativo personae adverbium addatur, Latini totidem verbis exprimere possunt; dicunt enim: *Ago tecum bene vel male.* i. e. *tracto.* Ita Plut. in v. Cic. p. 865. lin. 33. ΤΟΙ͂Σ ΚΙΝΔΥΝΕΥ'ΟΥΣΙΝ ἀεὶ, καθ' ὅσον οἱ νόμοι παρείκουσι, ΚΕΧΡΗΜΕ'ΝΟΣ 'ΕΠΙΕΙΚΩ͂Σ καὶ ΦΙΛΑΝΘΡΩ'ΠΩΣ. *Semper, quatenus leges permittunt, in reos aequus & benignus quum fuisset.*

Tertio. Si Dativus ille sit rei inanimae, vix ac ne vix quidem citra circumlocutionem Latine reddere poteris. Ita enim modo laudatus Demosthenes de Foed. Al. p. 87. lin. 7. 'ΑΝΕΓΚΛΗ'ΤΩΣ πρὸς ἅπαντας ΧΡΗ͂-

ὑπεσδὰν ἐγεγόνητο Γάϊος, δι' ὑποψιῶν κεχωρηκὼς ἀνηκίστων. *Summotus ac depulsus Cajus fuisset, qui gravissimas in suspiciones venerat.*

Se-

ΧΡΗ͂ΣΘΕ ΤΩ͂Ι ΣΥΜΦΕ'ΡΟΝΤΙ. *Ita utilitatis vestrae rationem habete, ut apud omnes reprehensione careatis.* Abhorret enim a Latino more: *Ita agite cum utilitate;* ficut tamen nuda verba fonant. Ita Fabium dictatorem incusant apud Polyb. lib. 3. ὡς ἀτόλμως χρώμενον τοῖς καιροῖς. *quasi minus audacter usum temporibus.* i. e. *quasi non satis in illo animi sit ad captandas occasiones.* Sic Demosthenem accusat Dinarchus pag. 98. ὅτι ΤΩ͂Ι ΨΕΥ'ΔΕΣΘΑΙ καὶ μηδὲν ὑγιὲς λέγειν 'ΕΤΟΙ'ΜΩΣ ΧΡΗ͂ΤΑΙ. *Eum ad mentiendum & omnia absurda dicenda promptum esse.*

Quarto. Proximum ab hoc locum obtineat elegantissima locutio. Quod enim nostratibus est familiare: **Iemand met alle onderdaenigheid zyn dienst aanbieden / zyn respect bewyzen /** vel si quis alius verborum honor in adornandis obsequiis est in usu, id Graeci: Παρέχειν ἑαυτὸν χρῆσθαι ὅ, τι τις ἂν δέῃ vel βούληται. Haec locutio cum naturali *agendi* notione arctissimam habet cognationem; ita enim verba strictim sonant: *Exhibere se eum, cum quo vel, cujus opera quis omnia, quae velit, sive, cum quo in omnibus pro lubitu agat.* Ita apud Xenophontem Κύρ. παιδ. lib. VIII, cap. I. & 2. Ubi, postquam Chrysantes dixisset, Παρέχωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ΧΡΗ͂ΣΘΑΙ ΚΥ'ΡΩι ὍΤΙ ἂν δέῃ. *Praesto simus Cyro ad omnia, quae velit.* multi hanc sententiam sunt secuti, iisque visum est, τοὺς ἐντίμους ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ θύρας, καὶ παρέχειν αὐτοὺς ΧΡΗ͂ΣΘΑΙ ὍΤΙ ἂν βούληται. *Ut omnes viri principes semper in aula adessent, & ad omnia quaecunque exigerentur obsequia parati essent.* At eadem locutio etiam in malam partem accipitur, cum sermo est de hostibus victis vel sese in fidem tradentibus, de quibus aliquis pro arbitrio statuit. Ita Alexander tyrannos urbium in urbes misit, χρῆσθαι ὅπως ἐθέλοιεν. *ut de iis pro arbitrio statuerent*, apud Arrian. lib. 3. cap. 2. in fine: & cap. 23. Graecorum legatis postulantibus, ut Alexander omnes exteros in fidem reciperet, jussit ut omnes se dederent, ἐπιτρέποντες Ἀλεξάνδρῳ ΧΡΗ͂ΣΘΑΙ ὍΤΙ ΒΟΥ'ΛΟΙΤΟ. **zig op genade aan Alexander overgevende.**

Quinto, χρῆσθαι τῷ Θεῷ est, *oraculum consulere.* Ita apud eundem lib. eod. cap. 4. Ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος τόν τε χῶρον ἐθαύμασε, καὶ ΤΩ͂Ι ΘΕΩ͂Ι 'ΕΧΡΗ'ΣΑΤΟ. *Hic Alexander & miratus est regionem, & oraculum consuluit.* Contra frequentissimus hujus verbi usus est, cum notat *Respondere.* Plat. in Phaed. pag. 95. lin. 10. Πάνυ ἐθαύμασα εἴ ΤΙ ἕξει τις ΧΡΗ'ΣΑ-

Cum ἐπὶ & acc. *Succedere.* Secundus cum paaepofit. ἐπὶ & accuſandi caſu, id eſt, *procedere, ſuccedere;* ut, Ἐπὶ τὸ βέλτιον χωρεῖ τὰ πράγματα. *Res laetiore curſu feruntur.* Quo ſenſu crebro jungitur cum πολὺ, πλεῖον, πλεῖστον, ac fere genitivo ſequente: ut, Ἐπὶ πλεῖστον τῆς παιδείας χωρεῖν. *Plurimum in eruditione proficere:* Χωρεῖν ἐπὶ πλεῖστον δυνάμεως. *Ad maximam potentiam pervenire.*

IX.

ΣΑΣΘΑΙ ΤΩ͂Ι ΛΟ'ΓΩι αὐτοῦ. *Maxime mirabar, ſi quis haberet, quod ad ipſius verba reſponderet.* Hinc ſubſtantivum χρησμὸς, *Oraculum, Divinum reſponſum.* Et haec locutio a prima omnino dependet; quid enim aliud eſt: *Neſcio, quid ad haec verba reſpondeam,* quam (ſi ita loqui fas eſſet,) *Neſcio quid cum his verbis faciam* vel *agam?*

Sexto. Χρᾶσθ' τινι λέγοντι, eſt, *Aliquem inducere loquentem.* Quod diſcere eſt ex Proclo in Platonis Polit. pag. mihi, 389. paulo poſt initium. Ἢ αὐτὸς λέγων, ἢ ἌΛΛΩι ΛΕ'ΓΟΝΤΙ ΧΡΩ'ΜΕΝΟΣ. *Vel ipſe dicens, vel alium loquentem inducens.* At χρᾶσθαί τινι λέγων eſt *aliquem in exemplum citare:* occaſio autem, qua aliquis vel alicujus factum citatur, in quarto caſu ponitur, praemiſſa praepoſitione εἰς ut videre eſt apud Plut. de Herodoti maledic. pag. 858. ΠΙΤΤΑΚΩ͂Ι τοίνυν εἰς μικρὰ καὶ οὐκ ἄξια λόγου ΧΡΗΣΑ'ΜΕΝΟΣ, ὃ μέγιστόν ἐστι τῶν πεπραγμένων τῷ ἀνδρὶ, καὶ κάλλιστον ἐν ταῖς πράξεσι γινόμενον, παρῆκεν. *Pittacum igitur in paucis, iisque memoratu non dignis, allegans, quod praeclariſſimum illius eſt factum, & pulcerrimum viri facinus, id omiſit.*

Septimo. Quod ſi Dativus ſit nominis vitii vel defectus, per verbum *Laboro* Latine effertur. Thucyd. lib. 1, cap. 68. Σωφροσύνῃ μὲν ἔχετε, ἈΜΑΘΙ'Αι δὲ πλείονι πρὸς τὰ ἔξω πράγματα ΧΡΗ͂ΣΘΕ. *Moderationem* (al. *aequitatem*) *quidem habetis, ſed ignorantia majori laboratis in rebus externis.* Huic adde laudatum modo Proclum in Platonis Remp. p. m. 369. lin. 50. Τὴν μέθην διαφθείρειν τά τε σώματα καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ΧΡΩΜΕ'ΝΩΝ. ſc. αὐτῇ. *Ebrietatem perdere & corpora & animas hoc vitio laborantium.*

Octavo. Non abſimile eſt huic ſignificatui, cum V. G. Nauta dicitur χρῆσθαι χειμῶνι i. e. *Conflictari cum tempeſtate.* Dem. de Cor. pag. 341. lin. 12.

Nouo. Mulier dicitur κραυγῇ τε καὶ ὀλολυγῇ ΧΡΩΜΕ'ΝΗ, *quae clamorem & ululatum edit.* Thucyd. lib. 2. cap. 3.

Decimo. Non raro in ſignificatione verbi ἔχω invenitur. Exemplum habet Thucyd. lib. 1. cap. 10. Πόλεως οὔτε ἹΕΡΟΙ͂Σ οὔτε ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΙ͂Σ πολυτελέσι ΧΡΗΣΑΜΕ'ΝΗΣ, *Urbe*

IX. Tertius est, *militaris* ac *bellicus* pro *in hostem ferri*, vel cum praeposit. ἐπὶ, aut πρὸς, & accusandi casu; vel cum adverbio ὁμόσε, & dandi casu, ut ὁμόσε χωρεῖν τῷ πολεμίῳ. Plutarchus, in Romulo, jungit cum ἐναντίως & εἰς ὅπλα, ubi de Romulo, Ἐβούλετο μὲν εἰς τὰ ὅπλα χωρεῖν τοῖς φεύγουσιν ἐναντίως. id est, *Cupiebat fugientibus ex adverso armatus occurrere*. Quod etiam metaphorice dicitur, ὁμόσε χωρεῖν τῷ κινδύνῳ, *objicere se periculo*: ὁμόσε χωρεῖν τῷ ἐναντία φρονοῦντι, *cum eo, qui contrariae opinionis est, collato pede contendere*: vel ὁμόσε ἰέναι, φέρεσθαι, γίνεσθαι, ὠθεῖσθαι. *In hostem ferri.*

X. Quartus usus est, pro *capacem esse*: idque vel accusandi casu, ut apud Philon. de Legat. ad Cajum, Μηδὲ τῆς ἡλικίας χωρούσης ἔγκλημα τοιοῦτον. id est, *Cum ne ipsa quidem aetas ejusmodi crimen caperet* [31]: vel (quod rarius est) cum infinitivo, tuncque χωρῶ, est *possum*; ut, Οὐχ ἱκανῶς τὰ θεῖα νοῆσαι χωροῦμεν. i. e. *Divina satis intelligere non possumus*. *Capacem esse.* *Posse.*

Quintus est, cum impersonaliter sumitur, ut, Οὐ χωρεῖ γενέσθαι τοῦτο. id est, οὐκ ἐνδέχεται, οὐκ ἔχει φύσιν· id est, *Non potest*, aut *non solet hoc fieri*. Quo sensu fere cum dandi *Οὐ χωρεῖ, non potest, non solet.*

*Urbe neque templis, neque aedificiis magnificis instructa.* similiter Aphthonius in Progymn. ΠΡΟΓΟΝΟΙΣ μὲν ΒΑΣΙΛΕΥΣΙΝ ἘΧΡΗΣΑΤΟ. *Habuit reges generis sui auctores.* Hunc verbi usum imitatus est Cic. lib. Rhetoricorum 1. cap. 34. *Navis optime cursum conficit ea, quae scientissimo GUBERNATORE UTITUR.*

Undecimo. Est denique ubi in versione non redditur. Ita enim Thucydides, lib. 2. cap. 34. Οἱ Ἀθηναῖοι ΤΩΙ ΠΑΤΡΙΩι ΝΟΜΩι ΧΡΩΜΕΝΟΙ δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρώτων ἀποθανόντων. *Athenienses patrio instituto publice humarunt eos, qui primi in hoc bello mortui sunt.* Quae locutio, ut hoc denuo inculcem, primigeniam significationis *agendi* sapit originem. Quid enim aliud est, ταφὰς ποιεῖσθαι τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενον, quam, *sepelire, secundum patrium institutum id agentem?* Obiter praeterea hic observari velim, verbum ποιέω cum accusativo ταφὰς constructum, idem significare, quod verbum ipsum θάπτω. Vide, quae notavi supra ad Sect. 10. R. 9.

31 Ita μεταφορικῶς· at citra metaphoram ita Plato ait in Symposio pag. 214. Ψυκτῆρ πλέον ἢ ὀκτὼ κοτύλας χωρῶν. *Psycter plures quam octo Cotylas capiens.*

32 Hinc

di casu jungitur, significatque *locum*, aut *facultatem non esse*, ut ὀ χωρεῖ μοι περιπατοῦντι. *mihi satis ad ambulandum loci non est* [32].

Ἐγχωρεῖν, imper-sonale.

XI. At ἐγχωρεῖν, longe saepius impersonaliter sumitur: idque, vel absolute: ut, καθόσον ἂν ἐγχωρῇ, *quatenus licuerit:* aut cum infinitivo, praecedente accusativo, vel dativo, vel utroque simul: Plato 3. de Republ. " οὐ γὰρ, οἶμαι, σώματι σῶμα θεραπεύουσι. ὀ γὰρ ἂν αὐτὰ (Medicorum corpora) ἐνεχώρει κακὰ εἶναί ποτε, καὶ γενέσθαι. ἀλλὰ ψυχῇ σῶμα· ἣ οὐκ ἐγχωρεῖ κακὴν γενομένην τι, καὶ οὖσαν, εὖ τι θεραπεύειν. δικαστὴς δέ γε ψυχῇ ψυχῆς ἄρχει, ἣ οὐκ ἐγχωρεῖ ἐκ νέας ἐν πονηραῖς ψυχαῖς τεθράφθαι, &c. i. e. *Nec enim* (*Medici*) *opinor, corpore corpus curant*, (*alioqui mala, hoc est, morbis obnoxia corpora, nec habere, nec habuisse deberent:*) *sed animo corpus: qui si malus fuerit, & est*; (malum autem intelligit, vel improbitatis, vel ignorantiae,) *recte aliquid curare non poterit. At Judex, animo imperat animo, quem proinde non oportet a juventute cum improbis animis educatum esse.* Quem locum, meo judicio, Interpretes male habuerunt.

C A-

32 Hinc sponte sequitur sextus usus, quo *succedere* notat. Occurrit apud Polyb. lib. II. Κατὰ λόγον σφισι ΧΩΡΗΣΑΝΤΩΝ τῶν πραγμάτων. *Ex sententia rebus succedentibus.* His subjungo notandam phrasin: ἐχώρει ἐμοῦ τὰ δάκρυα. *Obortae sunt mihi lacrymae.*

33 Pag. 408, in fine.

34 Ad-

Digitized by Google

# CAPUT SEXTUM.

## DE PARTICIPIO.

## SECTIO I.

### *De Participio in universum.*

### REGULA I.

Participium pro opt. aut subjunct.

PLURIMOS eosque perelegantes participium usus habet apud Graecos.

Primo, si cum particula ὡς conjungatur, [34] vicem optativi

34 Adde in Accusandi casu, qualis structura apud Graecos crebro occurrit. Vid. Aristid. pro Quatuorv. pag. 220. Ὡς τὸ μὲν εἶναι ῥήτορα τοῦτο ὌΝ, ὅπερ ἦν ὁ Περικλῆς, αὐτοῖς δὲ οὐκ ἐξ ἴσου ΤΗΝ ΤΥΧΗΝ ΟΥ̓͂ΣΑΝ. *Perinde ac si oratorem esse, idem esset, quod Periclem esse, & ipsis non eadem esset fortuna.* Estque hic idiotismus frequentissimus Confer Pauf. in Boeot. pag. 561, lin. 40, & 593, lin. 26. & Arrian. de Exp. Al. lib. III. cap. 24. Πολλοὶ δὲ αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ ὄρη κατέφυγον, ὩΣ πρὸς ταῦτά γε οὐχ ἭΞΟΝΤΑ ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΝ. *Multi etiam illorum ad montes confugerant; perinde acsi Alexander eo non esset perventurus.* Ne tamen hic temere agant tirones; nam si participium refertur ad personam, quae immediate praecedit, regulariter pro Accusativo erit Nominativus vel alius casus cum suo substantivo conveniens; regulariter, inquam, quia quandoque Participium ad praecedentem Personam spectans, neglecto ejusdem casu, in Accusativo ponitur. v. infra R. 12. sed hoc raro fit, & tunc, cum inde nulla oriri potest ambiguitas. At si Personarum est diversitas, diversus etiam est Participiorum casus, & alterum cum praecedenti persona convenit, alterum in Accusativo ponitur. Ratio est, quod accusativus ille ponatur pro genitivo absoluto. Luculentus est Thucydidis locus lib. IV, cap. 5. qui hanc differentiam clarissime ostendit. Οἱ δὲ ἑορτήν τινα ἔτυχον ἄγοντες, καὶ ἅμα πυνθανόμενοι ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο, ὩΣ, ὅταν ἐξέλθωσιν, ἢ ΟΥ̓Χ ὙΠΟΜΕΝΟΥ͂ΝΤΑΣ σφᾶς, ἢ ῥᾳδίως ΛΗΨΟΜΕΝΟΙ βίᾳ. *Illi vero [ Lacedaemo-*

tivi gerit, aut subjunctivi: ut, ὡς τὸν ἄνδρα κρύβδην ὑπεκφυγεῖν μηχανώμενον, *quasi homo sese clam subducere moliatur*, pro ὡς ἂν ἀνὴρ μηχανήσαιτο.

Partic. impersonalia.

II. Secundo, sine particula ὡς, accusativus in neutro participii verbi impersonalis usurpari solet, ἐλλειπτικῶς, deficiente κατά: ut, τό γε δοκοῦν ἐμοί, *ut mihi quidem videtur*: δόξαν ἐμοὶ ἐς χωρίον ἀσφαλέστερον μεταβῆναι, *cum securiorem in locum me recipere statuissem*: ubi tamen δόξαν, pro genitivo absoluto ponitur.

Ἐξόν, ἐνόν, παρόν, cum liceat, vel liceret.

Idem est usus trium istorum, ἐξόν, ἐνόν, παρόν, *cum liceat, vel liceret*: ut, ἐξὸν αὐτῷ περὶ τῆς νίκης ἀπὸ τῶν ἴσων ἀνθαμιλλᾶσθαι, *cum ei liceat*, vel, *liceret aequis viribus de victoria contendere*. Aristid. initio Panathen. subobscure, Οὓς τινας ἂν τροφέας προτέρους ὑμῶν ἄγοι τις, (δοκοῦν γε δή πως εἰς Ἕλληνας τελεῖν) οὐ ῥάδιον εὑρεῖν. *Quos vobis priores nutritios habeat, (qui quidem Graecos inter censeri possint) non facile quisquam inveniat* [35].

III.

monii] *forte festum aliquod agebant, simulque cognito [hostium conamine] hoc contemnebant, quasi, cum exiissent, vel suum adventum non exspectarent [hostes] vel ipsi facile vi expugnarent.* Ubi ὑπομεινάντας in quarto casu, quia diversi a Lacedaemoniis intelliguntur, & ληψόμενοι in Nominativo, quia refertur ad eandem personam, quae praecedit. Nam ὑπομενόντων dicere potuisset in Genitivo absoluto, non autem ληψομένων. Eodem modo lib. VI. cap. 24. Καὶ ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι, τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις, ὡς ἢ ΚΑΤΑΣΤΡΕΨΟΜΕΝΟΙΣ ἐφ' ἃ ἔπλεον, ἢ οὐδὲν ἂν ΣΦΑΛΕΙ͂ΣΑΝ μεγάλην δύναμιν. *Desiderium cepit omnes pariter abeundi, ac seniores quidem, tanquam vel ea, ad quae contenderent, in suam potestatem redacturos, vel exercitu, qui magnus erat, nullam cladem accepturo.* Ubi similiter καταστρεψομένοις praecedenti πρεσβυτέροις, ad quod refertur, casu respondet; σφαλεῖσαν autem absolute in Accusativo pro Genitivo absoluto, qualem constructionem cernere est in Enchir. Epict. cap. 29. Παρασκεύαζε αὐτόθεν, ὡς ΚΑΤΑΓΕΛΑΣΘΗΣΟΜΕΝΟΣ, ὡς ΚΑΤΑΜΩΚΗΣΟΜΕΝΩΝ σου ΠΟΛΛΩ͂Ν, ὡς ἘΡΟΥ͂ΝΤΩΝ, ὅτι &c. *Ita te para, tanquam futurum, ut deridearis, & multis ludibrio sis, dicturis* &c. Idem observandum, praecedente particula ὥσπερ· cujus exemplum quaere supra init. cap. 3.

35 Clarius Epictetus apud Arrian. lib. III, cap. 26. Ἦλθον, ὅτ' ἐκείνῳ ἔδοξεν, καὶ ἄπειμι πάλιν ἘΚΕΙ͂ΝΩι ΔΟΚΟΥ͂Ν *Veni, quando illi ita visum est, & abeo rursus, cum ita illi videtur.* Et Plato lib. VI.

III. Eodem modo usurpatur διαφέρον, *cum intersit*, vel *interesset*: ut; πολύ γε διαφέρον τῷ στρατευομένῳ, τὸν στρατηγὸν τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ὑπὲρ τῶν κοινῶν φείδεσθαι: *Cum exercitus plurimum intersit*, vel *interesset*, *Imperatorem saluti suae reipub. causa parcere.* Eodem quoque modo ἐνδεχόμενον accipitur, ut, ἐνδεχόμενον, τόνγε μὴ ῥαθυμοῦντα, τῆς πολυμαθίας ῥᾳδίως εὖ ἥκειν. *Cum fieri soleat*, vel *possit*, *ut qui minime piger & ignavus fuerit, is facile ad magnae eruditionis laudem perveniat.* Διαφέρον, cum intersit. Ἐνδεχόμενον.

IV. Similis est usus participior. ἐγχωροῦν, παρατυχὸν, & παρατυχὸν, quae pro eodem fere sumuntur, id est, *ubi liceat*, Ἐγχωροῦν.

VI. de Rep. pag. 487. Οὐκ οἶδα, ἀλλὰ ΤΟ ΣΟΙ ΔΟΚΟΥΝ ἡδέως ἂν ἀκούοιμι. *Nescio, sed si ita tibi videtur, audire gestio.* Participii δόξαν exemplum habet Pausanias in Achaicis, pag. 398. ΔΟΞΑΝ δὲ σφίσιν ἀνενεγκεῖν ἐς τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖς, δίδωσι Μέδοντι ἡ Πυθία βασιλείαν τὴν Ἀθηναίων. *Cum autem illis visum esset rem ad oraculum Delphicum referre, dedit Pythia regnum Atheniensium Medonti.* Jam ut trium posteriorum ἐξὸν, ἰὸν, παρὸν, auctoritas constet, vid. Isocrat. Paneg. pag. 132. Οἵ τινες οὕτω περὶ μικρῶν κινδυνεύομεν, ἘΞΟΝ ἀδεῶς πολλὰ κεκτῆσθαι. *Qui ob res minutas adeo periclitamur, cum liceat multa secure possidere.* Et Demosth. adv. Phorm. pag. 588. ἘΞΟΝ δ' αὐτῷ ἀμφοτέρωθεν Ἀθήνησιν ἀποδοῦναι τὸ ἀργύριον. *Cum ei liceret pecuniam ultro citroque creditam Athenis reddere.* In Act. Apost cap. II, com. 29. videtur poni pro ἔξεστι. Participium ἰὸν occurrit apud AElian. lib. XIII. cap. 38. de Alcibiade. Εὔηθες τὸ ἔχοντα δίκην μὴ ἀποφυγεῖν, ἘΝΟΝ φυγεῖν· *Stultum esse, crimine accusatum non effugere, cum fugere possit.* Παρὸν habet Lucian. ΠΑΡΟΝ αὐτῷ καθ' ἐξουσίαν κομᾶν. *Cum liceret ei voluptatibus obsequi.* Aristid. pro Quatuorv. pag. 248. Καὶ ΠΑΡΟΝ εἰρήνην ἄγειν, οὐδαμοῦ τὸν πόλεμον προῃρεῖτο. *Et cum liceret pacem agere, neutiquam bellum praeoptabat.* Pro iisdem etiam adjectivum δυνατὸν itidem impersonaliter ponitur, ut apud Plat. de Rep. lib. VII. pag. 519. prop. fin. Ποιήσομεν αὐτοὺς χεῖρον ζῆν, ΔΥΝΑΤΟΝ αὐτοῖς ἄμεινον. *Efficiemus, ut pejus vivant, cum melius possint.* His addo aliud compositum ex verbo εἰμὶ, μετὸν, cujus idem, qui superiorum, usus est. Pauf. in Ach. pag. 398. Οὐδὲν σφισι γένους τῶν Ἰώνων ΜΕΤΟΝ. *Cum nulla Jonas cognatione contingerent.* Pro quo dicitur etiam: Οὐ μετὸν σφισι τοῦ γένους. In his subaudit Noster κατὰ, Cl. L. Bos, μετὰ· mihi in quibusdam praepositionis κατὰ, in aliis τῆς μετὰ potior videtur ellipsis.

*ceat*, *cum liceret*, *si quando res tulerit*, & simil. ut, ἐγχωροῦν δι' ὀλίγων ἀφικέσθαι τῶν ἡμερῶν, *cum liceat*, vel *liceret*, *pau-*
Παρασχόν. *cis diebus pervenire*. Sic παρασχὸν ἀπηλλαχέναι τοῦ κινδύνου, *si liceret*, vel *licuerit hoc liberari periculo*. Thucyd. lib. 1. pag. 77. [16] jungit εὖ παρασχὸν, id est, *si res fauste successerit*: Ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν· ἀγαθῶν δὲ, ἀδικουμένους, ἐκ μὲν εἰρήνης πολεμεῖν, εὖ δὲ παρασχὸν, ἐκ πολέμου πάλιν ξυμβῆναι· id est: *Hominum quippe moderatorum est, ubi laedantur nihil, quiescere: fortium vero, si injuriam patiantur, ex pace ad bellum se convertere: tum, ubi res successerit, iterum ex bello in gratiam redire.*

Παρατυχόν. V. Sic παρατυχὸν ἀκονιτὶ ἁρπάσαι τὴν νίκην, id est, *cum liceat victoriam sine pulvere consequi*. Idem Thucydid. lib. 1. pag. 51. Τῷ δικαίῳ λόγῳ νῦν χρῆσθε, ὃν οὐδείς πω (παρατυχὸν ἰσχύϊ τι κτήσασθαι) προθεὶς, τοῦ μὴ πλέον ἔχειν ἀπετράπετο. *Nunc aequi boni rationem objicitis: quam quidem nemo adhuc (cui modo liceret, vi aliquid obtinere) ita potiorem duxit, ut propter eam ab augendis possessionibus abstinuerit* [37].

VI.

36 Cap. 120.

37 Eandem constructionem sequitur participium δεδογμένον apud Thucyd. lib. 1. cap. 125. Τὸ πλῆθος ἐψηφίσαντο πολεμεῖν. ΔΕΔΟΓΜΕ΄ΝΟΝ δὲ αὐτοῖς, εὐθὺς μὲν ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν ἀπαρασκεύοις οὖσιν. *Vulgus bel lum gerendum decrevit. Cum autem ita illis visum est, statim tamen bellum suscipi non poterat, quippe qui imparati erant.*

Idem patitur participium δέον. Demosth. de Cor. pag. 353. lin. 40. Ἀλλὰ ΔΕ΄ΟΝ ποιεῖν αὐτοὺς τὸ περίδειπνον, ὡς παρ' οἰκειοτάτῳ τῶν τετελευτηκότων. τοῦτ' ἐποίησαν παρ' ἐμοί. *Sed quum oporteret eos parentalia agere, id apud me, ut qui cum de funtlis fueram conjunctissimus, fecerunt.* Et contra Phorm. pag. 585. lin. 45. ΔΕ΄ΟΝ δ' αὐτὸν καταγοράσαι φορτία Ἀθήνηθεν μνῶν ἑκατὸν δεκαπέντε. . . . οὐ κατηγόρασεν ἀλλ' ἢ πεντακισχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν. *Cumque eum oporteret coëmere onera Athenis minis centum & quindecim, non amplius mercatus est quam quinquies mille & quingentis drachmis.* Nec tantum in praesenti, sed & in aoristo ά. Ita Aristides, Orat. pro Qua tuorviris, pag. 342. Τειχίσαι τε ΔΕΗ͂ΣΑΝ, μόνος ἐξ ἁπάντων εὗρεν, ὅπως δυνήσοιτο. *Cumque [urbem] munire oporteret, unus ille ex omnibus, qua ratione id fieri posset, invenit.* Sic idem participium eodem tempore in significatione *egendi* constructum impersonaliter apud eundem, epist. de Smyrna, pag. 295. Ἔτι δὲ ἐσθῆτος ΔΕΗ͂ΣΑΝ ὑμετέρῳ στρατοπέδῳ,

VI. Usurpatur etiam participium pro gerundiis in *do*, Particip.
vel pro auferendi casu, praesertim participii vocis passi- pro ger.
vae: ut apud Xenophontem de Agesilao. Αἱρεῖσθαι ἐπιόν- in do,
τα μᾶλλον, ἢ ὑπομένοντα μάχεσθαι αὐτῷ. id est, *Malle cum eo* vel ab-
*dimicare*, *expeditionem adversus illum suscipiendo*, *quam* lat.
*illius sustinendo*. Sic, προαιρετέον ἂν εἴη ὀλίγους τινὰς φιλοπονοῦντα τοὺς ἐνιαυτοὺς, τῆς εὐφημίας, ἢ κἂν πλείστους ῥαθυμοῦντα, δυσφημίας ἀπολαύειν, id est, *praestabilius omnino fuerit*, *paucis annis laborando*; vel *paucorum annorum labore*, *gloriam*, *quam multis otiose traductis*, *ignominiam reportare* [38].

VII.

δῳ. . .. πρὸς τοὺς στρατιώτας τοὺς χιτῶνας ἐνείμαντο. *Deinde*, *cum vester exercitus vestimentorum in digeret*, *inter milites tunicas distribuerunt*.

Idem patitur participium προσῆκον, *cum oporteat*. Idem Aristides de Quatuorviris, pag. 463. Καὶ μέγιστον τοῦτο σύμβολον πεποίηκε τοῦ μηδὲν βελτίους ὑπ' αὐτῶν Ἀθηναίους γεγονέναι, ΠΡΟΣΗ͂ΚΟΝ &c. *Et hinc quam firmissime concludit*, *Athenienses ab ipsis nihilo meliores redditos fuisse*, *cum debuerint*, *si ipsi justi erant*, *eos tales reddere*.

Nec non participium προσταχθὲν, *cum mandatum erat*. Ita Lysias in Nicomach. Τίς οὐκ οἶδεν, ὅσα τὴν πόλιν ἐλυμήνατο; ΠΡΟΣΤΑΧΘΕ'Ν γὰρ αὐτῷ τεσσάρων μηνῶν ἀναγράψαι τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος, ἀντὶ μὲν Σόλωνος αὐτὸν νομοθέτην κατέστησεν. *Quis ignorat*, *quantum intulerit detrimentum Reip.? Nam cum jussus erat Solonis leges exscribere intra quatuor mensium spatium*, *pro Solone se ipsum legislatorem fecit*.

His addas participium συγχωρηθὲν impersonaliter orationi insertum. Arrian. de Exp. Al. lib. I. cap. 18. in fine. Γνοὺς, ὅτι ὁμοῦ τοῖς αἰτίοις καὶ οὐ ξὺν δίκῃ τινὰς, τοὺς μὲν κατ' ἔχθραν, τοὺς δὲ καθ' ἁρπαγὴν χρημάτων ἀποκτενεῖ, ΞΥΓΧΩΡΗΘΕ'Ν αὐτῷ, ὁ δῆμος. *Animadvertens*, *populum una cum sontibus etiam quosdam immerito*, *partim odio*, *partim spe praedae*, *interempturum*, *si illi potestas esset facta*. Hic eleganter substantivum, δῆμος periodum claudit, de quo supra Cap. III. Sect. I. §. 2. Idem si patiuntur alia participia, est Atticismus, de quo vide in fine hujus Sectionis. Caeterum hoc idioma Graecorum exprimere voluisse creditur Maro lib. AEn. XI, vs. 383.

*Proinde tona eloquio*, *SOLITUM tibi*; *meque timoris*
*Argue tu Drance*. - - -

Quasi Graece diceres, εἰωθός.

38 Adde locum ex Thucydide lib. I. cap. 13. in fine. Φωκαεῖς Μασσαλίαν οἰκίζοντες, Καρχηδονίους ἐνίκων ΝΑΥΜΑΧΟΥ͂ΝΤΕΣ. *Phocaenses*, *Massiliam dum conderent Carthaginienses vicerunt praelio navali*, vel

Partic. cum τίς interr.

VII. Participium aliquando jungitur cum nomine τίς, interrogante [39] in omni genere, numero & casu, more La-

vel *navali praelio pugnantes.* Aliquando tamen Latinorum structura ablativum pati non videtur, sed per conjunctionem *quod* exponere tunc solent. E. G. In oratione AEschinis contra Ctesiph. occurrunt hoc modo duo participia, quorum alterum per auferendi casum, alterum per conjunctionem reddendum est. Verba sunt pag. 284. Τὸ δὲ τῆς συμμαχίας ὄνομα ὑπερέβησαν, οὐκ ΕΠΙΛΕΛΗΣΜΕΝΟΙ, ἀλλὰ καὶ τὴν εἰρήνην ἀναγκαιοτέραν ἢ καλλίω ΥΠΟΛΑΜΒΑΝΟΝΤΕΣ εἶναι. *Societatis autem nomen omiserant, non ex oblivione, sed etiam, quod pacem magis necessariam, quam honestam putabant.*

39 Et hic & alias, ubi generalioribus regulis aliquid comprehendi ac doceri potest, versatur nimium Noster circa specialia. Hinc fit, ut regularum numerus citra necessitatem crescat, & discentium memoria gravetur. Ideoque in opere hoc, ubi hic illic, qui ad unam regulam revocari potest, idem idiotismus per multas dispergitur, in unam generaliorem cogere conatus fui. Vide, quae notavi supra ad Cap. V. Sect. 6. R. 8. & Sect. 7. R. 10. & Sect. 10, R. 9. & infra ad Cap. IX. Sect. 2. R. 5. Eodemque, quo alibi, modo hunc elegantem participii usum ad solum nomen τίς interrogans refert, cum etiam in eadem acceptione cum alio nomine & particulis jungi possit. Patet hoc vel ex ipsis Auctoris nostri verbis: etenim in primo exemplo participium ὢν non modo cum nomine τίς, sed etiam cum adverbio πόθεν conjungitur. Similiter in exemplo secundo, quemadmodum interrogamus, Τί βουλόμενος αὐτὸν λοιδορεῖς; cur eodem idiomate non liceret responderi? ΤΟΥ͂ΤΟ βουλόμενος αὐτὸν λοιδορῶ. *Hoc volens illum conviciis adficio.* i. e. *Eo conviciis adficiendo hoc sequor:* seu potius: *Eo animo illum conviciis adficio.* Sic pro, ΤΙ' παθὼν εἰς τοῦτο τῆς ἀναιδείας ἦλθεν; secundum eandem syntaxin cum adverbio πῶς loqui nobis permittunt Graeci: ΠΩ͂Σ διακείμενος τὸ ἀναγκαῖον πέρας τῆς ζωῆς ἐξ δέξατο; *Quomodo adfectus*, sive, *Quo animo fatalem vitae terminum excepit?* Dicamus ergo, quodvis participium cum quibusdam nominibus, particulis, imprimis his interrogativis, τίς; πῶς; πόθεν; πότε; & pronomine τοῦτο, itemque τὰ καὶ τὸ, & simili construi ante verbum eo modo, quem familiaris Latinorum sermo vix ac ne vix quidem admittit. Operae pretium est unumquodque exemplis illustrare, &, si qua mihi in probatis scriptoribus occurrit, auctoritate munire. Ita participium conjungitur cum nomine

Τίς,

Digitized by Google

Latinis parum usitato: v. g. τίς ὢν, καὶ πόθεν ἐπιχειρεῖς ταυτωὶ; *quis existens*, id est, *qui homo*, & *unde*, *hoc aggrederis*? Sic, τί βουλόμενος αὐτὸν λοιδορεῖς; *quid volens ipsi conviciaris*? *quid sequeris eo conviciis afficiendo.* Sic, τί ποιήσας κατεγνώσθη θάνατον; *quodnam ob facinus morte damnatus est*? Sic, τί παθὼν εἰς τοῦτο τῆς ἀναιδείας ἦλθεν, *quid passus*, id est, *quo animo*, *quo sensu*, vel *quo affectus incommodo*, *eo devenit impudentiae*? Demosthenes cum illo τί genitivum absolutum participii conjungit; Olynth. 2. Τί ποιούντων ὑμῶν ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν οὗτος; *Quid facientibus vobis hoc tempus omne consumptum est*? id est, *quid egistis toto hoc tempore*? aut *qua in occupatione vestra*, &c.

VIII.

Τίς; apud Aristoph. in Nub. vs. 890. Ἀπολεῖς σύ; ΤΙ´Σ ὬΝ; *Tune perdas? Quis homo?* Cum neutro τί; apud Demosthenem de Cor. p. 316. l. 17. ΤΙ´ γὰρ καὶ ΒΟΥΛΟ´ΜΕΝΟΙ μετεπέμψασθε ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τοῦ καιροῦ; *Quid volentes*, i. e. *Quorsum*, *qua de caussa eos hoc tempore arcessistis?* Ubi, τί βουλόμενοι, pro, τίνος ἕνεκα· quemadmodum haec duo idem conjungit in eadem oratione, pag. 338. lin. 10. ΤΙ´ΝΟΣ ἝΝΕΚΑ ταῦτ' ἔπραττεν ὁ Φίλιππος καὶ ΤΙ´ ΒΟΥΛΟ´ΜΕΝΟΣ; *Qua de caussa haec fecit Philippus*, & *quid sibi voluit*? Eodem modo participium ἀποβλέπων eleganter construitur. V. C. ΠΡΟ`Σ ΤΙ´ ἂν ἈΠΟΒΛΕ´ΠΟΝΤΕΣ ἀποψηφίσεσθε τὴν γραφήν; *Ad quid respicientes*, i. e. *Quorsum abolebitis criminationem*? vel, *Quae res vos movet*, *ut* &c. Apud AEschin. in Orat. contra Ctesiph. pag. 307. lin. 4. Cum adverbio πῶς; construitur apud Aristidem Orat. pro Quatuorviris, pag. 268. Ὥσπερ Πλάτων εἴωθεν ἐρωτᾶν, ΤΙ´ διδάσκων, ἢ ΤΙ´ συμβουλεύων ἐποίει βελτίους Ἀθηναίους, ἢ ΠΩ͂Σ ἈΓΩΝ καὶ ΤΡΕ´ΦΩΝ ἐκ νέων εὐθύς; *Ut Plato solet rogare: Quid docens*, *vel quid consulens*, i. e. *Qua doctrina*, *quibusve consiliis*, *vel quomodo ducens* & *educans*, i. e. *quo ductu* & *qua mox a pueris educatione meliores reddidit Athenienses?* Cum pronomine τοῦτο, eodem modo construi, patebit ex exemplo mox e Platone citando. Cum adverbio πότε· Ut: ΠΟ´ΤΕ ἘΛΘΩ`Ν ὡς ἐπικαίρως παρέσομαι. Ad verbum: *Quando veniens quam opportune adero?* h. e. *Quodnam maxime opportunum adeundi tempus captabo?* Cum τὸ καὶ τὸ in Orat. ex Aristide modo citata, pag. 267. Ἔβλαψέ με ὁ δεῖνα ΤΟ` ΚΑΙ` ΤΟ` ΠΟΙΗ´ΣΑΣ. *Laesit me quidam hoc vel illo facto.* Nec minus gratum hoc auribus Graecis est idioma, cum participium & verbum ejusdem vo-

VIII. Sic apud Atticos maxime, subjunctivus articulus, aut vox ei significatione respondens, ut οἷος, ὁποῖος, ὅσος, praemittitur participio, in eo casu, quem participium exigit, praecedente ut plurimum aliqua praepositione: ita ut vix Latine phrasis reddi possit. Demosthenes pro Corona: Οὐδ' ὑπὲρ οἷα πεποιηκότων ἀνθρώπων κινδυνεύσετε, διαλογισάμενοι. *Nec reputantes ipsi vobiscum quidnam egissent illi, quorum causa periculum adiretis.* Ita enim haec locutio resolvi debet, οἷα πεποιήκοιεν ἂν οἱ ἄνθρωποι, ὑπὲρ ὧν κινδυνεύσετε. Sic, λόγον ἑαυτῷ διδοὺς, περὶ ὅσα, vel οἷα κατωρθωκότα στρατηγὸν ὁ πόλεμος ἐστιν. *secum diligenter aestimans, quam multa feliciter peregisset Imperator, quo cum id bellum gerendum esset.*

IX. Participium, in oratoriis praesertim interrogationibus, cis conjunguntur. Ita eleganter Plato de Rep. lib. 1. pag. 331. prop. fin. Τί φῂς τὸν Σιμωνίδην ΛΕΓΟΝΤΑ ὀρθῶς ΛΕΓΕΙΝ περὶ δικαιοσύνης; Ὅτι, ἦ δ' ὅς, τὸ τὰ ὀφειλόμενα ἑκάστῳ ἀποδιδόναι δίκαιόν ἐστι, ΤΟΥΤΟ ΛΕΓΩΝ δοκεῖ ἐμοὶ καλῶς ΛΕΓΕΙΝ. *Quale illud dicis esse praeclarum, quod Simonides dixit de Justitia? Unicuique, inquit, quod suum est, tribuere, justum esse. Hoc mihi a Simonide praeclare dictum videtur.* Verbatim ita: *Quid dicentem, ais, Simonidem recte dixisse* &c. Et: *Hoc dicens videtur mihi pulcre dixisse.* Hoc modo in sermonibus τῶν διαλεγομένων scite admodum alter utitur participio ejusdem verbi, quo alter modo usus est. Ita apud eundem libro eodem, pag. 334. in fine: ubi Polemarchus ait: Κινδυνεύομεν οὐκ ὀρθῶς τὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν ΘΕΣΘΑΙ. Respondet Socrates: ΠΩΣ ΘΕΜΕΝΟΙ, ὦ Πολέμαρχε; *Videmur non recte definivisse amicum & inimicum. Quomodo ergo definivimus?* Quin etiam participio plura simul vocabula praemitti possunt. Sic apud eundem de Rep. lib. 3. pag. 404. prop. fin. Ὅλην γὰρ, οἶμαι, τὴν τοιαύτην σίτησιν καὶ δίαιταν τῇ μελοποιίᾳ τε καὶ ᾠδῇ, τῇ ἐν τῷ παναρμονίῳ καὶ ἐν πᾶσι ῥυθμοῖς πεποιημένῃ ἈΠΕΙΚΑΖΟΝΤΕΣ, ὀρθῶς ἂν ἈΠΕΙΚΑΖΟΙΜΕΝ. *Universam enim, arbitror, talem victus ac diaetae rationem si cum Lyricis carminibus aliisque canticis, quae harmonia omnibusque rhythmis constant, conferamus, recte nos esse collaturos.* Nonnunquam participium sequitur, ut apud Aristot. de Rep. lib. II, cap. 9. ΤΩι ΔΕ περὶ τοὺς ναυάρχους νόμῳ καὶ ἕτεροί τινες ἘΠΙΤΕΤΙΜΗΚΑΣΙΝ, ὀρθῶς ἘΠΙΤΙΜΩΝΤΕΣ. *Legem quoque de navium praefectis alii nonnulli reprehenderunt; & merito.* Nec huic syntaxi absimile est, quod habetur infra Sect. 4. R. 4.

bus, respondens praecedenti nomini, vel pronomini eodem in casu, resolvi debet per verbum, cujus participium est. Demosthen. saepius, ut orat. pro Coron. [40] Ἐγώ σοι ξενίαν Ἀλεξάνδρου; πόθεν λαβόντι; ἢ πῶς ἀξιωθέντι; *Ego ut tibi hospitalem cum Alexandro necessitudinem objiciam*? (subauditur enim ὀνειδίζω,) *unde tu tandem eam tibi parare, vel ea dignus esse potuisses*? ubi πόθεν λαβόντι; pro πόθεν ἂν αὐτὴν σύ γε λάβοις; Gallic. *Et où l'aurois tu prise*? Sic, πῶς ἀξιωθέντι; pro πῶς ἂν αὐτῆς ποτ' ἀξιωθείης.

Idem ibid. Σοὶ δὲ τῆς ἀρετῆς, ὦ κάθαρμα, ἢ τοῖς σοῖς, τίς μετουσία; ἢ μὴ τοιούτων, τίς διάγνωσις; πόθεν λαβόντι; ἢ πῶς ἀξιωθέντι; *Tibi autem, ô labes, vel etiam tuis, quodnam esse possit cum virtute commercium? aut qui tandem eos, qui tales non sint, designare posses*? &c. Ubi hoc etiam notandum, πόθεν λαβόντι; & πῶς ἀξιωθέντι, ad pronomen σοὶ tantum referri; licet, interjectum sit; ἢ τοῖς σοῖς [41].

X. Participium [42] cum verbo λανθάνω conjunctum, per verbum explicari debet; verbum vero λανθάνω, per adverbium *clam*, & *occulte*, ut, ἔλαθε τῆς ἐκκλησίας ὑπεκρυείς, *sese clam e concione subduxit*. Sic, ἐλάνθανεν ὑποδυόμενος τοὺς ἐν τῷ τέλει, *clam se ac furtim in magistratuum benevolentiam insinuabat*.

XI. Participium masculinum, multitudinis numeri, cum nomine singulari & foeminino, sed multitudinem significante, jungi potest: ut apud Lucian. Ἡ πόλις ἅπασα κεχηνότες ἀκούει, pro κεχηνυῖα ἀκούει. *Urbs universa biantibus audit auribus*.

XII. Aliquando, sed rarius, participii casus in accusativum mutatur, licet praecedat nomen, aut pronomen, aut aliud participium in diverso casu: idque vel cum particula ὡς, vel sine illa. Cum illa quidem: Aristotel. Οὐδὲ τοῖς συνδιαμένουσιν ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἀξιοῦσι πιστεύειν, ὡς ἐξαπατῶντας, pro ἐξαπατῶσι· *Nec iis, qui simul in calamitate ver-*

40 Pag. m. 320.

41 Hoc modo participium Imperativi vicem obtinet in illo Platonis Phaedr. p. 228. l. 36. Ἕκαστον ἐφεξῆς δίειμι, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου. ΣΩΚΡ. ΔΕΙΞΑΣ γε πρῶτον, (pro δεῖξον,) ὦ φιλότης, τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχεις ὑπὸ τῷ ἱματίῳ. *Singula ordine percurram, incipiens ab origine. SOCR. Ostende, amabo, primum, ecquid illud sit, quod sinistra gestas sub veste.*

42 Repetit Auctor ea, quae supra docuit Cap. V. Sect. 8, Regula 3, ubi consule notas.

 43 Quo-

*versantur*, *fidem habendam putant*, *quasi fallentibus.* At sine illa, Demosthen. Olynth. quad. Οὐ προσεκτέον ὑμῖν τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας. &c. pro εἰδόσι, nam praecessit ὑμῖν. id est, *Negligenda vobis illorum oratio est*, *cum sciatis*, &c. 43

XIII.

43 Quoniam hoc rarum est, addam aliud atque aliud. sic Herodot. Erat. cap. 109. ita: Ἐν σοὶ νῦν, Καλλίμαχε, ἐστι, ἢ καταδουλῶσαι Ἀθήνας, ἢ ἐλευθέρας ΠΟΙΗΣΑΝΤΑ μνημόσυνον λιπέσθαι ἐς τὸν ἅπαντα ἀνθρώπων βίον. *In tua nunc potestate*, *Callimache*, *est*, *vel Athenas ad servitutem redigere*, *vel in libertatem vindicantem tui in omne aevum memoriam relinquere.* Et Thucyd. l. I. c. 120. Ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν, ἀγαθῶν δὲ, ΑΔΙΚΟΥΜΕΝΟΥΣ, ἐξ εἰρήνης πολεμεῖν. *Virorum enim moderatorum est*, *si non laeduntur*, *quiescere: bonorum vero*, *injuria adfectos* (ita Graece, vel) *cum injuria adficiuntur*, *ex pace se ad bellum convertere.* Vide etiam Lucian. Necyom. pag. 105. Audacius illud Thucydidis, qui lib. VI, cap. 24. participium ad praecedens nomen referendum, in Nominativum mutat. Τοῖς δ' ἐν ἡλικίᾳ, (supple ex praecedentibus, ἔρως ἐνέπεσεν ἐκπλεῦσαι) τῆς τε ἀπούσης πόθῳ ὄψεως καὶ θεωρίας, καὶ ΕΥΕΛΠΙΔΕΣ ὌΝΤΕΣ σωθήσεσθαι. *Juniores autem*, *tum cupientes peregrinas regiones visere & spectare*, *tum spem concipientes bonam*, *fore ut salvi redirent.*

Rarum est, quod ita pro infinitivo usurpatur, ut praecedat articulus τὸ per omnes casus. Sic apud Thucyd. (quid enim novitatis apud hunc non invenias?) initio libri VI. de magnitudine Siciliae: Καὶ τοσαύτη οὖσα ἐν εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται, ΤΟ μὴ ἤπειρος ΟΥΣΑ. Pro εἶναι. *Et cum tanta sit*, *freti* [*tamen*] *spatium viginti ferme stadiorum* [*latitudine*] *facit*, *quo minus sit continens.* Quanto magis hoc mirum videbitur juventuti φιλέλληνι, si idem participium neutrum ita pro infinitivo usurpatur, ut expleat vicem gerundii in do apud Latinos? Scholiastes Thucydidis ad lib. I. cap. 142. haec verba, Ἐν ΤΩι μὴ ΜΕΛΕΤΩΝΤΙ ἀξυνετώτεροι ἔσονται. *Se non exercendo imperitiores erunt*, per infinitivum explicat [ἐν τῷ μὴ μελετῶντι, ἀντὶ τοῦ, μὴ μελετᾶν.] Et hinc creditur existimasse, participium hic pro infinitivo poni, quam sententiam probat H. Stephan. Append. ad Joann. Gramm. & Corinth. de Dialect. Mihi tamen longe aliter videtur. Primo, quia tali participio adjectivum alibi addit idem Thucydides: deinde, etiam genitivum regit, ut ex locis mox subsecuturis constabit. Atque ita, quia idem participii ac substantivorum regimen

XIII. Participium aliquando pro infinitivo usurpatur, ut apud Isocrat. περὶ τ̃ ἀντιδόσ. Σκοπέμενος, inquit, εὑρίσκον ἐδαμῶς ἂν ἄλλως τῦτο διαπραξάμενος. id est, *Diligenti maturoque judicio reperi, me non aliter rem illam esse confecturum:* ubi διαπραξάμενος, pro διαπράξασθαι, & aoristum cum particula ἂν, pro futuro sumitur. Vid. cap. 8. sect. 2. Sic Demosthen. de Falsa Legat. Ἵνα, inquit, ὅσα ὑπεσχόμην, ἀρχόμενος τ̃ λόγυ, δείξω πεποιηκὼς, pro πεποιηκέναι. id est, *Ut quaecunque vobis sub initium orationis promisi, ea me perfecisse demonstrem.* Sic, *cum audissem, nullo alio modo eum in gratiam cum hoste rediturum esse:* καταμαθὼν ἐδαμῶς αὐτὸν ἂν ἄλλως, τὰς πρὸς τὸν ἐχθρὸν διαλλαγὰς ποιησάμενον

Particip. pro infin.

men est, hinc mihi constat, aperte pro substantivo usurpari: adeo ut ἐν τῷ μὴ μελετῶντι positum sit pro ἐν τῇ μὴ μελέτῃ. nam negativa ἐ & μὴ substantivis hoc modo praemitti, ostendemus ad Cap. VII. initio sectionis XIII. Certe non per infinitivum explicat, nedum pro eodem poni putat Scholiastes participium, cui adjectivum jungitur, lib. III. cap. 43. Χρὴ δὲ πρὸς τὰ μέγιςα κ̀ ἐν τῷ ΤΟΙΩ͂ΙΔΕ ἈΞΙΟΥ͂ΝΤΙ, ἡμᾶς περαιτέρω προνοῦντας λέγειν. *Oportet autem nos in maximis rebus, in tali vestra aestimatione* (i. e. *cum ita erga oratores vestros animati sitis*) *longius prospicientes verba facere.* Ubi ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιῦντι, manifeste pro ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιώματι. Schol. Ἐν τοῖς τοιύτοις ὑμῶν ἀξιώμασι κ̀ ἐπιτηδεύμασι. Genitivo jungit idem lib. eod. cap. 10. Ἐν γδ̀ ΤΩ͂Ι ΔΙΑΛΛΑ'ΣΣΟΝΤΙ ΤΗ͂Σ ΓΝΩ'ΜΗΣ κ̀ αἱ διαφοραὶ τ̃ ἔργων καθίςανται. *Nam in animorum discordia etiam factorum diversitas existit.* Pro ἐν τῇ τ̃ γνώμης διαλλαγῇ. Confer super his, quae in fine hujus sectionis ex ejusdem lib. I. cap. 36. adferemus. Adhaec pro infinitivo participium absolute poni non autumo, cum alius sit sensus, quando participium adhibetur, alius, quando Infinitivus. e. g. Apud eundem Thucyd. lib. V, cap. 34. Ὥςε μήτε ἄρχειν, μήτε ΠΡΙΑΜΕ'ΝΟΥΣ τι, ἢ ΠΩΛΟΥ͂ΝΤΑΣ, κυρίυς εἶναι. Ubi interpres: *Ut nullum magistratum gererent, utque nullam haberent potestatem earum rerum, quas aut emissent, aut vendidissent,* Scholiastes: Ἤγυν μὴ εἶναι κυρίυς ἢ πρίασθαι ἢ πωλεῖν. Rem diligenti examine perpendenti, licet non magna, tamen aliqua differentia occurret. Differunt enim, Κύριος ἐςὶ πωλεῖν, & πωλῶν ἐ κύριός ἐςιν, eo quod οἱ μὴ κύριοι ὄντες πωλεῖν, non jus habeant vendendi; sed οἱ πωλῦντες ἐ κύριοι, possint quidem aliquid vendere, sed non cuivis, quocunque tempore, vel qua velint conditione.

44 Ποιη-

νον [44], pro ποιήσασθαι ἄν, vel ποιήσεσθαι, sine particula ἄν. Sed firmanda usu haec regula, ne tirones dicant, ut solent, βέλομαι ποιῶν, pro ποιεῖν, & similia, quae mera soloeca sunt [45].

XIV. Saepe participium, ac praesertim in Aoristo, Latine per verbum elegantius redditur, addita conjunctione, &, ac simili verbo sequente. Demosthen. pro Coron. Ἀλλ' ἀναστάντες καταψηφίσασθε ἤδη. *Sed consurgentes, condemnate jam:* Elegantius, *sed consurgatis, ac me jam damnetis licet.*

XV. Idem Aorist. activ. participii, cum suo casu, elegantius verti Latine solet, per ablativum absolutum participii passivae vocis [46]. Demosthenes pro Coron. Τοσούτοις ὕστερον χρόνοις, αἰτίας καὶ σκώμματα, καὶ λοιδορίας συμφορήσας, ὑποκρίνεται. id est, *Tanto post, criminibus, dicteriis, contumeliisque congestis, histrionem agit.* Graece vix diceretur, σκωμμάτων συμφορηθέντων.

XVI. Participium cum verbis, aliquem animi sensum significantibus, usurpari potest, in nominativo casu: ut μέμνημαι ποιήσας, *memini me facere:* αἰσθάνομαι διαμαρτών. *sentio me aberrasse* [47]. Si tamen alius casus praecessisset, ob

44 Ποιησάμενον in quarto casu, cum in duobus praecedentibus exemplis participium in casu recto inveniatur. Ratio est, quod hic a persona ad personam fit transitus, & illic in eadem persona manetur. Sic, V. G. Nominativus manebit in ultimo exemplo, si dicatur: *Cum audissem me rediturum esse in gratiam.* Καταμαθὼν διαλλαγὰς ποιησάμενος. Sed hoc satis tritum. Rarius est, quod participium illud, pro infinitivo in casu recto positum, mutat genus adjectivi, quod verbo personali antecedit, & a Latinis in neutro genere ponitur. e. g. Βελτίων εἰμὶ σιωπῶν. *Melior sum tacens.* pro, *Melius est, me tacere.* occurrit apud Aristid. Orat. funeb. in Alex. pag. 144. Estque hic Hellenismus perpetuus in δῆλος, φανερὸς, similisque significationis adjectivis. Vide Nostrum, supra Cap. III, Sect. 4, reg. 6.

45 Tutius est in verbis sensum aliquem significantibus: vid. mox reg. XVI.

46 Quia Latini praeterito Participii activae vocis destituuntur, & nunquam, nisi per Deponentia hoc Graecorum idioma adsequi possunt.

47 Exemplum habet Aristoph. in Acharn. vs. 455. Λυπηρὸς ἴσθ' ὤν· *Scito te miserum esse.* & vs 459. Ἴσθ' ὀχληρὸς ὤν. *Scito te molestum esse.*

Imitati sunt hunc idiotismum Latini. Ita Virg. l. II. AEn. vs. 377.

. . . *Sen-*

Digitized by Google

ob verbum adjunctum, tunc participium cum verbo affectum significante conjunctum, in eodem, quo praecedens, casu ponetur. Demosthen. pro Corona, Συμβέβηκε τοῖς προεστηκόσι, πρώτους ἑαυτοὺς πεπρακόσιν ᾐσθῆσθαι. *Iis qui praeerant, contigit, ut sese omnium primos vendidisse sentirent.*

At cum praeterito medio σύνοιδα [48], poni solet participium, vel in nominativo, vel in accusativo: imo etiam in dativo, si nomen aut pronomen in eo casu fuerit, e. g. Σύνοιδά μοι δι' ὅλου τοῦ ἔτους διηνεκῶς προσηλωθεὶς, vel προσηλωθέντα, vel προσηλωθέντι τοῖς βιβλίοις. *Conscius mihi sum, quam toto anno libris affixus fuerim.*

XVII. Participium aliquando, pro optandi vel subjungendi modo, cum particula εἰ usurpatur: ut, Τὰ περὶ τοὺς λόγους τοῖς ἐῤῥωμένως προσέχειν βουλομένοις εὐπόριστα φαίνοιτ' ἄν. id est, *Literarum cognitio, si qui modo constanter in eas incumbere voluerint, satis ad parandum facilis videatur.* ubi τοῖς βουλομένοις, pro εἴ τις βούλοιτο. Exempla passim apud auctores omnes, ac praesertim Atticos [49]. Particip. pro opt. vel subj. cum εἰ.

XVIII.

- - - *Sensit medios DELAPSUS in hostes.*

Pro, *se esse delapsum.* Et Ovid. l. Met. IX.

- - - *Superata fateri*
*Cogor* - - -

Simile illud Horatii lib. III. od. 4.

*INJECTA monstris terra dolet suis.*

48 Nec tantum cum praeterito medio, sed & aliis hujus verbi casibus. Exemplum Nominativi habet Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. I. pag. 24. Ἐπείπερ ΣΥΝΙ'ΣΜΕΝ ἩΜΙ͂Ν ΑΥ'ΤΟΙ͂Σ ἀπὸ παιδῶν ἈΡΞΑ'ΜΕΝΟΙ ἈΣΚΗΤΑΙ' ὌΝΤΕΣ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἔργων, *Quoniam nobismet ipsis conscii sumus, nos a pueris, jam incepisse pulcras ac praeclaras actiones exercere.* Dativi Epict. Enchir. cap. 56. Ἀλλ' ἐνθύμου, πόσῳ ἄμεινον τὸ ΣΥΝΕΙΔΕ'ΝΑΙ ΣΑΥΤΩ͂Ι ταύτην τὴν νίκην ΝΕΝΙΚΗΚΟ'ΤΙ. *Sed illud oppone, quanto satius sit, te tibi conscium esse, tantam victoriam reportavisse.* Accusativus quando sequitur, id pertinet ad regulam praecedentem 12.

49 Hoc modo Latinis redditur, *Quivis*, *Quilibet*, Ut: *scripta in lucem publice edita tractat quivis cum qui intelligit, tum qui non.* Graece: Μεταχειρίζεται τοὺς λόγους τοὺς ἐν μέσῳ κειμένους Ὁ ΒΟΥΛΟ'ΜΕΝΟΣ ὁμοίως ἐπαΐων, καὶ μή. Hinc etiam adsumit naturam partitivorum post se regens genitivum pluralem. AEschin. contra Ctesiph. pag. 284. Προσέγραψαν ἐν τῷ δόγματι, ἐξεῖναι ΤΩ͂Ι ΒΟΥΛΟΜΕ'ΝΩι ΤΩ͂Ν ἙΛΛΗ'ΝΩΝ ἐν τρισὶ μησὶν εἰς τὴν αὐτὴν στήλην ἀναγεγράφθαι. *Decreto*

XVIII. Interdum, apud Atticos maxime, participium neutrum [50] accusat. casus, ita pro verbo ipso usurpatur, ut omnino sensus pendere videatur. Thucydid. lib. 1. pag. 27. Τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικὰ, τὸ παρ' ὑμῖν, καὶ τὸ ἡμέτερον, καὶ τὸ Κορινθίων· τούτων δ' εἰ περιόψεσθε τὰ δύο εἰς τὸ αὐτὸ ἐλθεῖν, &c. id est, *Cum tria sint apud Graecos digna memoratu navalia, vestrum, nostrum, & Corinthiorum, ex iis si duo in unum coire patiemini.* Hic, τρία μὲν ὄντα, pro τρία μέν ἐστι; quod etiam dici posset, τριῶν μὲν ὄντων. alioqui, δὲ sequens post τούτων aut omnino vacat, aut sumitur, pro δὴ, ut infra observabimus. Haec, & similia, intelligenda potius, quam temere imitanda [51].

S E-

*creto adscripserunt, licere cuivis Graecorum intra tres menses in eandem pilam adscribi.*

50 Cujuscunque generis participia hoc modo construi, conatur probare Kuhnius ad AElian. V. H. lib. II, cap. 13. Verba sunt: Εἶτα καὶ φύσει ΦΘΟΝΕΡΟΥ'Σ ΟΝΤΑΣ (de Atheniensibus loquitur.) καὶ τοῖς ἀρίστοις βασκαίνειν ΠΡΟΑΙΡΟΥΜΕ'ΝΟΥΣ. . . . ὡς ἄκουσμα ἜΔΟΞΕΝ ἥδιστον αἱ δὲ αἱ Νεφέλαι. *Deinde cum & natura ad invidiam essent proni, & optimis obtrectare studerent, hae Nubes quam suavissimae erant auditu.* Ubi pro accusativo sensus Dativum videtur postulare. Faeminini generis exemplum suggerit ex Thucyd. lib. II, cap. 52. ἘΠΙΣΚΕΥΗ'Ν οὐκ ΟΥ'ΣΑΝ τῶν νεῶν. *Cum non esset, unde naves possent refici.* Aliud addit ex eodem AEliani capite: Ἅτε δὴ &c. Et vult, ut hi accusativi ponantur loco genitivi absoluti. Quod ad primum & ultimum adtinet, quomodo participium accusativum adsumat, particula ὡς (pro qua etiam ἅτε ponitur) vel praesente, vel absente, dictum est supra reg. 1. & 12. Accusativus in verbis Thucydidis, ἐπισκευὴν οὖσαν, potest pendere a praecedenti ὁρῶντες. Vid. Cl. Duker. ad h. l.

51 Quod ad generalem participiorum doctrinam adtinet, multos & varios eorum usus in superioribus explicuit Vigerus: alias eorundem elegantias, quascunque mihi observare licuit, ad calcem hujus sectionis praeterire religio fuit.

I. Primo itaque nota, participium ut plurimum cum articulo & verbo, quod fere est εἰμὶ, usurpari pro verbo eo, cujus est participium, δεικτικῶς. E. G. Herodot. Clio, cap. 171. Καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα λόφους ἐπιδέεσθαι, Κᾶρές ΕἸΣΙΝ ΟἹ ΚΑΤΑΔΕΙ'ΞΑΝΤΕΣ. *Etenim galeis cristas imponendas, Cares ostenderunt.* κυρίως, *Cares sunt ostendentes, sive, qui ostenderunt.* Et, paucis interjectis; Καὶ ὄχανα ἀσπίσι οὗτοί ΕἸΣΙ ΟἹ ΠΟΙΗΣΑ'ΜΕΝΟΙ πρῶτοι. *Et lora scutis primi hi ad-*

Digitized by Google

*addiderunt.* Habet hoc interdum magnam emphaſin, imprimis cum articulus additur. Ita Tyrannicida glorians inducitur apud Lucian. Τὴν μὲν οὖν τυραννίδα Ὁ ΠΑΥ͂ΣΑΣ ΕἸΜῚ ἐγώ. *Ego itaque ſum ille, qui tyrannum occidi.* Locutionis praeterea emphaſin non parum auget claudens ſententiam pronomen ἐγὼ. de quo vide cap. IV, init. Eſt ubi articulus negligitur. Thucyd. lib. I, cap. 67. Ὅτι σπονδάς τε ΛΕΛΥΚΌΤΕΣ ΕἼΕΝ, καὶ ἀδικοῖεν τὴν Πελοπόννησον. *Quod & foedera violaſſent, & in Peloponneſum injurioſi eſſent.*

II. Participia verborum vocandi ſeu nominandi ſignificationem habentium, eleganter cum ſuo praemiſſo articulo caſum nominis proprii, cui junguntur, adſumunt, omiſſo nomine appellativo, quod Latini neceſſario addere debent. Herodot. Erat. cap. 61. Τὸ τῆς Ἑλένης ἱερὸν, τό ἐστι ἐν ΤΗ͂Ι ΘΕΡΆΠΝΗΙ ΚΑΛΟΥΜΈΝΗΙ. pro ἐν τῇ χώρᾳ, τῇ καλουμένῃ Θεράπνῃ. *Helenae templum, quod eſt in Therapne vocata.* h. e. *in loco, qui vocatur Therapne.* Nos prope accedimus: in het zoo genaamde Therapne. Conſentit Pauſ. in Achaicis, pag. 402. Βασιλεύειν δὲ αὐτὸν τῶν ΚΑΛΟΥΜΈΝΩΝ ΛΕΛΈΓΩΝ. *Imperaſſe eum populo, qui Leleges vocantur.* Huc refer illud Athenaei lib. Deipnoſ. XIII, pag. 577. Μάχων δὲ, ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν ΤΑΙ͂Σ ἘΠΙΓΡΑΦΟΜΈΝΑΙΣ ΧΡΕΊΑΙΣ. *Machon vero Comicus in fabula, quam inſcripſit, Chriae.*

III. Participium futuri temporis Latini, modo per conjunctionem *ut*, ſequente ſubjunctivo: modo per ſupinum in *um* reddunt. Per conjunctionem in illo Platonis Gorg. pag. 478. ΣΩΚΡ. Ποῖ δὲ τοὺς ἀδικοῦντας καὶ τοὺς ἀκολασταίνοντας (ſc. ἄγομεν); ΠΩΛ. Παρὰ τοὺς δικαστὰς, λέγεις. ΣΩΚΡ. Οὐκοῦν δίκην ΔΏΣΟΝΤΑΣ; *SOCR. Quo injuſte & diſſolute agentes ducimus? POL. Ad judices, inquis. SOCR. Nonne poenas daturos?* ſive, *ut poenas dent?* Per ſupinum apud Herodot. Erat. cap. 70. Ἐς Δελφοὺς ΧΡΗΣΌΜΕΝΟΣ τῷ χρηστηρίῳ πορεύεται. *Delphos conſultum oraculum proficiſcitur.* Quod tamen fere cum Latinis habent commune.

IV. Participium, utpote adjectivum, conveniens cum praecedenti nomine, ſequente ὡς, ſaepe vicem obtinet participii verbi imperſonalis. Ita, cum dicitur: *Oſtenſum*, ſeu, *probatum eſt, eum eſſe ſapientem:* id Graecis eſt. Ἀποδεικνύμενος ὡς σοφός ἐστιν. Idem ibid. cap. 53. Ἐγὼ γράφω, τούτους τοὺς Δωριέων βασιλῆας καταλεγομένους ὀρθῶς ὑπ' Ἑλλήνων, καὶ ἈΠΟΔΕΙΚΝΥΜΈΝΟΥΣ, ὭΣ εἰσι Ἕλληνες. *Ego ſcribo, hos Dorienſium reges recte recenſeri a Graecis, & oſtendi Graecos eſſe.*

V. Saepe Participium verbo junctum mutuam patitur permutationem, & per verbum redditur, ipſum autem verbum participii vim obtinet. Frequentiſſimum quidem hoc eſt in

in λανθάνω, de quo supra ad Cap. V, sect. 8, reg. 3. sed non minus usitatum in aliis verbis, V. G. pro ψεύδονται οἱ λέγοντες, tu eleganter repone, ψευδόμενοι λέγουσιν. Ita Hom. Il. E, vs. 635.

ΨΕΥΔΟ'ΜΕΝΟΙ δέ σέ ΦΑΣΙ Διὸς γόνον Αἰγιόχοιο
Ἔιναι.

*Mentientes dicunt*, i. e. *Mentiuntur*, *qui dicunt*, *te esse sobolem Jovis.* Atticismum hunc agnoscit Corinthus de Dial.

VI. Participium neutrius generis, praefixo articulo, pro substantivo habetur. Thucyd. lib. I, cap. 36. Καὶ ὅτῳ τάδε ξυμφέροντα μὲν δοκεῖ λέγεσθαι, φοβεῖται δὲ, μὴ δι' αὐτὰ πειθόμενος τὰς σπονδὰς λύσῃ, γνώτω ΤΟ' μὲν ΔΕΔΙΟ'Σ αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχον τοὺς ἐναντίους μᾶλλον φοβῆσον· ΤΟ' δὲ ΘΑΡΣΟΥ͂Ν, μὴ δεξαμένου, ἀσθενὲς ὂν πρὸς ἰσχύοντας τοὺς ἐχθροὺς ἀδεέστερον ἐσόμενον. *Et si cui haec a nobis dicta, utilia videbuntur, sed qui metuit, ne iis obsequendo foedera violet, sciat, metum vires habentem adversariis majori terrori fore, fiduciam vero, si non receperit, cum sit infirma contra potentes hostes, minus formidolosam futuram.* Ex quo unico exemplo tres notandos participiorum usus observa. Primum, quem nunc inculcamus, τὸ δεδιὸς, pro τὸ δέος, & τὸ θαρσοῦν (cum genitivis, tanquam essent mera substantiva) pro τὸ θάρσος, id, quod modo tetigimus ad reg. 13. Deinde πειθόμενος redditum per Gerundium in *do*, quod habet Auctor reg. 6. Denique φοβῆσον & ἐσόμενον, pro φοβήσειν & ἔσεσθαι, de quo vid. reg. 13. Sic substantive sumuntur, τὰ γινόμενα, *Facultates.* τὰ νενομισμένα, *instituta*, τὸ διαφέρον, *pretium*, τὸ συμφέρον, *utilitas* & sexcenta alia. Epict. Enchir. cap. 32. Δὸς οὖν τὸ ΔΙΑΦΕ'ΡΟΝ, εἴ σοι λυσιτελεῖ τὸ πωλήμενον. *Da igitur pretium, si e re tua est id, quod venditur.* Rariora sunt participia diversorum generum pro substantivis posita. Sic ὁ κεκτημένος, & ἡ κεκτημένη, prop. *qui*, *quae possidet*, quorum illud pro δεσπότης, hoc pro δέσποινα ponitur. Lucian. Dial. Meretr. Ἀπολώλαμεν, ὦ ΚΕΚΤΗΜΕ'ΝΗ, ἀπολώλαμεν. *Periimus*, *o hera*, *periimus.* Sic ἡ πεπρωμένη & εἱμαρμένη. *fatum.* Epict. fin. Isocr. ad Dem.

VII. Saepe participia pro adverbiis ponuntur, idque vel nuda, vel in regimine. Nuda, qualia sunt λαθὼν, ἀποκρύπτων, ἐγκαλυπτόμενος, de quibus supra ad Cap. V, Sect. 8, R. 3. In regimine, ut ἐτελεύτησεν ἀνὴρ εὐλαβὴς ὤν. *Pie mortuus est.* AEschin. contra Ctesiph. pag. 296, lin. 21. ubi mentio est juvenum, quorum patres ἐτελεύτησαν ἐν τῷ πολέμῳ ἌΝΔΡΕΣ ἈΓΑΘΟΙ' ΓΕΝΟ'ΜΕΝΟΙ. i. e. *fortiter in bello mortem oppetierant.* Elegans hoc in genere est participium διαλιπὼν, quod cum μικρὸν, πολὺ, vel his simili conjunctum, intervallum notat, & explicatur per adverbium, *paulo post*, *diu post*, vel, *paucis interjectis* &c. Ita Plato in Critia sub finem.

Θεὸς

Ὁ δὺς τὸ φάρμακον, ΔΙΑΛΙΠΩ͂Ν ΧΡΟ´ΝΟΝ ἐπισκόπει τοὺς πόδας ϗ τὰ σκέλη *Qui pharmacum dederat, aliquo post tempore redit inspectum pedes & crura.* Et paulo post: Ἀλλ' ὀλίγον χρόνον ΔΙΑΛΙΠΩ͂Ν ἐκινήθη *Sed paulo post se movebat.* Sic, *Interjectis paucis ita pergebat.* Μικρὸν διαλιπὼν εἶπε. Quod etiam efferunt Graeci, Εἶτα πάλιν προσθεὶς ἐπιλέγει, μικρὸν ὑποθεὶς, μετὰ μικρὸν τὸ ἐν μέσῳ, μετ' ὀλίγους ἐν μέσῳ λόγους ϗ ἄλλα πῶς διώκει· vel si quid ejus generis aliud. Huc refer participia ἀρχόμενος, τελευτῶν, & τυχὸν μὲν, τυχὸν δέ. de quibus infra suis locis.

VIII. Aliquando participii nominandi casus servatur, licet sequatur vel praecedat verbum, alium casum postulans. Ita Lucian. Dem. Encom. non longe ab initio. Ἐξαναστὰς ἔδοξέ μοι. *Surgens visum est mibi.* i. e. *cum surrexeram.* pro ἐξαναστάντι. AElian. V. H. lib. XIII, c. 23. Ἀπώλησε γδ ΑΥΤΩ͂Ι τ ὀφθαλμὸν ἐκκοπῆναι ὑπὸ Ἀλκάνδρου, ὥς μδ τινές φασιν, ἐξ ἐπιβουλῆς λίθῳ ΒΛΗΘΕΙ´Σ· ὡς δὲ ἄλλος διαφοίτᾳ λόγος, βακτηρίᾳ ΠΑΘΩ͂Ν τὸ πάθος. *Accidit enim huic, ut oculus ipsi effossus sit ab Alcandro, ex insidiis, ut nonnulli dicunt, lapide petito: sive, ut alias ferunt, baculo id factum sit.*

IX. Servatur idem Nominativus, sequente verbo, quod alio nominativo est vestitum. Idque fit duplici modo, vel verbum plurale κατὰ σύλληψιν ad duas personas, vel verbum singulare ad alteram e duabus referendo. De priori Vid. eundem in Tox. pag. 642. Ὁ μέντοι, Ἀμιζώκης οὐκέτι ἠνέσχετο βλέπειν αὐτὸς ἐπὶ τυφλῷ τῷ Δανδάμιδι, ἀλλὰ ΤΥΦΛΩ´ΣΑΣ ϗ αὐτὸς ἑαυτὸν, ΑΜΦΟ´ΤΕΡΟΙ ΚΑ´ΘΗΝΤΑΙ. *Amizoces tamen non diutius tulit, ut videret ipse, cum coecus esset Dandamis, sed ipse se luminibus privans, ambo sedent.* Pro, *Ipse se luminibus privavit, atque ita ambo sedent.* Alterius exemplum habet Euangelista Joannes cap. XV, 5. Ὁ ΜΕ´ΝΩΝ ἐν ἐμοὶ, ΚἈΓΩ` ἐν αὐτῷ, ΟΥ͂ΤΟΣ ΦΕ´ΡΕΙ καρπὸν πολύν. *Si quis in me manet, & ego in illo, is feret fructum multum.* Ubi nihil est, quod nominativo κἀγὼ respondeat.

X. Est & ubi participium praecedentis substantivi casum non servat, sed in genitivum absolutum vertitur. Sic apud *Lucian.* in Demosth. Encom. pag. 889. de Homero. Εἰ γὰρ τι σαφὲς αὐτῶν ἦν, οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ΑΝΘΡΩ´ΠΟΙΣ ἔρις, πατρίδα μὲν ΔΙΔΟ´ΝΤΩΝ αὐτῷ Ἰωνικὴν Κολοφῶνα, ἢ Κύμην, ἢ Χίον, ἢ Σμύρναν &c. *Si enim aliquid eorum constaret, non discrepans fuisset inter homines contentio, quorum alii patriam ipsi attribuunt Jonicam Colophonem, alii Cumam, vel Chium, vel Smyrnam.* Supple post διδόντων, τινῶν, ut Genitivus sit absolutus integre. Sed haec, quae proxime dicta sunt, tirones intelligant potius quam imitentur.

XI. Imitabuntur tutius participii Nominativum post verbum, ubi alias adhiberent accusativum nominis substantivi. V. C. *Adeo leniter ferebat contemtum sui.* Οὕτως ἠνείχετο παρορώμενος. pro παρορᾶσθαι.

XII. Participium cum nomine suo in generandi casu absolute ponitur, ubi Latini infinitivum habent, praecedente Accusativo: idque vel cum particula ὡς, vel sine illa. Cum particula quidem, de quo vide Nostrum infra Cap. VIII, Sect. 10, R. 3. sine ea, apud Demosth. de Foed. Al. pag. 88. Οὐδένα δ' οἴονται αἰσθήσεσθαι ΤΥΡΑΝΝΙΔΩΝ ἀντὶ δημοκρατιῶν ΚΑΘΙΣΤΑΜΕΝΩΝ, καὶ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΩΝ ΚΑΤΑΛΕΛΥΜΕΝΩΝ. *Neminem autem putant animadversurum, Tyrannides pro Democratiis constitui, & Respublicas dissolvi.* Quae sic resolvuntur: Ὅτι τυραννίδες ἀντὶ δημοκρατιῶν καθίστανται, καὶ αἱ πολιτεῖαι καταλύονται. Vel, servata Graecorum structura, Latini dicerent: *Neminem animadversurum putant, tyrannidibus constitutis* &c. i. e. *cum constituuntur.* Ita enim Naso lib. I. Trist. el. 2, vs. 37.

*At pia nil aliud quam ME dolet EXULE conjux.*

Et alibi Tullius: *INTERVERSO REGALI HOC DONO nos graviter hoc tulisse.* Pro, *interversum regale donum.* Rursus Ovid. l. Met. XIV vs. 242.

*- - - AMISSA sociorum PARTE DOLENTES.*

Nonnunquam, ubi duo sunt membra, prius in generandi casu cum participio absolute ponitur, alterum in Infinitivo, praecedente Accusativo, Paus. in Boeot. pag. 556. Ἔνθα ΚΑΔΜΟΥ λέγουσι τὸν δράκοντα, ὃν ἀπέκτεινεν ἐπὶ τῇ κρήνῃ, τοὺς ὀδόντας ΣΠΕΙΡΑΝΤΟΣ, ἄνδρας δὲ ἀπὸ τῶν ὀδόντων ΑΝΕΙΝΑΙ ΤΗΝ ΓΗΝ. *Hic ajunt, Cadmum draconis, quem ad fontem occiderat, dentes seminavisse, & terram ex illis dentibus viros emisisse.* Ubi Κάδμου σπείραντος in genitivo, & γῆν ἀνεῖναι conjunguntur. Neque enim hic est conjunctionis δὲ Pleonasmus, ut fertur, sed potius hic agnoscimus Ellipsin conjunctionis μὲν, in priori membro implicite latente, cui particula illa δὲ necessario respondet. Verba sic resolvuntur: Λέγουσι, Κάδμον μὲν τοῦ δράκοντος ὀδόντας σπεῖραι, γῆν δὲ ἀνεῖναι. Contra Herodianus, ubi praemiserat accusativum cum infinitivo, mox in sequenti membro subjicit genitivum cum participio. Verba sunt in libro II. cap. 8. Καὶ γὰρ οἱ τὰ ἐκεῖθεν ἀγγέλλοντες φασὶ, μηδὲ ΤΟΥΣ ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΣ, οἳ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ χρημάτων ἀπέδοντο, πιστοὺς ΕΙΝΑΙ φρουροὺς ὑπηρέτας, μηδὲ ΠΛΗΡΩΣΑΝΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΥ, ἃ ὑπέσχετο. *Nam, qui inde nuncii huc veniunt, ajunt, neque milites, qui illi argento imperium tradiderant, satis ipsi fidos esse praesidiarios, neque illum, quae pollicitus erat, praestitisse.* Ubi, πληρώσαντος ἐκείνου, pro, ἐκεῖνον πληρῶσαι.

XIII Genitivi absolute positi insolentior hic usus est, quo participium cum suo nomine,

ne, vel absque eo, in genere randi casu positum & ob incidentem parenthesin repetitum vel in aliud similis significationis mutatum, adsumit casum, quem verbum sequens postulat. Cum suo nomine apud Paus. Corinth. pag. 97. in initio. ἘΧΌΝΤΩΝ δὲ ἀσθενῶς ἤδη ΤΩ͂Ν ΣΙΚΥΩΝΊΩΝ. in Genitivo absolute. *Cum Sicyoniorum res accisae essent.* Quae in parenthesi ibi subsequuntur, brevitatis causa omitto. Post parenthesin subdit; ΔΙΑΚΕΙΜΈΝΟΙΣ δὲ ἀδυνάτως (in Dativo) ἘΠΙΓΕΝΟΜΈΝΟΣ σεισμὸς ὀλίγε τὴν πόλιν ἐποίησεν ἀνδρῶν ἔρημον. *Cum itaque maxime infirmi essent, obruens eos terrae motus, eorum urbem fere ad vastitatem redegit.* Ubi obiter observa, ὀλίγε pro ὀλίγε δεῖν, usurpari: vid. supra Cap. III. Sect. 7. §. II.

Absque nomine suo, apud eundem in Boeoticis pag. 578. lin. 19. ΔΙΑΒΆΝΤΩΝ δὲ ποταμὸν καλούμενον ἀπὸ γυναικὸς τῆς Λύκε Δίρκην. Et post parenthesin: ΔΙΑΒΑ͂ΣΙΝ δὲ τὴν Δίρκην, οἰκίας ἐρείπια τῆς Πινδάρε &c. *Transmisso amne, qui ab uxore Lyci Dirce vocatur, (apparent) domus Pindari rudera.*

XIV. Parce imitandum censeo Atticismum apud Thucydidem; quo pro Genitivo absoluto Nominativus ponitur. Ita enim ille lib. II. cap. 53. Θεῶν δὲ φόβος, ἢ ἀνθρώπων νόμος ἐδεὶς ἀπεῖργε, τὸ μὲν, ΚΡΙ΄ΝΟΝΤΕΣ ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μὴ, ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾷν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένες· τῶν δὲ ἁμαρτημάτων ΟΥ᾿ΔΕΙ΄Σ ἘΛΠΙ΄ΖΩΝ μέχρι τοῦ δίκην γενέσθαι βιὲς ἂν τὴν τιμωρίαν ἀντιδῦναι. *Nec ullus Deorum metus, aut hominum lex eos arcebat: non ille, quia judicabant perinde esse Deos colere ac non colere, quoniam omnes videbant pariter mori: non haec, quia nemo putabat, se tam diu victurum, dum judicium constitueretur, quo delictorum poenas daret.*

XV. Utuntur & Participiis Graeci conditionaliter, ubi alias ἐὰν, εἰ, ἐφ' ᾧτε vel ἐπὶ τῷ cum Infinitivo dicerent. Ita Hom. Il. I, vs. 261.

- - - Σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Ἄξια δῶρα δίδωσι μεταλλήξαντι χόλοιο.
- - - *Tibique Agamemnon*
*Munera digna dabit, si vis moderarier irae.*

Ubi μεταλλήξαντι χόλοιο. pro, ἐπὶ τῷ μεταλλάσσειν. vid. infra Cap. IX. sect. 4. ad num. II.

XVI. Non possum non corollarii loco observare Graecos adeo fuisse φιλομετόχες, ut non solum duo, ut mox ostendemus, sed & tria participia absque ulla copula conjungere non erubuerint. Ita Isocrat. Panath. pag. 497. Οὓς ἐ πολὺν χρόνον ΔΙΑΛΙΠΌΝΤΕΣ Λακεδαιμόνιοι, ΧΑΡΙΖΌΜΕΝΟΙ Θηβαίοις, ἘΚΠΟΛΙΟΡΚΉΣΑΝΤΕΣ ἅπαντας ἀπέκτειναν. *Quos Lacedaemonii non ita multo post in Thebanorum gratiam, capta urbe, interfecerunt omnes.* Ubi obiter nota ἐ πολὺν χρόνον διαλιπόντες, pro, *non ita multo post:* de quo modo numero VII. Alterum exem-

emplum habet Euangelista Marcus cap. XII, 28. Καὶ ΠΡΟΣΕΛΘΩ'Ν εἷς τῶν γραμματέων, ἈΚΟΥ'ΣΑΣ αὐτῶν συζητούντων, ἘΙΔΩ'Σ ὅτι καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη, ἐπηρώτησεν αὐτόν. *Et aliquis scribarum accedens, qui illos disputantes audiverat, & gnarus, eum recte illis respondisse, rogabat eum.*

# S E C T I O II.

## *De Participiis quibusdam in oratione abundantibus.*

### R E G U L A I.

Ὤχετο ἀπιὼν, *abiit.*

Participia quaedam eleganter in oratione παρέλκουσιν, atque uni decoro [52] serviunt. Ejusmodo sunt ἀνύσας, ἀπιὼν, ἔχων, λαβὼν, φέρων. Hinc illud frequentissimum, ᾤχετο

52 Graecorum scripta versanti quam plurima occurrunt vocabula, quae orationi inter ta prima fronte παρέλκειν videntur, diligentius tamen inspecta, non ornatum tantum, sed vel pondus, vel novam orationi significationem addunt, adeo ut fortasse non procul a vero aberraverim, si contendero, nullam in Graeca lingua vocem habendam esse supervacuam, aut temere orationi insertam. At vero, quandoquidem hoc per omnia demonstrare longum esset, contentus fui sparsim in hoc libro ad ea, quae ab Auctore nostro notantur παρέλκοντα, hic illic notas meas adjicere, &, quod supervacuum videbatur, suam, quae latebat, significationem reddere. Itaque Auctorem nostrum minus recte dicere arbitror, *participia quaedam παρέλκειν, atque uni decoro servire*; praesertim cum ipsemet aliter plane sentit, cum participio ἀνύσας, quod abundare dicit, suum significatum reddit Reg. 2. Eodem modo participiis λαβὼν & φέρων, Reg. 4. & 5. sic supra Cap. III: 9. 7. Et quanquam nos quoque, ubi vel vocis alicujus additae significatio latet, vel ea citra necessitatem repeti videtur, illam pro more Grammaticorum πλεονάζειν dicimus, purus putus tamen Pleonasmus in lingua Graeca propter ipsius elegantiam & verba significantia mihi semper est suspectus. Vide supra Cap de Pronomine Reg. 2. & infra Cap. VIII, Sect. 7. R. 1. & alibi.

53

ᾤχετο ἀπιὼν, *abiit discedens*, id est, *discessit*: satis enim esset ᾤχετο, sine participio [53].

II. Ἀνύσας, Aorist. 1. particip. verbi ἀνύω, *perficio*, cum imperativo tantum, sic abundat, ut tamen aliquam ei promptitudinem [54] addere videatur; tuncque vel adjunctum habet τι, vel eodem caret. Aristophanes saepe, in Pace. Οὐκῦν δῆτ' ἐκ Λακεδαίμονος μέτε ἀνύσας τι· id est, *Ergo age, & alterum quantocius affer*, vel *adduc Lacedaemone.* Nec enim video, quemadmodum eo loco τι interroget, & ἀνύσας, pro ἤνυσας, positum sit, ut innuit Scholiastes. Ἀνύσας, cum imperat.

Idem in Ranis, sine τι, usurpavit: Ἴθι, πέραινε συ, Αἴσχυλ', ἀνύσας. id est, *Age, AEschyle, ad alterum transi quantocius.*

Lucianus in Piscatore, sive, Reviviscentibus, Οὐκῦν, ὦ Ἱέρεια, καὶ ἰσχάδας μοί τινας δὸς ἀνύσατα, καὶ ὀλίγον τῦ χρυσίου. *Ergo, Sacerdos, cedo aliquot mihi caricas, & pauxillum auri: sed propera.*

III. Participium ἔχων, saepissime jungitur cum verbis παι- Ἔχων abundans.

53 Ὤιχετο ἀπιὼν pro *obiit*, utitur Aristides, orat. pro Quatuorviris, pag. 248. Εἰ ἐπεβίω Περικλῆς, καὶ μὴ πρότερον ὬΙΧΕΤΟ ἈΠΙΏΝ. *Si Pericles superstes fuisset, nec prius e vita decessisset.*

54 Hinc ad majorem emphasin aliquando θᾶττον additur. Ita Aristoph. Nub. vs. 1255.

Οὔκυν ἈΝΎΣΑΣ ΤΙ ΘᾎΤΤΟΝ ἀπολιταργιεῖς
Ἀπὸ τῆς θύρας;

*Nonne quam celerrime te a foribus proripies?* Haec promptitudinis significatio clare patet, cum participium ἀνύσας in verbum, additum autem verbum in participium mutatur. Sic apud eundem in Avibus, vs. 242.

ἈΝΎΣΑΤΕ ΠΕΤΌΜΕΝΑ
πρὸς ἐμὰν αὐδάν.

*Celerrime advolate ad meam vocem.* q. d. *Perficite advolantes.* Gr. alias: Ἀπαλλάγητε πετόμενα. Atque hanc veram esse significationem, vel ex uno ejusdem Comici loco doceri possumus. Vid. eum in Vesp. ubi, Philocleoni tergiversanti jam dudum, ut calceos induat, tandem sic acrius instat Bdelycleon: Ἀνυσόν ποτ' ὑποδυσάμενος. *Tandem aliquando perfice hoc, ut induas calceos.* Accusativum ὁδὸν vel δρόμον subaudit Cl. L. Bos: quam tamen ellipsin non esse perpetuam, ex ultimo Aristophanis loco constat, ubi nulla itineris vel cursus est mentio. Cum tamen ἀνύω natura sua sit verbum transitivum, commode intelligitur τῦτο, τὸ ἔργον, vel si quid aptius.

παίζειν, id est, *jocari*, φλυαρεῖν, id est, *nugari*, ληρεῖν, id est, *delirare*, aut *somniare*. Exemp. causa, παίζεις ἔχων ἔφη, ait Lucianus, *Jocaris, inquit, enimvero.* Sic apud Platonem in Gorgia [55], Ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; *Quos tu mihi calceos blateras?* Demosthen. orat. contra Leptinem, cum alio verbo participium hoc conjunxit, nimirum παρατάττειν, *in acie opponere*, dum ait: Ὃν μὲν τρόπον ὑμᾶς ἔχων, πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους παρετάξατο· *Quo modo vos cum universis Peloponnensibus commiserat*; nisi malumus, ἔχων eo loco, idem esse, quod vulgo dicimus, *vous ayant en sa conduite.*

**Λαβὼν abundat.**

IV. Λαβὼν, apud Demosthenem maxime, non semel abundat, aut vertendum est, *cape sis*, *prenez moy*, & ante imperativum praecedens explicandum. Pro Coron. Καί μοι λέγε τὴν γραφὴν λαβὼν, pro καί μοι λάβε τὴν γραφὴν, καὶ λέ-

55 Pag. mih. 490. Cum verbo ληρεῖν ibid. pag. 497. lin. 9. Ἔχων ληρεῖς. *Deliras.* Ubi Ficinus tamen mutat ἑκὼν ληρεῖς *Ultro deliras*: Fortasse, quod hoc participium eo modo adhibitum fere ultimum locum possidet. Sic apud Aristoph. in Avibus, vs. 341. Τοῦτο μὲν ληρεῖς ἔχων. *Hac sane in re deliras.* Atticam esse locutionem, discere licet ex Moeride. Φλυαρεῖς ἔχων, Ἀττικῶς, ἐν τῇ προσθήκῃ τοῦ ἔχων. Hujus προσθήκης caussa obscurior est. Alicujus substantivi defectus mihi subolet. Id vero hactenus mihi observare licuit, participium hoc semper jungi verbis *cunctandi* sive *tergiversandi*, *nugandi*, *ineptiendi*, *ludendi*, seu *irridendi*, item *incondite quid agendi* vel *loquendi* significationem obtinentibus, non absimili ratione, qua nostrates verbum leggen cum similis significationis infinitivis conjungere solent. E. C. Aristoph. in Ecclesf. vs. 1143. Τί δῆτα διατρίβεις ἔχων; Belg. Maar wat legt gy te talmen? Et in Nub. vs. 509. Τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; *Quid moraris ad januam?* vel potius; *Quid est tibi, quod moreris?* Nam ita quodammodo redditur & participium ἔχων. Nostrates propemodum: Wat hebt gy daar te talmen? Nec absimilem in reliquis significationem obtinere participium ἔχων, autumo. Jungi & aliis verbis hoc participium, adfirmat H. Stephanus ad Corinth. art. 70. quod tunc credam, quum primum exemplo probatum invenero: nam quod ibidem ex Corintho adfertur, ὡς κυρεῖς ἔχων apud Sophoclem, & ipse in Thesauro suo in V. Κυρῶ ex eodem adfert, ὡς ἔχων κυρεῖ. longe aliud est: & participium ἔχων ponitur ibi pro διακείμενος, ita ut ὡς ἔχων κυρεῖ sit ὡς διακείμενος τυγχάνει.

56 Con-

λέγε. *Prenez moy cefte accufation, & la lifez.* Similia paffim exempla [56].

V. Φέρων, eodem quoque modo ufurpatur, ut apud AEfchinem contra Ctefiphontem, Εἰς τῦτο φέρων περιέςησε τὰ πράγματα· *Eo res adduxit noftras.* tolle, φέρων, idem fenfus integer remanebit [57]. Ubi tamen notandum eft, Participi- Φέρων abundat.

56 Confer Ariftophanem, Avib. vf. 56. & 648. Non tamen neceffe eft, ut imperativus adfit, ut patet ex Platone in Phaedro pag. 260. lin. 25. Ὅταν ἂν ὁ ῥητορικὸς ἀγνοῶν ἀγαθὸν καὶ κακὸν, ΛΑΒΩΝ πόλιν ὡσαύτως ἔχουσαν, πείθῃ. *Quando igitur orator ignarus boni & mali civitati eodem modo affectae fuadet.* Graeci: *capiens civitatem perfuadet.* Plut. in fine vitarum Demofthenis & Ciceronis comparatarum, addit pronomen ἑαυτὸν, quod vel itidem abundat, vel, quod malim, cum participio λαβὼν vertendum eft, *fubducens fe.* Verba haec funt: Ἐξ τῶν ὅπλων καὶ τῶν δορυφόρων ΛΑΒΩΝ ΕΑΥΤΟΝ ᾤχετο. *Ex armis & fatellitibus fe fubducens effugit.* Atque adeo non fatis recte abundare dicitur, cum fuam fignificationem retinens verbo majorem vim addat; patetque non otiofa ipfius praefentia imprimis in conftructione, ut apud Hom. lib. Il. XII, vf. 451.

Ὡς δ' ὅτε ποιμὴν ῥεῖα ΦΕΡΕΙ πόκον ἄρσενος οἰὸς
Χειρὶ ΛΑΒΩΝ ἑτέρῃ. - - -

*Sicut, quum paftor facile fert vellus ovis altera manu prehendens.* Latini, omiffi participii fignificationem nudo verbo *habeo* tribuunt, ut in illo Terentii in Andria: *Habeas, valeas, vivas cum illa.* Ubi Graeci dicerent λαβὼν ἔχε vel εἶχε, vel fimile: noftrates, Loop 'er mee heen. Eodem plane modo conftruitur verbum ἔχω cum cognatae fignificationis participio apud Hom. lib. Il. A, vf. 356. Ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας. *Abftulit, abduxit praemium.* Ubi fi participium ἑλὼν dicamus abundare, evanefcit notio auferendi, quam tamen imprimis innuit Achilles, querens, praemium fuum ab Agamemnone ablatum. Neque tamen λαβὼν ἔχω femper idem fignificat, fed pro varia occafione varie reddendum: ita pro *afferva* ponitur apud Athenaeum lib. I. Deipnofoph. pag. 13. Ubi ait, apud Homerum convivas epularum reliquias domum non afportare, fed relinquere folitos, & fubdit; Καὶ ἡ ταμία λαβοῦσα εἶχεν, ἵνα, ἄν τις ἀφίκηται ξένος, ἔχοι δοῦναι αὐτῷ. *Et ancilla eas capiens habebat, i. e. affervabat, ut, fi veniret hofpes quispiam, haberet, quod illi apponeret.*

57 Nihil minus, quam abundare, videbimus hoc participium, fi obfervamus, conftrui illud cum verbo motum ad rem fignificante: fi enim verba cum AEfchinis, tum Plutar-

ticipium illud, nescio quam verbo significationem addere;

tarchi, nulla Latinitatis elegantiae ratione habita, proprie vertimus, apparebit pulcra in illis allegoria, quam Latini assequi non possunt. Nam ita nuda verba prioris sonant, quasi *res sustulerit, & in locum quempiam attulerit.* Simile quid in posterioris verbis tum loco citato, cum περ παίδ. ἀγ. apparet, ubi deridet stultitiam illorum patrum, qui, cum possideant multos servos; quorum alii ad alia praestanda utiles sunt, si quem invenerint inter illos ad nullum ministerium idoneum, τούτῳ ΦΕΡΟΝΤΕΣ ὑποβάλλουσι τοὺς υἱούς· *huic filios suos subjiciunt:* q. d. *ad hunc portant suos filios & ipsi subjiciunt.* Idem fere sentiendum est de participio ἄγων, quod, ut & Φέρων, aperte πλεονάζειν dicit H. Stephanus ad al. script. de Dial. Att. pag. 78. Exempla, quae omnia ex Homero citat, praeferunt sibi motus alicujus significationem, unde patet, hoc participium non abundare. Ad hoc probandum sufficiat nuda Homeri verborum versio. Loca sunt Odyss. ρ. Δὸς τῷ ξείνῳ πάντα ΦΕΡΩΝ. *Aufer omnia & hospiti trade.* Il. ψ circa finem.

Αὐτὰρ Πηλείδης κὰτ' μὲν δολιχόσκιον ἔγχος

Θῆκ' ἐς ἀγῶνα ΦΕΡΩΝ. - - -

*At Pelides praelongam hastam in certamen adtulit ac deposuit.* Odyss. υ, vs. 96.

- - - Ἐκ δ' βοείην

Θῆκε θύραζε ΦΕΡΩΝ. - - -

*Extra [domum] foras extulit bovinam [pellem] & deposuit.* Lib. α, vs. 128.

Ἔγχος μὲν ῥ' ἔστησε ΦΕΡΩΝ πρὸς κίονα μακρήν.

*Hastam tulit & statuit ad columnam longam.*

In Boeot. vs. 65.

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

Στῆσε δ' ἌΓΩΝ, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

*Ajax vero ex Salamine adduxit duodecim naves, adductasque statuit ibi, ubi Atheniensium stabant phalanges.* Nec enim obstat, quod verbum ἄγεν praecedenti versu praemittatur. Iliad. χ, vs. 350.

Οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα

Στήσωσ' ἐνθάδ' ἌΓΟΝΤΕΣ. - - -

*Non si decies vel vicies tanta dona huc adferrent & statuerent.* lib. ψ.

Ἦ ῥα, καὶ ἵππον ἌΓΩΝ μεγαθύμου Νέστορος υἱὸς

Ἐν χείρεσσι τίθει Μενελάου. - - -

*His dictis adducebat equum magnanimi Nestoris filius, & Menelao in manus tradebat.* In quibus omnibus participia ἄγων & φέρων suam habent significationem, nec abundant, sed more Graecorum pro Verbis adhibentur & conjunctione &: ἄγων ἔστησε pro ἦγε καὶ ἔστησε, de quo Noster sect. praecedenti Reg. 14.

re, aliquando *voluntarii*, aliquando *praecipitis*, aliquando *fatalis impetus*: ut apud Plutarchum in Themistocle, ubi de eodem loquens, μᾶλλον, inquit, φοβηθεὶς συγγενῆ, καὶ πρόσφατον φθόνον, ὀργῆς παλαιᾶς καὶ βασιλικῆς, ταύτῃ φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτόν· *Cum vehementius civilem ac recentem invidiam metueret, quam antiquam & regiam iram, huic sese prudens volensque submisit* ".

SECT.

58 Agmen claudant φεύγων & τρέχων, quae participia simili modo construuntur. Prioris exemplum est apud Herodot. οἴχονται φεύγοντες. *Abierunt fugientes*. Nisi ibidem verbum οἴχονται πλεονάζειν mavis, & simpliciter reponis ἔφυγον, ut & apud Arrian. de Exp. Al. lib. 3. cap. 7. Μαζαῖος δὲ, ὡς ἤκουσεν ἤδη προσάγοντα Ἀλέξανδρον, ᾤχετο ΦΕΥΓΩΝ σὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ. *Mazaeus autem, ut Alexandri adventum cognovit, fugam capessebat cum universo exercitu.* Pro Ἔφυγεν. Adeo ut verbum ᾤχετο addatur, ad celeritatem sive festinationem significandam. Hinc quandoque fit, ut duo participia absque ulla copula uni verbo addantur. Ita Herodot. Erat. c. 33. ΟἼΧΟΝΤΟ ΦΕΥΓΟΝΤΕΣ ἈΠΟΛΙΠΌΝΤΕΣ τὴν πόλιν. Ad verbum, *Abierunt fugientes relinquentes urbem*. vel rectius: *Fugerunt urbe relicta.* Huic simile est participium ἀποδράς. Ita Aristoph. Ἐκκλ. vs. 196.

Ὁ τοῦτ' ἀναπείσας εὐθὺς ἈΠΟΔΡᾺΣ ᾤχετο.

*Qui hoc persuaserat illico fugiens abiit.* Posterioris exemplum quaere apud eundem Nub. vs. 778.

- - - Ἔτι μιᾶς ἐνεστώσης δίκης,
Πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖσθ' ἀπαγξαίμην ΤΡΈΧΩΝ.

- - - *Instante adhuc una dica,*
*Priusquam mea citetur, ego me strangulem.*

Ubi itidem participium illud τρέχων celeritatem aliquam notat. Latini dicerent: *Ego abeam cito, & me strangulem.* Ita enim Ter. Andr. Act. 1. sc. 5. vs. 21.

- - - *Id mihi visus est dicere: abi cito & suspende te.*

## SECTIO III.

### De Participiis [ἀπολελειμμένος,] γιγνόμενος, & ἐνδεχόμενος.

Ἀπολελειμμένος ignarus.

[Ἀπολελειμμένος — *ignarus*, ut vertit Budaeus. Sophocles Oedipo tyranno: Quum Oedipus Tiresiae caecitatem exprobrasset, hoc illi Tiresias respondit, *Tu & vides, nec tamen cernis in quanto es malo:* fuit ergo Oedipus πολὺ ἀπολελειμμένος τῶν ἑαυτοῦ κακῶν, *nesciebat se patrem occidisse: ex matre liberos suscepisse.* Isocrat. περὶ ἀντιδόσεως. Τῆς παιδείας ταύτης οὐκ ἂν ἐγὼ φανείην ἀπολελειμμένος. *Ego non possum videri ignarus hujusce disciplinae.* ἀπολείπομαι, proprie, *relinquor a tergo, non assequor*, cui contrarium παρακολουθῶ. sed utrumque verbum ad *intelligentiam* saepe transfertur; ut is dicatur παρακολουθεῖν, qui rem aliquam *assequitur atque intelligit:* ἀπολείπεσθαι, *qui minus intelligit, sed est rei penitus ignarus, is enim quasi relinquitur & deseritur a re, quae illum fugit* [59]. Hinc Latini dicunt, *hoc me non fugit*; id est, παρακολουθῶ, *non sum ignarus hujus rei.* Hinc εὐπαρακολούθητον, *facile intellectu:* δυσπαρακολούθητον, *difficile intellectu*] [60].

RE-

59 Quo plane sensu hoc verbo utitur Plato scribens ad Perdiccam. Ταῦτας φαῖεν μὲν ἂν ἐπίστασθαι πάμπολλοι, πλεῖστοι δ' ἀπολείπονται τοῦ καταινοεῖν αὐτάς. *Has intelligere se quam plurimi profiteantur, longe tamen abest ut cognoscant.*

60 Participium ἀρχόμενος eleganter admodum ponitur pro ἐν ἀρχῇ, ita ut ἀρχόμενος εἶπον notet, *Initio dixi.* Quam constructionem sortitur etiam desinendi participium τελευτῶν per omnes numeros, ut ostendetur infra ad reg. 6. Hoc sensu sequentem post se amat generandi casum. Plat. Phaedr. pag. 263. lin. 39. Ἀλλὰ καὶ ὁ Λυσίας ἈΡΧΌΜΕΝΟΣ ΤΟΥ͂ ἘΡΩΤΙΚΟΥ͂ ἠνάγκασεν ἡμᾶς ὑπολαβεῖν, & quae sequuntur. *Sed & Lysias in exordio illius de Amore orationis hanc nos coëgit suscipere sententiam &c.* Simile exemplum invenies in illis, quae ibidem paulo ante praecedunt. Eo modo opponitur, τὸ, διὰ τέλους, apud eundem in Sophist. pag. 237. ἈΡΧΌΜΕΝΟΣ γε καὶ ΔΙᾺ ΤΈΛΟΥΣ τοῦτο ἀπεμαρτύρατο. *Ab initio ad finem usque hoc testatus est.* Idem participium ἀρχόμενος ita cum suo substantivo construitur, ut ad verbum

bum reddi non possit, sed necessario mutari debeat in substantivum cum generandi casu nominis, ad quod refertur. V. C. Demosth. de Cor. p. 347. in fine. Ἰδεῖν τὰ πράγματα ἀρχόμενα. Pro, τὴν τῶν πραγμάτων ἀρχήν. *Videre initia rerum.*

## REGULA I.

Participium γιγνόμενος [61] variis & elegantibus modis reddi potest.

Primo enim significat *justum, aut legibus quasi constitutum:* ut, γιγνομένη τιμὴ, *justum pretium*; & γιγνόμενον τίμημα, *mulcta legibus constituta*, vel *justa legis aestimatio.* Sic γιγνομένη χάρις, *justa & quasi debita gratia.* Demosthen. pro Coron. [62] Ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου, τὸ γιγνόμενον κατὰ τὴν οὐσίαν ἕκαστον τιθέναι. id est, *Legis autem meae vi*, vel *ex praescripto legis meae, quod aequum & justum est singulos pro facultatibus suis pendere, vel contribuere.* Sic ἀγῶνες γιγνόμενοι, *ludi solennes & certo quodam solennique tempore recurrentes.* Γιγνόμενος, legitimus.

II. Secundo, *naturalem*, aut *proprium*; quo pacto *Atheniensium civitas* ab Aristide, in Panathenaico dicitur [63], Τὴν γιγνομένην τάξιν ἔχουσα πρώτη πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. *Prima Graecarum urbium, naturali quodam & proprio situ, ad solem orientem conversa.* Γιγνόμενος, proprius.

III. Tertio, *verum, germanumque*, non *fictitium, & adulterinum:* ut ibidem, Διὸ καὶ ἄνδρας, inquit, κρατίστους, καὶ τῆς γιγνομένης ἀρετῆς ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντας ἤνεγκεν. id est, *Quare viros* Γιγνόμενος, verus.

61 Hoc participium etiam in sua prima, vel certe primae proxima significatione tironibus crucem figere solet ob id, quod, cum aures Hellenismo nondum assuetas habeant, nihil satis intelligunt, quam quod cum Latinorum consuedine quodammodo convenit. Discant illi pro eo, quod in N. T. est familiare, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ex Xenophonte dicere ἐν ταῖς γιγνομέναις ἡμέραις. Ad verbum: *In diebus, qui fiebant vel erant.* Ita enim ille lib. V. Κύρ. παιδ. pag. 141. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος οὕτως ΕΝ ΤΑΙ͂Σ ΓΙΓΝΟΜΕΝΑΙΣ ἩΜΕ΄ΡΑΙΣ ἀφικνεῖται πρὸς τὰ μεθόρια τῶν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων. *Hoc modo proficiscens per illos dies ad Assyriorum & Medorum fines pervenit.* Hoc idiomate, ejusque auctoritate nixus illud vernaculum, dit loopende jaar/ verterem, τὸ γιγνόμενον ἔτος. Praesentis enim rei progressionem denotat.

62 Pag. mihi. 327. lin. 49.

63 Pag. mihi. 167.

64 Ver-

*viros etiam ferre vulgo solet, cum robustissimos, tum ejusmodi, qui maximos in vera germanaque virtute profectus faciant* [63].

**Γιγνόμενον ἀργύριον.** IV. Quarto, γιγνόμενον ἀργύριον, *pecunia non modo proba, sed etiam integrae summae, & nulla ex parte decurtata:* nam τὸ γιγνόμενον ἀργύριον ἀποτίνειν, est, *integram justamque pecuniae summam persolvere* [65]. Quod Tullius dicit, *recte dare:* Titus Livius *recte restituere:* Ulpianus *recte praestare.*

**Γιγνόμενον, usura.** V. Quinto, τὸ γιγνόμενον, absolute, id est, τὸ ἐκ τοῦ ἀργυρίου κέρδος, *usura creditae pecuniae legitima:* qui etiam τόκοι γιγνόμενοι dicebantur. Quanquam etiam pro *justa mercede* [66] sumitur: ut τὸ γιγνόμενον φέρεσθαι, *justam auferre mercedem.*

**Γιγνόμενον, absolutum.** VI. Sexto, τὸ γιγνόμενον in universum, est *id omne, cui nihil omnino ad perfectionem & integritatem desit.* Sic Aristides loco citato ait, τοὺς δρομέας τὸ γιγνόμενον πεπληρωκέναι, *cursores justum & integrum curriculum absolvisse.* Quo sensu eleganter sumitur, ἀντὶ τοῦ καθήκοντος, *pro officio omni ex parte cumulato:* ut, μηδὲν ἑαυτῷ σύνοιδα, τοῦ πρὸς σὲ γιγνομένου μηδαμῶς ἐλλείψαντι. *Conscius mihi sum, nihil a me penitus officii erga te mei praetermissum fuisse.*

**Γιγνόμενον, facultas.** VII. Septimo, idem est, quod τὸ μέρος τὸ ἐπιβάλλον, de quo in capite de Nomine supra diximus: non tantum *rata portio*, sed etiam *virilis pars & facultas:* ut, πάντες οἱ κληρονόμοι τὸ γιγνόμενον ἐκομίσαντο, id est, *suam quamque partem haeredes omnes abstulerunt.* Sic, Τὸ γ' ἐπ' ἐμοὶ γιγνόμενον, διαπράξασθαι πειράσομαι. id est, *Quantum in me erit, rem perficere conabor.*

VIII.

64 Verba Aristidis extant pag. mihi 176. Huic affine est, cum in affirmatione dicitur. Τὰ γιγνόμενα λέγειν. i. e. *Vera praedicare. Id quod res est dicere:* vel simile quid. Plat. in Theaet. pag. 175. lin. 18. Παντάπασι τὰ γιγνόμενα λέγεις, ὦ Σώκρατες. *Omnino vera praedicas, o Socrates.*

65 Ita in Syngrapha apud Demosth. contra Lacritum, p. 592. creditoribus, a quibus mutuo acceperant argentum, promittunt debitores, σωθέντων τῶν χρημάτων Ἀθήναζε, ἀποδώσειν ΤΟ ΓΙΓΝΟΜΕΝΟΝ ἀργύριον. i. e. *si salvae Athenas advectae fuerint merces, se integram pecuniam reddituros.*

66 Quam scilicet aliquis ex laboribus sibi parat. Ita Lucian. in Tox. de eo, qui operam suam purpurariis locaverat, καὶ ΤΟ ΓΙΓΝΟΜΕΝΟΝ ἐκ τούτου ἀποφέρων, ἔτρεφε τὸν Δεινίαν. *Et hac pecunia, quae ipsi hinc redibat, alebat Diniam.*

67 Τὰ

VIII. Octavo, γιγνόμενος, est *cohaerens & consentaneus*, vel etiam *cum decore & dignitate conjunctus*: unde oppositum, ὀ γιγνόμενος significat *absurdum, commentitium, inanem, & indignum*: v. g. ἐμπλεως φαίνεται ὀ γιγνομένων ἐλπίδων, *spes inanes absurdasque fovet*: quae etiam ἐλπίδες μὴ ὄντα, *spes nullae*, dici possunt. Γιγνόμενος, cohaerens.

Hinc fit, ut τὰ γιγνόμενα in neutro, dicantur, *ea quae decent, atque debentur*: ut apud Aristidem loco citato, Τιμᾶν τοῖς γιγνομένοις τὴν πόλιν. *Dignos civitati honores persolvere*: nisi malis significare *proprios ac peculiares fructus, qui tamen ad singularem istius civitatis rem conditionemque pertineant*.

IX. Nono, τὰ γιγνόμενα *proprias commoditates* [67] significant, *quarum amore ac studio quisque ducatur*: ut apud Demosthen. Philipp. 2. ubi de Philippo Rege loquitur; Τὰς Θηβαίυς ἡγεῖτο, inquit, ἀντὶ τῶν αὐτοῖς γιγνομένων, τὰ λοιπὰ ἐάσειν ὅπως βύλεται πράττειν αὐτόν. id est, *Thebanos existimabat propriis commodis conciliatos & allectos, integram sibi liberamque reliquorum omnium potestatem esse permissuros.* Γιγνόμενα, commoditates.

X. Participium ἐνδεχόμενος, primo idem fere est, quod πρόχειρος, *promptus, ad manum, cujus copia nobis est*. Hinc apud Antiphontem, ταῖς ἐνδεχομέναις ἐκόλασαν τιμωρίαις, *quibus licuit, affecere suppliciis*. Ita contrario sensu, τιμὰς ἀπένειμαν τὰς ἐνδεχομένας τοῖς αὐτῷ κατωρθωμένοις, id est, Ἐνδεχόμενος, promptus.

67 Τὰ γιγνόμενα *proprias* significare *commoditates*, tunc credam, cum exemplis probatum videro, neque si addidisset Auctor *cum dativo personae, cujus privatae rationes exprimuntur*. Neque Demosthenis verba pag. 26, lin. 12. quidquam probant. Ait ille, Philippum de Thebanis bene meritum, ut eos sibi devinciret, eorumque opera contra reliquas Graecorum civitates abuteretur. Putabat, inquit, Thebanos ἀντὶ τῶν αὐτοῖς γιγνομένων (intellige ἀπὸ Φιλίππυ.) i. e. *pro iis beneficiis] quae in ipsos a Philippo collata erant*, &c. Atque hunc verborum esse sensum, patet ex sequentibus, ubi ait: Καὶ νῦν τὰς Μεσσηνίυς καὶ τὰς Ἀργείυς, ταῦτα [an ταὐτά.] ὑπειληφὼς, εὖ ποιεῖ. *Et nunc, de Messeniis & Argivis eadem mente bene meretur.* scilicet ut illi ἀντὶ τῶν αὐτοῖς γιγνομένων, αὐτῷ συμπράττωσιν. *beneficiis ab ipso conciliati secum facerent.* Nec dubito, quin in malam partem possit adhiberi, ut si quis dicatur *calamitatibus succumbere*, sive, *re male gesta desperare*: ἐπὶ τοῖς αὐτῷ γιγνομένοις ἀθυμεῖν.



Digitized by Google

est, *quibus potuerunt honoribus res ab eo praeclare gestas prosequuti sunt.*

Ἐνδεχόμενος, *probabilis*

XI. Secundo aliquam *facilitatis ac probabilitatis* significationem habet: ut, ἐνδεχομένη πίστις, *fides quae satis facile ac probabiliter adhibeatur*, apud Herodianum lib. 2. initio. Sic ἐνδεχομένη πρόφασις, *color, & praetextus vero similis:* ἐνδεχόμενον ἔγκλημα, *crimen probabile:* ἐνδεχομένη ἀπολογία, *defensio bonae fidei*, vel *digna quae utcunque probetur.*

Ἐνδεχόμενος, cum superlat.

XII. Tertio, jungitur etiam eleganter cum superlativo, idemque tum fere est, quod ὡς, vel ὅτι, *quam* apud Latinos. Aristoteles 7. Politicorum, Ἡ πόλις κοινωνία τίς ἐστι τῶν ὁμοίων, ἕνεκεν δὲ ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης· *Civitas quaedam similium communitas est, ad vitam quam optime fieri potest instituendam comparata.* Sic, τὴν προθυμίαν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐνδεχομένην στασιμωτάτην, *constantissimam alacritatem ostendere.*

Ἐνδεχόμενον, *facultas.* Ἐνδεχομένως, idem.

XIII. Quarto, τὸ ἐνδεχόμενον, de quo jam superius aliquid attigi, est *perficiendae rei facultas qualiscunque*, ut, κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, *pro virili parte*; quod etiam efferri solet per adverbium ἐνδεχομένως, ut apud Polyb. lib. 5. Ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸ παρὸν ἐνδεχομένως ἐβουλεύσατο. *Rex opportunum pro tempore consilium cepit:* vel per genitivum pluralis numeri, sed neutrius generis, cum praepositione ἐκ, ut; ἐκ τῶν ἐνδεχομένων τοὺς πολεμίους ἠμύνατο, *qua potuit ratione hostes propulsavit.* Thucyd. fere dicit: ὡς ἐκ τῶν ἐνδεχομένων.

Ἐνδεχόμενον, *contingens.*

XIV. Quinto, apud Philosophos illud est, quod *contingens* dici solet; quod nimirum tam fieri, quam non fieri ex sese potest: ut in bello vincere, aut non vincere, ἕν τι τῶν ἐνδεχομένων [68] vocatur: quo sensu opponitur, τῷ

68 Ut tironibus haec planiora fiant, sciendum est, ellipticam esse locutionem, & subaudiri accusativum, sive orationem infinitivam accusativi partes agentem. Quando itaque verbum ἐνδέχεσθαι vel participium ἐνδεχόμενον proprium *aliquid in se recipiendi* sive *admittendi* significatum obtinet, hinc planum est, aliquid dici ἐνδεχόμενον, quod aliud quispiam, casum, puta, vel habitum vel conditionem aliam, in se recipere & admittere potest: atque adeo, quod alio modo se habere, aliter accidere potuisset. Patet hoc ex verbis Aristotelis, lib. Eth. VII. cap. I. Ubi animae ratione praeditae facultates in duas partes dividit, ἓν μὲν, ᾧ θεωροῦμεν

τῷ τε ἀναγκαίῳ, id est, *tam rei necessariae*; καὶ τῷ ἐφ' ἡμῖν, *quam ei, quae in nostra potestate sita est*; καὶ τῷ κατὰ προαίρεσιν, id est, *& ei, quam sponte ac deliberate suscipimus* [61].

S E-

μεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἘΝΔΕΧΟΝΤΑΙ ἌΛΛΩΣ ἜΧΕΙΝ, ἐν δέ γε, ᾧ τὰ ἘΝΔΕΧΟΜΕΝΑ. *vel qua consideramus talia, quorum principia necessario ita se habent, vel qua contingentia.* Ubi τὸ ἄλλως ἔχειν accusativi loco subjungitur verbo ἐνδέχονται. q. d. *Non recipiunt in se* τὸ ἄλλως ἔχειν, i. e. ἄλλην ἕξιν. Illud autem ἄλλως ἔχειν aliquando additur, aliquando supprimitur, ut in eodem cap. & seq. Ex hac *aliquid in se recipiendi* notione fluxit illa, quam Auctor modo R. 12. ex Budaeo attigit: qui verba Aristotelis ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης, reddit κυριώτερον. *vitae, quam humana natura capit, optimae*, Vide, num magis huic loco apposite: *vitae, quam ipsa* [sc. civitas] *capit, optimae*. Locus Aristotelis est l. VII. de Rep. cap. 8.

69 Claudat hanc sectionem participium ἐχόμενος, cujus plurali neutro cum genitivo τούτων utuntur Graeci eo loco, ubi, recitatis quibusdam alicujus scriptoris verbis, caetera ob orationis longitudinem recitare supersedent. Latini dicunt: *Et caetera. Et sic deinceps.* Graeci: Καὶ τἆλλα τούτων ἐχόμενα. Quod etiam aliter efferunt: Καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτοις. Vel, Καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ἔπους. Vel, Καὶ τὰ τούτοις ἐφεξῆς. Utuntur etiam Graeci hoc participio cum genitivo post recensionem rerum quarumvis. Ita Antoninus lib. εἰς ἑαυτ. 1. cap. 3. postquam plurima, quae a Diogneto doctus erat, enumeraverat, ita caput claudit: Καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα. *Et caetera quae ad Graecorum disciplinam pertinent.*

70 Esse

Digitized by Google

# SECTIO IV.

## *De Participiis Verborum* ὀνομάζω, παρέχω, περιέχω, ποιῶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, εἰμί.

## REGULA I.

Ὀνομάζων. Notandus usus participii ὀνομάζων, praecedente adverbio. Demosthen. pro Coron. de AEschine, qui dixerat οἰκειότητας, *necessitudines*, non tam verbis, quam communi utilitate βεβαιοῦσθαι, *firmari*: addit, μάλα σεμνῶς ὀνομάζων, *admodum graviter nominans*, id est, *specioso admodum nomine, vel etiam oratione usus.*

Ὁ παρασχών, τὸ παρασχόν. II. Ὁ παρασχὼν, & τὸ παρασχὸν [70], rarius quidem, aliquando tamen, idem videtur esse, quod παρὼν καιρὸς, *praesens occasio*: sic enim intelligo illud Aristidis in Panathenaica: Ἐναργῆ, inquit ille, καὶ θαυμαστὰ τῆς αὐτῶν ἐπιεικείας σημεῖα ἐξήνεγκαν, ἐν παντὶ τῷ παρασχόντι. *Illustria prorsus, atque egregia aequitatis suae documenta dederunt, quoties se dedit occasio.* Vide Sect. 1. Reg. 4.

Ὁ περιέχων, aër. III. Participium περιέχων, id est, *continens*, cum articulo junctum, saepe pro *aëre* sumitur, quod is inferiora omnia complectatur [71]. Plutarchus in Alexandro, Λέγεται, inquit, παρὰ δεῖπνον, ὑπὲρ ὡρῶν καὶ κράσεως τοῦ περιέχοντος, λόγων ὄντων. *Ferunt, cum aliquando super coena de tempestatum varietate, deque aëris temperatione sermo incidisset.* Ibid. Πλείστην φθορὰν ἀπορίαι τῶν ἀναγκαίων, καὶ δυσκρασίαι τοῦ περιέχοντος ἀπειργάσαντο τῆς στρατιᾶς. id est. *Stragem exercitus maximam, cum rerum necessariarum penuria, tum coeli gravior temperies ediderunt.*

IV.

70 Esse potest hoc Participium τὸ παρασχὸν impersonale, deductum a παρέχει. *Licet, Facultas est* atque ita ἐν παντὶ τῷ παρασχόντι, est, *ubicunque licet, sive, occasio sese obfert.* Adeoque a παρὼν differt, si ei non adversetur. Alioquin prius illud ὁ παρασχὼν personale est & ellipticum, subaudito καιρὸς, id quod nonnunquam additur. Integrum habes apud Plut. in Caesare p. 711. Ὡς ἀρίστῳ τῷ καιρῷ τότε παρασχόντι μὴ χρησάμενος. *Quod optima hac occasione non usus esset.*

71 Ellipsin substantivi ἀὴρ agnoscit Cl. Bos, quem adi.

72 Pro

Digitized by Google

IV. Participium activum verbi ποιῶ cujuscumque temporis fuerit, junctum cum adverbio καλῶς, significat *jure ac merito*, idque vel continuata oratione, vel nonnihil etiam disjuncta. Et continuata quidem, ut, καλῶς δὴ ποιῶν αὐτῷ συγγνώμην ἂν ἔχοις τῦ παρὰ γνώμην ἡμαρτημένυ, *merito sane, peccati praeter voluntatem admissi veniam ei dederis*: quod vulgo satis feliciter dicimus, *vouz ferez bien de luy pardonner* [72]. Sic apud Demosthen. oratione I. Ἵνα ὑπὲρ πολ- Καλῶς ποιῶν, jure.

72 Pro varia tamen occasione varie vertitur. Ita Demosth. epist. I. pag. 108. lin. 49. Ἐπειδήπερ οἱ Θεοὶ ΚΑΛΩ͂Σ ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΕΣ, σώσαντες τὴν πόλιν, ἀποδεδώκασιν ὑμῖν ὅ, τι ἂν βούλεσθε, ἐξ ἀρχῆς βυλεύσασθαι. *Postquam Deorum benignitate, conservata rep. vobis licitum est de integro, vestro arbitratu deliberare.* Prop. *Dii bene facientes, conservantes* vel *conservando remp. dederunt* &c. Vide, utrum praestet: *Dii jure merito urbem servantes*, an, *pro benignitate sua servantes*. Similis vertendi ratio est in epistola sequenti pag. III. lin. 34. Ἐπειδὴ δὲ ΚΑΛΩ͂Σ ΠΟΙΟΥ͂ΝΤΕΣ πᾶσι τοῖς ἐν ταῖς αἰτίαις διηλλάχθητε. Quae verba ita versa invenio: *Postquam vero pro vestra sapientia reis omnibus reconciliati estis.* Latini vel omittentes participium, adverbium *bene* cum verbo jungunt; unde apud Terentium: *Bene mones.* Gy doet wel / dat gy het zegt. Vel plane, ut nostrates, utuntur verbo *Facio*, sequente particula *Quod.* Ita Horatius. lib. I. sat. 4. vs. 17

*Di BENE FECERUNT, inopis me QUODque pusilli*
*Finxerunt animi* . . .

Vel in fine sententiae verbum ποιῶ cum praecedentibus conjunctio καὶ connectit, quod cum Latinis commune habent Graeci. Ita ex Demosthene Aristides pro Quatuorviris, pag. 439. Εἶτα τῶν πρότερον γεγενημένων ἀνδρῶν ἀγαθῶν μέμνησαι, ΚΑΙ῍ ΚΑΛΩ͂Σ ΠΟΙΕΙ͂Σ. *Deinde virorum bonorum, qui olim fuerunt, meministi, & recte facis.* Participii tamen longe frequentiorem esse usum, tirones moneo. Eodem modo εὖ ποιῶν construitur, & commode redditur, *si sapiat*, apud Plut. in Conjug. praec. pag 142. lin. 13. Διὸ δεῖ καὶ τὴν οἰκοδέσποιναν πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ἑταιρικὸν καὶ πανηγυρικὸν, εὖ ποιῦσαν, φεύγειν. *Idcirco decet matremfamilias, si sapiat, omne supervacuum, & meretricium, & quidquid ad pompam pertinet, fugere.* Alias quoque idem, quod καλῶς ποιῶν, notat. Ita apud Plat. de Rep. lib. I. pag. 351. ubi ad verba χαρίζομαί σοι, *Rem tibi gratam facio*, respondet Socrates: Εὖγε σὺ ποιῶν. *Recte tu quidem. Haec est benignitas tua.* Vel simile quid. Pro iisdem dicitur etiam ὀρθῶς ποιῶν. Ita Julian. Misopog. pag. 353, Ὃν καὶ ὑμεῖς, ὡς ὄντα μάλιστα αἰτιώτατον τῶν ἡμῶν

πολλῶν, ἂν, καλῶς ποιοῦντες, ἔχουσι, μικρὰ ἀναλίσκοντες, τῶν λοιπῶν καρπῶν) ἀδεῶς. id est, *Ut eorum, quae jure obtinent, plurimorum loco, paucis quibusdam impensis, reliquorum fructu secure potiantur.*

Distincta vero; ut, τἀνδρὸς φιλίαν ἀντὶ πάντων εἵλοντο τῶν χρημάτων, καὶ μάλα γε καλῶς ποιήσαντες, id est, *hominis amicitiam divitiis omnibus potiorem habuerunt, & merito quidem:* quod saepius dicunt, καὶ μάλα γε εἰκότως. Vide cap. 5. de Verb. sectione 10. Regula 2.

V. Secundo, hujus idiotismi usus est adjuncto etiam, illustrioris significationis gratia, καὶ τὰ δίκαια, vel τὸ δίκαιον, vel τὰ καθήκοντα, vel τὸ καθῆκον· quae voces *jus officiumque* significant: dicunt enim καλῶς γε, καὶ τὰ δίκαια ποιῶν, eodem plane sensu.

VI. Tertio, negationem aliquam praemittunt, vel continuata, vel disjuncta similiter oratione: ut, τὸν αὐτοκράτορα, τὸν μεγίστης ὅσης αἴτιον τῆς εὐτυχίας γενόμενον, τῆς πατρίδος, οὐ καλῶς ποιοῦντες, ἐξωρίσαντο. *Imperatorem, cujus virtute parta Reipublicae felicitas magna fuerat, e patria per summam injuriam expulerunt.* Vehementior autem oratio distincta esset, hoc modo, τῆς πατρίδος ἐξωρίσαντο, οὐ καλῶς ἄρα ποιήσαντες, οὐ μὰ τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν, id est, *ejecerunt, & injuria certe quidem, per ipsam Reipublicae salutem* [73].

VII.

ἡμῶν ἐπιτηδευμάτων, ΟΡΘΩΣ ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ συλλοιδορεῖτέ μοι. *Cui vos etiam, tanquam instituti mei principi, jure merito, mecum conviciamini.* Et in his quidem omnibus καλῶς ποιῶν, verbis actionem significantibus junctum, activam vim merito exercet: at est, ubi passivis junctum eandem constructionem obtinet, ut in illo Aristoph. Plut. 864. Καλῶς τοίνυν ποιῶν ἀπόλλυται. *Jure igitur merito perit.* Similem usum habet εὖ φρονῶν, apud Aristidem, pro Quatuorviris, pag. 431. Τὴν τέχνην τρίτον ὥρισατο, ΕΥ ΦΡΟΝΩΝ. *Artem tertio loco constituit. Nec id immerito.*

73 Huic subjungo, Participium τελευτῶν *finiens*, quod respondens praecedenti casui vel expresso, vel implicite sub verbo subaudito in omni numero ponitur pro adverbio, *Tandem* Sic in numero singulari Plat. Phaed. pag. 89. lin. 40. ΤΕΛΕΥΤΩΝ δὴ ἅμα προσκρούων, μισεῖ τε πάντας, καὶ ἡγεῖται οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι τὸ παράπαν. *Finiens* i. e. *Tandem, subinde offensans omnesque odit, & censet nihil quicquam esse sanum omnino.* Et in Apol. Socr. pag. 22. lin. 29. ΤΕΛΕΥΤΩΝ ἦα. *Tandem me contuli.* In Duali numero apud eundem in Phaedro, pag. 254. lin. 11. Ubi sermo est de duobus equis, qui primum quidem indignabundi

Digitized by Google

VII. Aorist. 2. participii verbi τυγχάνω, fere significat *obvium ac tritum aliquid*, aut absolute, *fortuitum quidlibet*. Sic τυχόντες ἄνθρωποι, *homines ex trivio*: ἡ τυχοῦσα ζημία, *poena quaelibet*, aut *vulgaris*: τὸ τυχὸν πταῖσμα, *quaelibet offensio*. Demosthenes epist. ad Philipp. Μικρὰ πρόφασις, καὶ τὸ τυχὸν πταῖσμα, ἅπαντα διέσεισε, καὶ διέλυσε. *Levis praetextus, & quaelibet offensio cuncta succutere ac dissipare solet.* quod ipsum dixerat, Olynth. 2: Ἡ πρώτη πρόφασις ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. Est enim ἀναχαιτίζειν, *arrepto quasi capillo retrahere* [74]. Τυχὼν, vulgaris.

VIII. Aliquando τὸ τυχὸν, in neutro significat *casu, forte fortuna*; cui opponitur, τὸ ἐκ προνοίας, *quod certo consilio, & providentia fit*. Τὸ τυχὸν, casu.

Aliquando idem est quod ἴσως, *forte*. Synes. Epist. ad fratrem: Τυχὸν δ' ἂν καὶ τὰ πρωτεῖα συγχωρηθείημεν. id est, *Quin & primae quoque partes nobis forte concederentur*. Quo sensu, apud Atticos dicitur, conjunctim, τυχὸν ἴσως [75]. Τυχὸν, forte.

IX.

bundi adversantur, ΤΕΛΕΥΤΩ͂ΝΤΕ ᾗ, ὅταν μηδὲν ᾖ πέρας κακοῦ, πορεύεσθον ἀγομένω. *Tandem vero, quum nullus mali finis est, procedunt ducti*, vel, *duci se patientes*. Et in Plurali numero apud eundem in Phaed. pag. 90. lin. 21. ΤΕΛΕΥΤΩ͂ΝΤΕΣ οἴονται σοφώτατοι γεγονέναι. *Tandem opinantur, se sapientissimos evasisse*. Hinc aliquando fit, ut duo Participia absque ulla copula conjungantur. Sic idem in Phaedr. pag. 228. lin. 12. Ἀλλὰ ΤΕΛΕΥΤΩ͂Ν παραλαβὼν τὸ βιβλίον, &c. *sed tandem librum apprehendens*.

Eundem sensum in contraria constructione obtinet verbum desinendi cognatum ἀπαλλάττομαι, quod non quidem in Participio positum, sequenti tamen participio casum suum commodat, ipsumque in versione adverbii *Tandem* vicem obtinet. Obscuriora verba exemplo plana facere conabor. Εἰπὼν ἀπαλλάγηθι. Vertitur: *Tandem dic*. Ubi participium εἰπὼν assumit casum τοῦ ἀπαλλάγηθι, i. e. in versione redditur per Imperativum: verbum autem per Adverbium *Tandem* Plat. Gorg. pag. 491. lin. 25. Ἀλλ' ὦ 'γαθὲ, ΕΙΠΩ͂Ν ἈΠΑΛΛΑ'ΓΗΘΙ, τίνας ποτὲ λέγεις τοὺς βελτίους τε καὶ κρείττους, καὶ εἰς ὅ, τι; *Sed tandem dic, sodes, quosnam dicis melioresque & praestantiores, & quorsum?* Ad verbum: *Dicens absolve*. Vix tamen dubito, quin dicere liceat ἀπαλλαγεὶς εἰπέ.

74 Confer Act. Apost. cap. XIX, 10. ubi Deus per manus Apostolorum virtutes edidisse dicitur οὐ τυχούσας, *non vulgares*.

75 Τυχὸν μὲν & in altero membro,

Ὑπάρχοντα, subsidia. IX. De participio verbi ὑπάρχω, pauca haec notanda. Primo, praeter vulgarem acceptionem, qua τὰ ὑπάρχοντα ponuntur ἀντὶ τῶν ὄντων, vel τῆς οὐσίας, id est, *pro bonis & facultatibus*, idem neutrum plurale, sumitur loco τῶν δυνατῶν, καὶ ἀφορμῶν, vel ἐνδεχομένων, id est, *subsidiis & opibus*. Thucydid. lib. 6. Ὁρᾶτε ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων, ὅτῳ τρόπῳ κάλλιστα ἀμυνεῖσθε αὐτούς. *Videte, qua ratione pro viribus, opibusque vestris, eos quam optime propulsare possitis.* Cui loco inest etiam significatio praesentis rerum status. Sed clarius lib. 7. praemissis ὡς, & ἐκ, pro ἀπό· Ὁρῶν δὲ ὁ Νικίας τὸ στράτευμα ἀθυμοῦν, ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἐθάρσυνέ τε, καὶ παρεμυθεῖτο. *Nicias exercitum videns animis consternatum, eum tamen, prout ferebat praesens rerum status, confirmabat, atque solabatur.* Et lib. 8. sub initium, Ὅμως δὲ, ὡς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἐδόκει χρῆναι μὴ ἐνδιδόναι. *Sed tamen, ut in praesenti rerum statu*, vel *prout praesens rerum status pateretur, cedendum ac remittendum nihil visum est* [76].

X.

bro, τυχὸν δὲ, proprie *forte quidem, forte vero*, redditur elegantius per geminatum *sive*. Arrian. Exp. Al. lib. 1. cap. 10. prope fin. Καὶ Ἀλέξανδρος ἀφῆκε, (subaudi ex praecedentibus τὴν ὀργὴν) ΤΥΧΟ'Ν ΜΕ'Ν αἰδοῖ τῆς πόλεως, ΤΥΧΟ'Ν ΔΕ' σπουδῇ τοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν στόλου. *Et Alexander iram remisit, sive reverentia urbis, sive quod festinaret trajicere in Asiam* Et lib. 3. cap. 26. Ubi Parmenio, Philotae pater, jussu Alexandri interfectus dicitur, ΤΥΧΟ'Ν ΜΕ'Ν, ὅτι οὐ πιστὸν ἐδόκει εἶναι Ἀλεξάνδρῳ, Φιλώτα ἐπιβουλεύοντος, μὴ ξυμμετασχεῖν Παρμενίωνα τῷ παιδὶ τοῦ βουλεύματος· ΤΥΧΟ'Ν ΔΕ, ὅτι εἰ· καὶ μὴ ξυμμετέσχε, σφαλερὸς ἤδη ἦν Παρμενίων, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ἀνῃρημένου. *SIVE quod Alexandro non verisimile videretur, Parmenionem filii sui consiliorum non fuisse participem: SIVE, ut maxime illorum fuisset ignarus, quod jam periculosum esset, si Parmenio filio suo interfecto superesset.*

76 Idem Participium in singulari numero, praecedente articulo τὸ, eandem rerum praesentium conditionis significationem obtinet. Plat. ep. 4. pag. 320. lin. 28. ΤΟ' δὲ νῦν ὙΠΑ'ΡΧΟΝ περὶ σὲ τοιοῦτόν ἐστι, ὥστε τοὺς ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης . . . . εἰς ἕνα τόπον ἀποβλέπειν, καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα πρὸς σέ. *Praesens autem rerum tuarum conditio talis est*, vel, *Ita nunc res tuae sunt comparatae, ut ex universo terrarum orbe . . . . in unum locum, & in ipso maxime in te omnium oculi sint conversi.* Adde Aristot. lib. Ethic. 1. cap. 10. Πῶς οὐκ ἄτοπον, εἰ ὅτι ἐστὶν εὐδαίμων, μὴ ἀληθεύσεται κατ' αὐτοῦ τὸ ὑπάρχον,

X. Secundo, idem neutrum plurale, non absimili sensu, sed constructione dissimillima, pro *Deo ipso*, vel *fortuna*, vel alio quovis ponitur, quo autore, talis, aut talis sit rerum nostrarum status. Demosthen. Olynth. 2. cum dixisset Deos, & fortunam populo Atheniensi favere, eum ne sibi desit cohortatur, μὴ χείρους εἶναι δοκῶμεν περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς τῶν ὑπαρχόντων, *ne deterius nobis, quam Dii ipsi, a quibus ea habemus praesidia, consulere videamur*: aut simplicius [77], *deterius quam praesens rerum status exigat.*

XI. Tertio, ὑπάρχουσα τιμὴ, eadem significatione dicebatur, qua γιγνομένη τιμὴ, id est, *justa rei aestimatio*: ut ἀποδόσθαι τι τῆς ὑπαρχούσης τιμῆς, *vendere aliquid justo pretio.*

Quarto, ὑπάρχων καιρὸς non tantum pro *praesenti statu*, vel *tempore*, sed etiam pro illo, *quod tum praesens erat, cum aliquid fiebat.* Demosthen. pro Coron. eleganter. Ἀναγκαῖον, ὡς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα, ἀναμνῆσαι ὑμᾶς, ἵνα πρὸς τὸν ὑπάρχοντα καιρὸν ἕκαστα θεωρῆτε· *Necesse est, quomodo tunc sese res haberent, vobis in memoriam revocare, ut suo quaeque tempore spectare possitis*, id est, *de singulis pro suo cujuscunque tempore judicare*; hoc est, *habita ratione temporis, quo fiebant.*

XII. Ὢν, participium verbi εἰμὶ (quo de superius aliquid obiter aspersimus) primo significat ζῶντα, *viventem* [78]; ὁ μὴ ὢν, idem est quod θανὼν, *mortuus*. Thucydides lib. 2. Ὢν participium signif. Τὸν ζῶντα

χον. *Nonne absurdum est, si quis, cum sit felix, re vera felix non dicatur secundum praesentem ejus conditionem.*

77 Et melius, saltem tutius. Verba sunt sub initium orationis.

78 Ita Plat. Euthyd. pag. 275. lin. 11. Ἔστι δὲ οὗτος Ἀξιόχου μὲν υἱὸς, τοῦ Ἀλκιβιάδου, τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν ΟΝΤΟΣ Ἀλκιβιάδου *Est autem hic Axiochi filius, ex Alcibiade priore nati, patruelis vero ejus Alcibiadis, qui adhucdum est in vivis.* Confer Matth. II, vs. 18. Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. *Rachel plorans liberos suos: nec consolationem admisit, quia non sunt.* sc. *in vivis*. Hinc in futuro apud Poëtas οἱ ἐσσόμενοι. *Qui erunt in vivis.* i. e. *Posteri.* Hom. Il. B. vs. 119.

Αἰσχρὸν γὰρ τόδε γ' ἐστὶ καὶ ΕΣΣΟΜΕΝΟΙΣΙ πυθέσθαι

*Turpe enim est hoc auditu etiam posteris.*

Locus Thucydidis est cap. 45.

Τὸν γὰρ οὐκ ὄντα ἅπας εἴωθεν ἐπαινεῖν. *Mortuum enim laudare omnes solent.* Et, Τῶν οὐκ ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοί τισιν ἔσονται. *Mortuorum oblivio, qui postea nascentur, quibusdam erunt*, id est, *futura soboles extinctorum liberorum oblivionem afferet.*

*Florens & vigens.* XIII. Idem participium significat aliquid ἀκμάζον ἔτι καὶ κρατοῦν, *florens adhuc ac vigens.* Sic dicitur, ἀρχὴ οὖσα, *magistratus*, aut *principatus existens*, id est, *florentis adhuc vigoris ac roboris.* Sic, οὖσα δίκη, *causa* vel *lis*, *qua de re ipsa disceptatur*, vel *nondum judicata, vel composita.* Sic, ὄντες νόμοι, hoc est, κύριοι, ut ante diximus, cap. 3. Sect. 5. Reg. 16. *leges, quarum integra vis est.*

*Οὐκ ὤν, extinctus, abrogatus.* XIV. Contra, negatione praemissa, *extinctum aliquid*, vel ἄκυρον, & *abrogatum*, significat. Nam ἀρχὴ οὐκ οὖσα, *sublatus, extinctusque magistratus*, aut *falsus:* οὐκ ὄντες νόμοι, *antiquatae leges:* μὴ οὖσα δίκη, *transacta controversia*, vel *judicium nullum*, id est, *nullius auctoritatis ac momenti:* quod etiam ἡ μὴ οὖσα, tantum dicebatur, sine nomine δίκη. Hinc τὴν μὴ οὖσαν ἀντιλαγχάνειν τινί, apud Athenienses ille dicebatur, qui priore judicio, vel arbitrio damnatus, quod se tempori non stitisset, intra duos menses, *actorem in jus vocabat, & priorem sententiam nullam esse debere contendebat.*

*Οὐκ ὤν, impertinens, alienum.* XV. Eodem pertinet, quae dicitur, οὐκ οὖσα ὑπόθεσις, verbatim, *non existens argumentum*, vel *materia*, id est, *alienum, minimeque ad rem pertinens argumentum.* Demosthen. initio Olynth. 3. Οὐδὲν ἄλλο μοι δοκοῦσιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες, ἢ τὴν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς βουλεύεσθε, οὐχὶ τὴν οὖσαν παριστάντες ὑμῖν, ἁμαρτάνειν. Quae oratio nonnihil Attico more trajecta, sic ordinanda est, ἢ παριστάντες ὑμῖν τὴν ὑπόθεσιν, οὐχὶ οὖσαν τὴν περὶ ἧς βουλεύεσθε [79]. id est, *Qui hac utuntur*

79 Durior sane, insolentiorque trajectio, cui ne ordinatio quidem satis medetur. An vero putemus, veterum quenquam Graecorum dicturum fuisse, ὑπόθεσιν οὐκ οὖσαν τὴν, περὶ ἧς βουλεύεσθε. An si illud, οὐκ οὖσαν, significatione conjunctum voluisset, non potius τὴν οὐκ οὖσαν, quam οὐχὶ τὴν οὖσαν dixisset Demosthenes? Nam sic articulus τὴν non οὖσαν solum, sed totum illud οὐκ οὖσαν restringere debuisset. Nunc οὖσα ὑπόθεσις est *verum argumentum.* (vid. mox R. 16.) quod particula οὐχὶ negat. Quare malo omnem trajectionem missam facere, unde sensus eveniet, contrarius quidem, sed forsan verior. Verto itaque: *Nihil aliud mihi videntur quam*

Digitized by Google

*tur oratione, aliud mihi agere nihil videntur, quam alienum a vestra deliberatione argumentum vobis obtrudendo aberrare.* Quo sensu dici potest, οὐχ οὖσαν ὑπόθεσιν ὑποτίθεσθαι, μεταχειρίζεσθαι, *alienum*, aut, *commentitium tractare argumentum* [79].

XVI. Eodem ex fonte oritur, ut τὸ ὄν, & τὰ ὄντα *verum* significent: ut, ἀμήχανον ὑπὲρ τοῦ ὄντος ἐξεύρησις, id est, *facultatem omnem superat veri investigatio.* Sic εἴγε τὸ ὄν, vel τὰ ὄντα λέγουσιν οἱ ταύτῃ πῃ φιλοσοφοῦντες, id est, *si tamen verum dicunt, qui hoc modo philosophantur* [81]. Alias τὰ ὄντα, id est, ἡ οὐσία, vel τὰ ὑπάρχοντα, id est, *res familiaris* [82]. Hinc & dativus singularis τῷ ὄντι, idem est, quod ὄντως, ἀτεχνῶς, *vere.*

Τὸ ὄν, *verum.* Τὰ ὄντα *res familiaris.* Τῷ ὄντι.

CAPUT

*quam errare, qui talia dicunt, eam propositionem, de qua deliberatis, & non veram tractantes.* Nempe οὐχὶ negat oppositum, ut paulo post: Ἐπ' ἐμοῦ γὰρ, οὐχὶ πάλαι γέγονε ταῦτα. *Haec mea aetate, non olim facta sunt.* Quae autem erat illa propositio, de qua deliberabant Athenienses? Nempe rebus utcunque prosperis elati, Philippum ulcisci volebant. Id quoque clamitaverant oratores; sed dissuadet Demosthenes, de sociorum potius salute cogitandum censens; quam quaestionem sive deliberationem vocat τὴν οὖσαν ὑπόθεσιν. Videtur mihi haec versio nullam Demosthenis verbis vim afferre, nec a mente ipsius aberrare. Locus est statim in orationis initio.

80 Ὁ ὢν quandoque explicatur, *Qualiscunque.* Ita Dem. epist. 3. in fine, boni civis officium dicit esse, ita erga omnes esse animatum, ut liberos erga parentes oportet, & debere εὔχεσθαι μὲν ὡς εὐγνωμονεστάτων τυγχάνειν, φέρειν δὲ ΤΟΥ'Σ ΟΝΤΑΣ εὐμενῶς. i. e. *precari, ut illi sint quam aequissimi, ferre autem, qualescunque fuerint.*

81 Exemplum invenies apud Arrian. de Exp. Al. lib. II. cap. 7. Ubi Alexander, audito Darii adventu, ex amicis quosdam mittit, κατασκεψομένους, εἰ ΤΑ' ΟΝΤΑ ἐξαγγέλλεται. *exploraturos, utrum vera essent, quae nunciabantur.* Pro eodem dicitur ὁ ὢν λόγος. Pauf. in Achaic. pag. 419. in fine. Δίαιος δὲ οὐ ΤΟ'Ν ΟΝΤΑ ἔλεγεν Ἀχαιοῖς ΛΟ'ΓΟΝ. *Diaeus autem veritatem ad Achivos non retulit.* Nonnunquam τὰ ὄντα λέγειν est, *Id, quod res est, dicere.* Plat. Theaet. pag. 179.

82 Sic Arrian. libro modo citato, cap. 1. Τοὺς φυγάδας δὲ αὐτῶν κατιέναι ἐπὶ τοῖς ἡμίσεσι ΤΩ͂Ν τότε ΟΝΤΩΝ, ὅτε ἔφυγον. *Ut exules ipsorum redirent, restituta illis dimidia parte bonorum, quae tunc, cum fugiebant, possederant.* Ubi obiter observetur elegans praepositionis ἐπὶ usus, de quo infra ad Cap. IX, sect. 4. reg. 11.



Digitized by Google

# CAPUT VII.

## *DE ADVERBIO.*

## SECTIO I.

*De certis aliquot adverbiorum terminationibus.*

### REGULA I.

ADVERBIORUM quidem, cum inter sese, tum vero cum aliis orationis partibus implicata saepe ratio est. Quae tamen eorum propria magis, ac singularia videbuntur, seponere conabor: ubi vero plurium concursus erit, tum illud seligam, cujus praecipua vis in quolibet idiotismi genere fuerit [83].

Adverbia in στι. Ac primum quidem, Adverbia quae proprium gentis idioma significant, in στὶ, in acutum fere desinunt, ut, Ἑβραϊστὶ, *Hebraice*, Ἑλληνιστὶ, *Graece*, Ῥωμαϊστὶ, *Romane*, Κελτιστὶ, *Gallice:* melius quam Ἑβραϊκῶς, &c.

In δὸν. II. Secundo, praecipuae venustatis & elegantiae sunt, quae in δὸν, acutâ ultima terminantur: ut ἀγεληδὸν, *gregatim*, ἀναβαδὸν, *scansim*, βοτρυδὸν, *racematim*, *& in uvae morem*, ἐπαναβληδὸν, *obvolutim*, ut ἐπαναβληδὸν τὴν ἐσθῆτα φορεῖν, *veste obvolutum esse*, ὁμοθυμαδὸν, *uno consensu* [84], στοιχηδὸν,

83 Praemitto Adverbiorum locum significantium generaliorem usum; nam ut apud Latinos adverbia quaedam genitivum post se requirunt, significantem locum generalem, ut, *ubi terrarum* &c. sic apud Graecos non tantum, ποῦ γῆς, πανταχοῦ γῆς sunt in usu, sed etiam, quod Latinis auribus durius est, adverbia haec genitivum loci specialis amant, & reddenda sunt, *in hac* vel *in qua parte* ejus loci, qui per Generandi casum effertur. Thucyd. l. 1. c. 46. in fine. Οἱ μὲν οὖν Κορίνθιοι ΤΗ͂Σ ἩΠΕΙ͂ΡΟΥ ἘΝΤΑΥ͂ΘΑ ὁρμίζονταί τε καὶ στρατόπεδον ἐποιήσαντο. *Corinthii igitur ad illam continentis partem appulerunt, & castra posuerunt.* Nam adverbium ἐνταῦθα aliquando etiam motum ad locum significat. Sic, ποῦ τοῦ προσώπου τραυματίας ἐστίν; *Ubi faciei*, i. e. *In qua faciei parte vulneratus est?*

84 Vid.

Digitized by Google

χηδὸν, *ordine in versus quasi distributo:* ut δένδρα σοιχηδὸν πεφυ]ευμένα, *arbores in versus digestae:* συςαδὸν, *cominus*, (de quo in capite de Nomine diximus, Sect. 12. Reg. 3. ubi de phrasi, ἐκ χειρὸς) σωρηδὸν, *cumulatim*, νεφεληδὸν, *nubium instar*[85].

III. Tertio, nec minoris elegantiae sunt in τὶ, vel in ει desinentia. Prioris exempla sunt, ἀκονιτὶ, *sine pulvere*[86]: ἀνιδρωτὶ, *sine sudore*[87]: ἀπονητὶ, *sine labore*: ἀμεταςρεπ]ὶ, *nusquam respectando*, *sans tourner la teste*[88]: ἀψοφητὶ[89], *sine ullo, vel tenuissimo strepitu*: ἀσκαρδαμυκ]ὶ, vel ἀσκαρδαμυκ]εὶ[90], vulgo, *sans siller*: παντεχνὶ, In τί.

84 Vid. Act. Apost. 2: 1.

85 Sic φορμηδὸν. *Storeae instar*. Thucyd. l. II, c. 75. Notantque fere similitudinem aliquam: redduntur autem Latine vel per adverbia in *im*, vel per *in morem*, *in modum*. Est tamen ubi omnis similitudo abest, ut παραςαδὸν, *adstando*. Theogn. vs. 470.

Τῷ πίνειν δ' ἐθέλον]ι ΠΑΡΑΣΤΑΔΟ'Ν οἰνοχοείτω.
*Adstet & infundens aliquis potare volenti.*

Sic κατωμαδὸν ἵππους ἐλαύνειν, Homero est, *agitare equos scuticam trans humeros vibrando*. Similiter πάντοσε ... *Ab omni parte*. Q. Calab. παραλειπ. lib. X, vs. 402.

Τρῳαὶ καὶ Τρῶες με ΠΕΡΙΣΤΑΔΟ'Ν ἄλλοθεν ἄλλοι
Αἶψα διαδαίσουσι.
*Trojades & Troës nos undique circumfusi*
*Discerpent subito.*

Addatur Orpheus, sive mavis Pseudorpheus libr. Argonaut. vs. 316.

Ἥρωας δ' ἐκέλευσα ΠΕΡΙΣΤΑΔΟ'Ν ἀμφιχυθέν]ας.
*Heroas jussi tunc undique circumfusos.*

86 Vide exemplum apud Herodian. lib. II, cap. 14.

87 Adi Xenophont. Κύρ. παιδ. lib. II, cap. 9.

88 Sic, τρέχειν ἀμεταςρεπ]ὶ. *Continuato cursu tendere*. Occurrit apud Phil. Jud. de confus. ling. pag. 255.

89 Occurrit apud Antonin. εἰς ἑαυ]. lib. I, cap. 6. in fine, sed in sensu metaphorico: *sine strepitu*, *sine jactatione*.

90 Exemplum habet Xenoph. ibid. lib. I, cap. 27. in fine. Suntque fere negativa, ut ἀγελαςὶ. *Absque risu*. Plat. Euthyd. pag. 278. lin. 41. Ἀςεναχτὶ. *Absque gemitu*. AEschin. Socr. dial. de Morte, cap. 2. Ἀδακρυ]ὶ, *sine lacrymis*. Herodian. lib. I, cap. 4. Ubi etiam ἀναιμωτὶ, pro quo Hom. ἀναιμωτεὶ. *sine sanguine*. At citra negationem ὀνομαςὶ. *Nomine*, *nominatim*. Ita Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. II, cap. 15. Ἀνακαλέσας τ̃ λοχαγὸν ΟΝΟΜΑΣΤΙ', εἶπεν ὧδε. *Compellans lochagum (ducem cohortis) nomine, ita infit*. Eleganter quoque Graeci dicunt, βαίνειν ἀκροποδη]ὶ. *Summis pedum digitis*, seu, *suspenso gradu*

τὶ, & πανστρατιᾷ [91], *cum toto exercitu.*

In ει. IV. Posterioris, quae sequuntur: ἀκλαυστὶ, vel ἀκλαυτὶ, *sine fletu*: αὐτοβοεὶ, id est, *primo clamore*, vel, *primo impetu*: ut αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἑλεῖν, *primo impetu urbem capere* [92]: αὐτοψεὶ, *primo*, vel *proprio intuitu*: πανσυδεὶ, vel πασσυδεὶ, apud Thucydidem maxime [93], idem, quod apud Poetas, πανσυδίῃ, *viribus omnibus*, *omnique impetu*: πανδημεὶ, *publice* [94]: ἀκηρυκτεὶ, *sine praeconis voce* [95].

In δην, acut. pen. V. Quarto, notanda praeterea sunt, quae in δην, acuta penultima, terminantur: quorum ego, saltem praecipuorum, brevem, nec inutilem seriem hic attexo [96]. Primum

*gradu incedere.* Ita Lucian. in Dial. Mort. Ὥσπερ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ἐπιβαίνοντες ΑΚΡΟΠΟΔΗΤΙ. *Quemadmodum illi, qui in spinis ingrediuntur summis pedum digitis.*

91 Πανστρατιᾷ habet Herodotus lib. 1, cap. 62. Ubi Jonice πανστρατιῇ.

92 Vide supra Cap. IV. §. 12. & sequens αὐτοψεὶ, ibidem.

93 Item apud Xenoph. Κύρου παιδ. lib. 1. cap. 22. Ὁρῶν ἀνβοηθοῦντας καὶ ἄλλους πασσυδεί. *Videns etiam alios viribus omnibus auxilio accurrisse.*

94 Alio quoque sensu occurrit apud Thucyd. lib. 1. cap. 73. ubi in bello Persico dicuntur Athenienses naves conscendisse πανδημεί. Ἐμβάντες ἐς τὰς ναῦς πανδημεί. *Universus [Atheniensium] populus naves conscendentes.* Pro eodem dicitur & παμπληθεί. v. Euang. Lucae cap. XXIII, com. 18. Ἀνέκραξαν δὲ παμπληθεί. *Clamabat universa miltitudo.*

95 Exstat hoc adverbium apud Thucyd. init. lib. II. poniturque pro ἀκηρύκτως, quo utitur idem in fine lib. 1. Alia hujus generis sunt, ἀμαχεὶ. *sine praelio.* Ibid. lib. 1. cap. 143. Ἀτοκεὶ, *sine usura.* Dio lib. 57. Πανοικεὶ, pro quo & πανοικὶ invenitur, *cum tota domo, cum tota familia.* AEschin. Socr. dialog. περὶ Πλούτου pag. 26.

96 Ἀνέδην notat vel *Impune.* Dinarch. contra Dem. pag. 98. lin. 12. Ἀνέδην ἐξέσται δῶρα λαμβάνειν καθ' ὑμῶν. *Impune licebit contra vos munera accipere.* Vel *Licenter, nullo probibente.* Ita Plato in Protagora pag. 342. lin. 24. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὰν βούλωνται ἀνέδην τοῖς παρ' αὐτοῖς ξυγγενέσθαι σοφισταῖς. *Lacedaemonii vero quotiescunque volunt licentius cum suis sophistis versari.* Hinc, cum ex licentia fere oriatur copiosus usus, modum saepe excedens, idem significat quod ἀφθόνως, *largiter, copiose.* Ita exercitus Caesaris post longam inediam, captis Gomphis, subito ἀφθόνῳ ἐνέτυχεν οἴνῳ καὶ ἔπιεν ἀνέδην. i. e. *magna vini copia inventa, bibebant largius*; narrante Plutarcho in Caesare pag. 728. Vel, *Universim*, aliquando etiam *Promiscue.* Plat. in Hippia min. pag.

mum est ἄρδην, quod aliquando significat μετεώρως, *sublime*, ut ἄρδην φέρεσθαι, *sublime ferri*: Aliquando *funditus*, malam in partem, id est, ut Graeci loquuntur, ἀναιρετικῶς, vel ἀφανιστικῶς, ut πόλιν ἄρδην ἐξολοθρεῦσαι, *urbem funditus evertere* ⁹⁷. "Ἄρδην, *sublime*. *Funditus*.

VI. Secundum, ἀριστίνδην, quod nulla voce Latina reddi potest: significat enim *optimos quosque deligendo*: *virum e viro lectum*, dicit Tullius pro Milone. Sic apud Polybium, senes Lacedaemone ἀριστίνδην αἱρεθῆναι dicuntur, *ita deligi, ut non nisi optimi quique capiantur* ⁹⁸. Ἀριστίνδην.

VII. Tertium, βάδην, quod proprie *sensim ac pedetentim*, reddi potest; idem ferme quod ἠρέμα, hoc est, *tranquille ac placide*. Inde compositum ἀναβάδην, (quod tamen paulo ποιητικώτερον videtur) Aristophani tritum, in Comoediis, ac potissimum in Acharnensibus; est *pedibus sursum versus extentis, pendente ac supino capite*. Unde etiam *negligenter* & *perfunctorie* significat, non autem (ut nonnulli perperam) *studiose* & *quasi totum aliqua in re occupari*. Euripides certe quidem ab Aristophane carpi videtur, quod ἀναβάδην ἐποίει, hoc est, *carmina sua pedibus sursum porrectis, otiose, negligenterque scriberet*; eique καταβάδην opponitur, id est, *corpore honestius composito*, quodque liberaliorem animi contentionem ostendat: tametsi per ἀνα- Βάδην, *sensim*, *tranquille*. Ἀναβάδην, *negligenter*. Καταβάδην.

pag. 368. lin. 10. Ἴθι δή, ὦ Ἱππία, ἀνέδην οὑτωσὶ ἐπίσκεψαι κατὰ πασῶν τῶν ἐπιστημῶν. *Age vero, o Hippia, universim omnes scientias percurre.*

97 Utitur eo sensu Antoninus, εἰς ἑαυτ. lib. III. cap. 3. Ὅλας πόλεις ἄρδην τοσαυτάκις ἀνελόντες. *Totas urbes funditus toties delentes.* Et Plutarchus in Caesare pag. 731. Τὴν δὲ στρατιὰν ἄρδην ἀνεῖλεν. *Et exercitum internecione delevit.*

98 Simile huic πλουτίνδην. utrumque jungit Aristoteles de Rep. lib. II, cap. 11. Οὐ γὰρ μόνον ἀριστίνδην, ἀλλὰ καὶ πλουτίνδην οἴονται δεῖν αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας. *Nam ex optimis non tantum, sed ex ditissimis etiam magistratus creandos putant.* Non multum hinc abit λογάδην τι αἱρεῖν. *Id, quod ex conjectura aptissimum videtur, capere*, Utitur Thucyd. lib. IV. cap. 4. Ἐγχειρήσαντες εἰργάζοντο, σιδήρεια μὲν λιθουργὰ οὐκ ἔχοντες, ΛΟΓΑΔΗΝ δὲ φέροντες λίθους, ὡς ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι. *Manum operi admoverunt, & ferramenta ad lapides caedendos non habentes, comportabant lapides cum delectu*, [sive, *quos maxime idoneos conjiciebant*], *eo, ubi quisque apte quadrare poterat.*

99 Ita

ἀναβάδην, *locum superiorem* [99], per καταβάδην, *locum inferiorem* intelligere possumus [1].

Ἐπιγράβδην, &c. *obiter.* VIII. Quartum, ἐπιγράβδην, quod idem est, ac λίγδην, ἐπιλίγδην, ἐπιψαύδην, & ἀκροθιγῶς, *strictim*, *obiter*, & quasi ἀφοσιουμένως, id est, *perfunctorie* [2]: ut ἐπιλίγδην ἅπτεσθαι τῆς Ἑλλάδος γλώττης, *strictim linguam Graecam attingere.*

Ἐπιτροχάδην, *cursim.* IX. Quintum, ἐπιτροχάδην [3], hoc est, *cursim*, vel *expedite*,

99 Ita explicat Suidas, ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου καθήμενος, afferens locum, his Aristophanis verbis praemissum, nempe Acharn. vs. 398. Αὐτὸς ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ τραγῳδίαν. Locus obscurus videtur: caeterum videtur Aristophanes ludere in voce ἀναβάδην & καταβάδην, quia praecedit verbum καταβαίνειν. Nam Dicaeopoli Euripiden evocanti, responderat ille: καταβαίνειν οὐ σχολή. *Non otium est descendere.* Mox alter: ἀναβάδην ποιεῖς, Ἐξὸν καταβάδην. Fortasse significat: *supra versus facis, cum liceat infra.* q. d. *Descende: potes & hic versus facere, ut illic.* Consule Budaeum pag. 229. Henr. Steph. Tom. I. col. 640. Kusterum ad loc. Aristoph.

1 Διαῤῥήδην *Clare*, *Aperte*, *Manifesto.* AEschin. contra Ctesiph. pag. 275. in fine. Ubi lex dicitur lata esse praeclara, διαῤῥήδην ἀπαγορεύων, τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν. i. e. *manifesto vetans aliquem, nondum relatis rationibus, coronare.*

2 Proprie *leviter*, ἐπιπολῆς, ut si quis dicitur *leviter vulneratus*: ἐπιγράβδην τιτρωσκόμενος. Quo sensu utitur Homerus Il. Φ, vs. 166.

Τῷ δ' ἑτέρῳ (sc. δουρὶ) μιν πῆχυν ἘΠΙΓΡΑ'ΒΔΗΝ βάλε χειρὸς
Δεξιτέρης. - - -

*Altera vero hasta ipsius cubitum dextrum leviter perstrinxit.* Ubi Eustathius pag. 1229. Δηλοῖ δὲ τὸ ἐπιγράβδην, τὸ ἐπιπολῆς, ὡς μόνον ἐπιγράψαι καὶ ξέσαι τὸν πῆχυν· τραχύτερον δὲ τοῦτο τοῦ ἐπιλίγδην, ὃ καὶ αὐτὸ ἐδήλου τὸ ὅσον ἐπιψαῦσαι, λείως ὀνοματοποιηθὲν ἀπὸ ἀῤῥήτου ῥήματος τοῦ λίζειν. i. e. *Significat vero* ἐπιγράβδην, ἐπιπολῆς· in superficie, *ita ut tantum scarificaverit & raserit cubitum. Asperius vero hoc quam* ἐπιλίγδην, *quod & ipsum significabat* leviter attingere *molliori vocis appellatione ab inusitato verbo* λίζω. Consule Budaeum pag. 308.

3 Vel ἐπιδρομάδην. *Cursim.* Hinc ἐπιδρομάδην λέγειν. pro, *Raptim dicendo percurrere. Obiter dicere.* Occurrit apud Cyrillum lib. I. contra Julianum, pag. II. Ejusdem significationis est παραδρομάδην apud Orpheum, Argonaut. vs. 856. At μεταδρομάδην apud Hom. Il. E. vs. 80. rectius vertas, *in ipso cursu*, sive *insequendo*.

Πεζόθεν

*dite*, quo Poëtae quidem saepius, aliquando tamen Oratores utuntur [4].

X. Sextum, κρύβδην, idem est, quod κρύφα, & λανθανόντως, *clam & occulte*: junctumque cum verbo substantivo adjective sumitur: ut apud Demosth. Οὐ γὰρ εἰ κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος, λήσει τοὺς Θεούς· *Suffragium, etsi obscurum est, Deos tamen latere non potest.* Quod etiam Latini dicerent, *clam esse*, ut κρύβδην τι κακουργήσασθαι, *clam scelus aliquod moliri.* Κρύβδην, clam.

XI. Septimum, προτροπάδην, magis Poëticum [5], & ab Homero saepius usurpatur, ut προτροπάδην φοβεῖσθαι, *fuir à van de route.* Προτροπάδην.

XII. Octavum, σποράδην, *sparsim, huc illuc, passim, ac temere*: σποράδην ἔκειντο ἀνὰ τὸ πεδίον οἱ στρατιῶται, *sparsim fusi per campum milites jacebant* [6]. Σποράδην, sparsim.

XIII. Nonum, φοράδην de eo dicitur, qui aut *lectica*, aut *alienis manibus efferatur*: ac fere cum verbo κομίζεσθαι jungitur: ut, τῆς μάχης τραυματίαν φοράδην ἐκκομίζεσθαι, *e pugna manibus alienis vulneratum auferri.* Φοράδην.

XIV. Decimum, φύρδην, id est, *mixtim*, seu *promiscue*: quod etiam πεφυρμένως, a verbo φύρω dicitur: de iis proprie, *quae simul subiguntur, & quasi macerantur*: tum metaphorice de iis, *quae distingui cum deberent, perturbantur & confunduntur.* Cui non absimile χύδην, & κεχυμένως, hoc est, *temere, ac sine delectu*, ὡς ἔτυχεν· ut, χύδην λέγειν, καὶ γράφειν, id est, *temere dicere ac scribere.* Φύρδην, promiscue. Χύδην, temere.

Jam proprios Adverbiorum quorundam, tum singulorum, tum etiam cum aliis conjunctorum idiotismos, alphabetico, quantum fieri poterit, ordine prosequamur.

SECT.

Πρόσθεν ἔθεν φεύγοντα ΜΕΤΑΔΡΟΜΑΔΗΝ ἔλασ' ὦμον. *Ante se fugientem in ipso cursu feriebat in humero.*

4 Καταλογάδην dicitur aliquis scribere, i. e. *soluta oratione.* Arrian. Exp. Alex. lib. 1, cap. 12. Plat. sympos. pag. 177, lin. 14.

5 Utitur tamen Arrianus de Exp. Al. lib. 3. cap. 28. Τότε δ' ἐγκλίναντες οἱ βάρβαροι ΠΡΟΤΡΟΠΑΔΗΝ ἔφευγον. *Tum vero terga vertentes barbari praecipitanter fugiebant.* Et Plato Sympos. pag. 221, lin. 21. Τοὺς ΠΡΟΤΡΟΠΑΔΗΝ φεύγοντας διώκουσιν. *In fugam effusos persequuntur.* Vide etiam Phil. Jud. de Vita Moysis pag. 487. in fine.

6 Exemplum habet Isocr. Panegyr. pag. 94. Ubi sermo est de

de antiquis Graecis σποράδην οἰκοῦσιν. i. e. *sparsim habitantibus.* Huic subjungo Συλλήβδην q. d. *Comprehensim.* Utuntur hac voce Graeci, ubi, quibusdam enumeratis, caetera uno vocabulo comprehendi volunt; Latini, *In summa*, *Denique*. AEschin. contra Ctesiph. pag. 276. in fine. Τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος καὶ ΣΥΛΛΗΒΔΗΝ ἅπαντας & quae sequuntur. *Utriusque sexus sacerdotes reddendis rationibus obnoxios esse, lex jubet, & in summa omnes* &c.

Ὑποβλήδην. *Interpellato sermone.* Hom. Il. Α. vs. 292.

Τὸν δ' ἄρ' ΥΠΟΒΛΗΔΗΝ ἠμείβετο δῖος Ἀχιλλεύς.
*Huic interpellans respondit divus Achilles.*

Magis poëticum est. Hesych. Ὑποβλήδην, ὑποβάλλων τὸν λόγον, πρὶν σιωπήσῃ τὸν λέγοντα. Alia in δην desinentia pete ex J. Polluce lib. VI, c. 37. Sect. 175.

# SECTIO II.

## *De Adverbiis* ἀκριβῶς, & ἅμα.

## REGULA I.

Ἀκριβῶς, *severe.* Ἀκριβῶς praeter notam significationem, pro *exquisite & accurate*, significat etiam, Primo ἀνενδότως, id est, *severe omnino, ac veluti summo jure*; idemque, quod Tullius ait, *ad vivum resecare:* ut, λίαν ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ἡμαρτημένων ἐξετάζειν, id est, *quosvis errores nimis ad vivum resecare.*

Ἀκριβῶς, *justement.* II. Secundo, quod vulgo dicimus, *justement, autant qu'il faut & non plus*, cujus significationis insigne est exemplum illud Plutarchi in Alexandro: ubi de Alexandri galea loquitur, Τὸ δὲ κράνος, inquit, πρὸς τὴν πληγὴν ἀκριβῶς, καὶ μόλις ἀντέσχεν, ὥστε τῶν πρώτων ψαῦσαι τριχῶν τὴν πτέρυγα τῆς κοπίδος· id est, *Galea vix quantum opus erat, ictui restitit, ut summos ei capillos securis ala strinxerit:* ubi Interpres ἀκριβῶς, *certo* reddit, minus apte, meo judicio; πτέρυγα vero, *mucronem* vertit, cum sit *ala*, id est, *pars latior ejus instrumenti ad secandum apta, & in alae morem expansa.*

Ἀκριβῶς, *parce.* III. Tertio, *parce:* quae significatio superiori affinis est: *parce* enim est *vix tantum, quantum necesse sit*, ut ἀκριβῶς τὰ πρὸς τὸν βίον ἀναγκαῖα χορηγεῖν, *parce res ad victum necessarias suppeditare.* Quo sensu ἀκρίβεια quoque Plutarcho dicitur

citur in Pericle, ubi Xanthippus adolescens profusus, χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκρίβειαν, γλίσχρα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ χορηγοῦντος, *nimiam patris, sordide ac minutatim pecuniam suppeditantis, parcimoniam aegre ferebat* [7].

IV. Ἅμα, cum dandi casu, tempus [8] significante, eleganter conjungitur: ut, ἅμα τῷ καιρῷ, id est, *commode*, vel *ut primum se dedit occasio*: ἅμα τῷ πρωῒ, id est, *summo diluculo*: ἅμα τῇ ἑσπέρᾳ, *sub primam vesperam*: ἅμα τῷ ἔαρι, θέρει, χειμῶνι, *primo vere, prima aestate, prima hyeme*. Ἅμα, cum dativo.

V. Non absimili modo, cum infinitivo, nominis instar jungitur: ut, ἍΜΑ ΤΩ͂Ι συγκεκροτῆσθαι, vel συῤῥαγῆναι τὸν ἀγῶνα, *ut primum certamen commissum est*: ἅμα τῷ αἰσθέσθαι τοῦ σκευωρήματος, *ut primum fraudem sensit* [9]. Quo sensu, jungi etiam solet cum Indicativo, sequente particula καὶ, & Ἅμα, cum infinitivo.

7 Ἄλλως τε καὶ apud optimos auctores in usu est frequenti pro μάλιστα. *Praesertim*. Exempla passim obvia. Aliquando deest particula καί. Isocr. Panegyr. pag. 105. Δοκεῖ δέ μοι καὶ περὶ τῶν πρότερον τῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους τῇ πόλει πεπραγμένων προσήκειν εἰπεῖν· ἌΛΛΩΣ ΤΕ, ἐπειδὴ καὶ τὸν λόγον κατεστησάμην περὶ τῆς ἡγεμονίας τῆς ἐπ᾽ ἐκείνους. *Videtur autem mihi & de rebus a nostra urbe prius contra barbaros gestis dicendum esse, praesertim, quoniam orationem institui de nostro in illos imperio.* Ubi vel καὶ reddendum est, *Etiam* vel inter ἄλλως τε & καὶ vocabulum interseritur. At omnino deest in orat. ad Nicocl. ubi vergit ad finem. Μηδὲ τοὺς εὐφρονοῦντας τῶν ἀνθρώπων (δεῖ) ταῖς ἡδοναῖς ἀνακρίνειν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν χρησίμων αὐτοὺς δοκιμάζειν, ἌΛΛΩΣ ΤΕ ἐπειδὴ περὶ τῶν γυμνασίων τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφισβητοῦσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντες. *Neque hominum prudentia voluptatibus est metienda, sed ii ex utilibus actionibus judicandi; praesertim cum de animae exercitiis inter se Philosophis non conveniat.*

8 Vel quamlibet actionem. Sic ἅμα τῷ γέλωτι. *Per jocum.* dixit Plut. in Caes. pag. 712. Caeterum dativum illum, sive mavis, ablativum non vi adverbii ἅμα, sed intellectae praepositionis σὺν, addi, jam ante me observavit Cl. L. Bos.

9 Exemplum addo ex Aristide, Orat. pro Quatuorviris, p. 270. Οἱ γεωργοὶ πολλοστῷ μηνὶ τῶν σπερμάτων τὴν ἐπικαρπίαν κομίζονται, καὶ οὐχ ἍΜΑ ΤΩ͂Ι ΚΑΤΑΒΑΛΕΙ͂Ν. *Agricolae aliquot post sementem mensibus fructus capiunt, non ut primum sementem fecere.* Infinitivo illi pro accusativo potest jungi nominativus. Herodian. lib. III. cap. 2. Ἅμα τῷ βασιλεὺς ἀναδειχθῆναι. *Simulac imperator creatus est.*

& verbo rem factam ſignificante: ut ἅμα ἐνέτυχεν αὐτῷ, καὶ πικρότερόν τι προσεφέρετο, *ut primum in eum incidit, continuo gravius ipſum appellavit* [10]. Tum vero particula, τε, ſaepe huic adverbio poſtponitur: ut, ἅμα τό τε γινόμενον ἀκήκοα, καὶ βοηθήσων ἐδίωξα, *ſimul atque rem audivi, ſtatim ad opem ferendam equum admiſi.*

**Ἅμα, cum participio.** VI. Poteſt & cum duplici participio jungi, ſequente καὶ, ut ἅμα τε γράφων, καὶ λέγοντος ἀκούων, *ſimul & ſcribens, & dicentem audiens*: vel cum uno tantum participio, ſequente verbo, ſine καὶ· ut ἅμα γὰρ τοιαῦτα ἀπειλῶν, πληγὴν ἐνετείνατο πικράν, id eſt, *haec enim interminando, grave ſimul inflixit vulnus* [11].

VII. Ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, verbatim, *ſimul dictum, ſimul opus*; quod Latini brevius adhuc, nec minus eleganter *dictum, factum*: Galli *auſſi toſt fait, que dit* [12].

SECT.

10 Iſocr. in Paneg. ἍΜΑ διαλλάττονται, ΚΑΙ τῆς ἔχθρας τῆς προγεγενημένης ἘΠΙΛΑΝΘΑΝΟΝΤΑΙ. *Simulac in gratiam redeunt, praeteritarum inimicitiarum obliviſcuntur.* Eandem hic retinent Latini loquendi conſuetudinem, hoc tamen diſcrimine, quod hi conjunctionem *Ac* vel *Atque* ita cum adverbio *ſimul* conjungant, ut una vox videatur. Aliquando infinitivus vel indicativus ille e praecedentibus intelligendus omittitur. Ita AEſchines Socr. Dialogo περὶ πλούτου pag. 50. Εἰ οἴεται, ἡμῖν παρὰ τῶν Θεῶν, ἃ εὐχόμεθα, γενέσθαι ἂν ΚΑΙ ἍΜΑ. *Si putat, nobis, quaecunque petimus, a Diis datum iri, ſimul ac*, Supple, *Petimus.*

11 Conjunctum cum participio, ſuo ſubſtantivo in Dativo caſu reſpondente, vertitur *ſimulac, quamprimum* &c. Plat. ſympoſ. pag. 183. lin. 42. ἍΜΑ γὰρ ΤΩι τοῦ σώματος ἌΝΘΕΙ ΛΗΓΟΝΤΙ, οὗπερ ἤρα, οἴχεται ἀποπτάμενος. *Nam ſimul atque corporis flos, cujus tenebatur amore, emarcuit, avolat.* Ubi etiam obſervanda eſt Participii ſyntaxis, de qua ſupra Cap. IV. Sect. 2. §. 1. Eodem modo Thucyd. lib. 4. in init. Ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι. *Simul atque frumentum eſſet adultum.*

12 Ita ἅμα repetitum celeritatem notat, quam agnoſcit quoque Cerdanus ad Virg. AEn. I, vſ. 635.

*Sic memorat, SIMUL AEnean in regia ducit*
*Tecta, SIMUL Divum templis indicit honores.*

Egregie vero lib. XII, vſ. 268.

*Dixit, & adverſos telum contorſit in hoſtes*
*Procurrens: ſonitum dat ſtridula cornus, & auras*
*Certa ſecat: SIMUL HOC; SIMUL ingens clamor, & omnes*
*Turbati cunei. - - -*

Eſt

Est & ubi ἅμα abundat more Latinorum apud quos in usu est, *Una cum*. Plat. Critia pag. 110. in initio. Μυθολογία γὰρ, ἀναζήτησίς τε τῶν παλαιῶν, μετὰ σχολῆς ἅμ' ἐπὶ τὰς πόλεις ἔρχεσθον· *Fabularum enim rerumque antiquarum disquisitio simul cum otio in civitates venit.*

# SECTIO III.

## *De Adverbiis* ἀμέλει, ἀντικρὺ, & ἄντικρυς.

## REGULA I.

Ἀμέλει [13], factum ex imperativo verbi ἀμελέω, quasi dicatur, *securus esto:* Primò, eleganter ponitur confirmandae & illustrandae rei gratia: quo modo Latini, *certe*, *profecto*, *utique*, *plane*, *omnino*, usurpare solent: ut, τοῦτο γὰρ, ἀμέλει, τῷ γε τὴν ἡλικίαν προβεβηκότι ἀπρεπέστατον φαίνοιτ' ἄν. *id enim profecto homine jam aetate maturo indignissimum habeatur* [14]. 'Αμέλει, utique.

II. Secundo, εἰρωνικῶς ponitur, ut *nimirum*, *scilicet*, *videlicet*, apud Latinos: e. g. οὕτω γὰρ ἀμέλει, ῥεμβεύων ἀεὶ, καὶ ἀναβαλλόμενος εἰς τοὔπιον, συμπεράνεις κατὰ γνώμην τὸ πρᾶγμα. *ita enim, videlicet, dum fluctuas continuo, dumque procrastinas, rem ex animo conficies.* 'Αμέλει, Ironice.

III. Tertio, etiam initio membri aut periodi, est *enimvero*, *& quidem*, *quippe*, *enim*, ut ἀμέλει, τίς γὰρ ἀνειμένως τοιαῦτά τινα πάθοι ἄν; *enim vero, quis enim haec negligenter, ac dissolute ferat?* 'Αμέλει, quippe.

IV. Quarto, non absimili modo usurpari potest, cum nostra ipsi fiducia dubitationem alteri omnem eximimus, ut, Τί ὀῤῥωδεῖς τὸ νυνί; τί δὲ ἀποκνεῖς; ἀμέλει, οἵοις γε καὶ πρότερον, συμπεσεῖν ἐχθροῖς μέλλομεν. *Quid metuis nunc? quid haesitas? nempe cum iisdem nobis, quibuscum ante, hostibus futura res est.* 'Αμέλει, fiduciae index.

Tale,

13 Moeris in Atticismis hujus adverbii usum ita exponit. Ἀμέλει σημαίνει τρία· Διὰ τοῦτο, καὶ τὸ πάνυ, καὶ ἔστι καὶ παρέλκον ἐν ταῖς γραφαῖς κόσμου χάριν παραλαμβανόμενον.

14 Exemplum habet Plato in Hipp. maj. pag. 295. lin. 18. Καὶ ἐὰν νῦν εὕρωμεν, ἀμέλει σοὶ ὀχληρὸς ἔσομαί σοι. *Et, si nunc invenerimus, crede mihi, non tibi molestus ero.*

Tale videtur illud Aristophanis in Nub. actu primo, Scen. 6. [15] ubi cum ex Strepsiade quodam, ridiculo ac joculari homine quaereretur, quomodo tandem aliquid discere posset? respondet ille fidenter, Ἀμέλει καλῶς. *Ego vero praeclare scilicet.* Tametsi Scholiastes velit ἀμέλει παρέλκειν, vel Ἀττικῶς esse, μὴ ἀθύμει, *ne labores*, *soluto es es animo*, *ne vous en mettez pas en peine*, *laissez moy faire:* quo modo Imperativi significationem retinebit.

*Ἀμέλει, verbi causa.* V. Quinto, ac postremo, cum exemplo rem illustramus, idem fere est, quod οἷον· quasi dicas; *exempli causa:* ut si quis dixisset naturam, ἀμήχανόν τι χρῆμα φαίνεσθαι, *superari non posse*; dicti firmandi causa subjungeret, ἀμέλει, τὰ ἐξ ἁπαλῶν διεστραμμένα τῶν δένδρων, οὐδεμία μηχανὴ ὀρθὰ τὸ λοιπὸν ἀποφαίνειν. id est, *Exempli gratia, pravas ab tenerioribus usque radicibus arbores, nulla deinde vi erigere possis* [16].

VI. De Adverbiis ἀντικρὺ, acuta ultima, & ἄντικρυς, acuta antepenultima, Notandum primo, tametsi ἀντικρὺ saepius *e regione*, *vis à vis*, significet: ἄντικρυς vero, *palam*, & *aperte:* tamen alterum pro altero usurpari apud Oratores simul & Poëtas.

*Ἄντικρυς, de part en part.* VII. Secundo, utrumque apud Homerum, saepe idem esse, quod vulgo dicimus, *de part en part:* tametsi ἄντικρυς, potius, quam ἀντικρὺ, hoc modo usurpet: unde creberrimum illud, ἄντικρυς δι' αὐχένος ἤλυθεν ἀκωκή. id est, διαμπερὲς, & διαπρὸ, cum significat teli cuspidem alicujus cervices *omnino penetrasse.*

Ita videtur accipiendum illud Thucydid. lib. 2. [17] ubi de Thebanis, qui Plataeensium in urbe male habiti, in muri arcem subierant; cujus portas, extra murum, exitum aperire putarent: οἰόμενοι πύλας (τοῦ τείχους, vel τῆς πόλεως) τὰς θύρας τοῦ οἰκήματος εἶναι, καὶ ἄντικρυς δίοδον ἐς τὸ ἔξω. id est, *rati fores hujus aedificii*, (*muri* aut *urbis*) *portas esse*, *atque ulteriorem & apertum extra urbem exitum*

15 Vers. 488. Caeterum Hesych. explicat ἀμέλει, διὸ, ἁπλῶς, οὕτως, τοιγαροῦν. Et Suidas, Ἀμέλει, τοιγαροῦν, μή σοι μελέτω τούτου.

16 Ita Aristides de Quatuor viris, p. 422. Postquam praemisisset, in ludis Olympicis fere aliquid mirum evenire solere, subdit: Οἷον ἀμέλει καὶ τὸ τοῦ Πολυδάμαντός ποτέ φασι συμβῆναι *Quale, exempli gratia, est id, quod Polydamanti evenisse ajunt.*

17 Cap. 4.

18 Pag.

*tum dare:* Scholiast. etiam annotat, hic τὸ ἄντικρυς, esse ἐξεναντίας, non alio sensu.

VIII. Tertio, ἄντικρυς, in acie potissimum & certamine est, κατὰ πρόσωπον, *a fronte*, opponiturque τῷ κατόπιν, *a tergo*, Dionys. Halicarnass. lib. 3. Οἱ μὲν ἄντικρυς ἰόντες, οἱ δὲ κατόπιν, ἴτε σὺν πολλῇ καταφρονήσει ἐπ' αὐτούς, id est, *Alii a fronte, alii a tergo invadentes, ite porro, atque illos omnino contemnite.* Ἄντικρυς, *a fronte.*

IX. Quarto, ἄντικρυς, *aperte* eleganter aliquando reddi potest, per id quod *purum putumque*, vulgo dicimus: ut ἄντικρυς διαβολὴ ταῦτα, supple ἐστὶν, *haec vero pura puta calumnia est*; Gallice, *c'est une pure calomnie que cela:* hoc est, *aperta*, & *perspicua*. Saepius *palam*, & γυμνῇ κεφαλῇ, Dionys. Halicarnass. lib. 7. de Coriolano, Οὐ κρύφα, καὶ δι' εὐλαβείας τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀποφαινόμενος, ἀλλ' ἄντικρυς καὶ θρασέως· *Non clam ac verecunde sententiam dicens, sed palam ac fidenter.* Ἄντικρυς, *palam.*

X. Quinto, ἄντικρυς apud recentiores, (vix enim antiquiores sic usurparunt) aliquam habet *comparationis*, & *proportionis* significationem. Cujus haec duo praecipua exempla sunto: Alterum apud Aristidem in Exordio Panathenaïci, Τὰς μὲν ἄλλας χάριτας, οὐ τῶν πραγμάτων ἄντικρυς εἶναι συμβέβηκεν· id est, *Alia gratiarum genera, vix rebus paria*, vel *cohaerentia*, vel *congruentia fuerint:* loquitur autem de Athenis, quas oratione potissimum, tanquam orationis parentes, celebrandas esse putat.

Alterum apud Themistium, Oratione 9. Ἀλλὰ, inquit, τὰ νῦν γε, ἄντικρυς τῆς Σωκράτους μεγαλοψυχίας, οὐχ ἥρπασε τὸν καιρὸν βουλιμιῶν· quem locum eleganter, ut omnia, Interpres ita reddit; *Sed ut in praesentia sese gerit, plane Socraticam illam constantiam, atque animi robur expressit: non enim occasionem illam temporis arripuit, quamvis gravis eum fames urgeret.* Brevius tamen, tironum causa, ita verti possit; *At nunc quidem, Socraticam animi magnitudinem aemulatus, urgente licet gravi fame, non statim occasionem arripuit:* ubi τὸ ἄντικρυς, *instar* significat.

XI. Sexto, sumitur etiam ἄντικρυς, pro τῷ ὄντι, vel ἀτεχνῶς, id est, *vere, proprie, plane.* Eusebius Praeparat. 11. Παραδεδωκὼς δὲ τὸν Θεὸν μόνον ἄντικρυς ὄντα. *Cumque Deum unum ex omnibus vere ac proprie esse declarasset.* Idem Demonstrationis lib. 1. Τοιοῦτος δὲ καὶ οὗτος γεγονὼς, (de Enocho loquitur) ἄντικρυς Χριστιανικῶς, ἀλλ' οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς ζῶν ἀναπέφηνεν· *Non Judaico, sed plane Christiano more vixit.* Ἄντικρυς, *vere.*

XII. Septimo, reddi potius debet, *diserte*, vel *conceptis ver-* Ἄντικρυς, *diserte.*



Digitized by Google

*verbis.* Demosthen. de Falsa Legat. [18] Γράψας ὥσπερ νῦν λέγω, τοῖς ῥήμασιν οὕτως ἄντικρυς· *Quod ego decretum, totidem plane, quibus nunc dico verbis, conceptum edidi.* Dionys. Halicarnass. lib. 5. Ῥούτουλοι δὲ Λατίνοις ἐπικουρίαν πέμπειν ἄντικρυς ὑπέσχοντο. *Rutuli autem, se auxilia Latinis missuros diserte promiserunt.* Idem lib. 4. Ὁρίσας ἄντικρυς τὴν αἰτίαν τῆς δίκης, ὅτι τὸν δῆμον ἀδικοῦσιν. id est, *Hanc diserte accusationis causam proferens, quod populum violarent.*

# SECTIO IV.

## *De Adverbiis* ἀραρότως, ἀτρέμα, ἀτρέμας, αὐτίκα.

## REGULA I.

Ἀραρότως, *firmiter.*

Ἀραρότως (quod Adverbium a vulgatis Lexicis, atque omnium amplissimo Stephani thesauro abesse miror) a praeterito med. ἀραρὼς, id est, *firmus*, atque *compactus*; *firmitatis* etiam, atque *constantiae* [19] significationem habet, maximeque *militaris*. Dicunt enim Graeci, μένειν, ἑστηκέναι, στῆναι ἀραρότως, *gradum figere*, & quasi ἐν προβολῇ, *in procinctu stare.* Plutarchus utrumque jungit in Pompejo [20]: Παράγγελμα, inquit, τοῖς προτεταγμένοις ἔδωκεν, ἑστῶτας ἐν προβολῇ, καὶ μένοντας ἀραρότως, δέχεσθαι τοὺς πολεμίους. *In mandatis* Pompejus *dederat antesignanis, ut in procinctu stantes, pressoque vestigio, hostem exciperent.* Eadem repetit in Caesare [21]. Ita Diodor. Siculus lib. 3. de quodam ferocissimi tauri genere, quod alias quidem cornua, perinde atque aures

18 Pag. 220.

19 Haec tamen significatio neque perpetua, neque primaria est, quippe ἄρω, unde ἀραρὼς, verbum notat *apto*, rem quampiam omnibus suis partibus & membris, quae requiruntur, rite compositis absolutisque adorno; atque ita, si de domo, navi &c. sermo sit, *firmiter compingo*, quae notio ex priori sponte fluit. Ex priori acceptione nascitur τοῦ ἀραρότως notio *congruenter*, *apte.* Ita fere utitur Socrates apud Platonem in Phaedro pag. 240, lin. 32. Ὥστε μεθ' ἡδονῆς ἀραρότως αὐτῷ ὑπηρετεῖν. *Ita ut cum voluptate congruenter illi subserviat.*

20 Pag. 656.

21 Pag. 729.

aures movet, καὶ ἢ ἐς μάχας, inquit, ἵστησιν ἀραρότως. *At ubi pugnandum, fixa cornua immotaque tenet.*

II. Ἀτρέμας, & ἀτρέμα [22], idem fere sunt; nec enim tantum significant *absque motu*, aut *sensim & placide*, sed etiam παντάπασιν ἁρμοζόντως, καὶ ἀκριβῶς, *convenienter omnino & accurate, nihil ut non suo loco & ordine positum sit.* Plutarch. in Themistocle [23], Τοῖς χρονικοῖς δοκεῖ μᾶλλον Θουκυδίδης συμφέρεσθαι, καίπερ οὐδὲ αὐτοῖς ἀτρέμα συντατλομένοις· id est, *Magis Thucydidi cum annalibus convenire videtur, tametsi ne secum ipsi quidem in omnibus omnino consentiant:* vel, *tametsi non satis exquisite ac diligenter confecti sint.* Ubi meo judicio Stephanus male vertit, *sensim & placide:* nisi (quod tamen ipse reprehendit) placide factum id dicitur, quod non tumultuarie, sed otiose diligenterque factum sit. Melius Amiotus, *Encor qu'elles mesmes ne soient gueres bien faites.* Ἀτρέμα, accurate.

III. Dicitur etiam ἔχε ἀτρέμας, Homero & Aristophani [24]: vulgo, *ne vous bougez, ne vous mettez point en peine.* Quomodo usurpavit etiam Lucianus in Charonte [25], cui descendere cupienti, quod eminus non videret, Mercurius, Ἔχε ἀτρέμας, inquit, ἐγὼ τοῦτο γάρ ἰάσομαί σοι. id est, *Mane modo, nam huic etiam incommodo probe medebor.* Dixit eodem sensu Xenophon Institut. 6. [26] Ἀτρεμίαν ἔχειν, ubi equites aliquot jubet sub aliquam speculam provectos, ἀδήλως τοῖς πολεμίοις ἀτρεμίαν ἔχειν· *efficere ne ab hoste conspicerentur, ac tantisper immotos ibi consistere.* Ἔχε ἀτρέμας, *quiesce.*

IV. Αὐτίκα, praeter communem acceptionem, quâ *mox*, vel *statim* significat, in qua, vis majoris gratiâ, nonnunquam adjunctas etiam habet particulas, δὴ μάλα, vel γε μάλα.

Primo, interdum cum articulo praepositivo & nomine, significat *praesens:* ut ὁ αὐτίκα φόβος, *praesens metus;* τὸ αὐ- Ὁ αὐτίκα, *praesens.*

22 Ἀτρέμα pro ἀτρέμας dixisse, qui post Homerum secuti sunt, auctor est Eustathius pag. 578. in fin. quare idem pag. 1017. ad vs. 313. lib. II. O. Ὄφρα μὲν αἰγίδα χερσὶν ἔχ' ἈΤΡΕ'ΜΑ Φοῖβος Ἀπόλλων. ἀτρέμα metri gratia dictum putat pro ἀτρέμας. Nam ita ille quasi mirans: Ἰδοὺ ἐνταῦθα δίχα τοῦ σ κεῖται διὰ μέτρον. *En hic absque σ exaratum est metri gratia.*

23 Pag. 125.

24 In Nubibus, vs. 260. & in Avibus vs. 1200. & 1244.

25 Pag. 141.

26 Pag. 165.

*αὐτίκα δεινὸν*, *praesens calamitas*; *αἱ αὐτίκα ἡδοναὶ*, *praesentes voluptates:* quo etiam modo compositum παραυτίκα usurpatur: imo ἐν τῷ παραυτίκα, significat etiam *impraesentiarum*.

Αὐτίκα τε, καί. Secundo, cum particulis τε, & καὶ, sumitur eodem sensu, quo adverbium ἅμα: ut αὐτίκα τε τὸν ἐχθρὸν ἑώρακε, καὶ πρὸς τὰς διαλλαγὰς ὥρμησεν, id est, *simul atque inimicum vidit, cum eo in gratiam redire voluit.*

VI. Tertio, apud Thucydidem saepe opponuntur, τὸ μὲν αὐτίκα, τὸ δὲ μέλλον· ut, Τὸ μὲν αὐτίκα, δύσμαχον· τὸ δὲ μέλλον, εὐκαταγώνιστον ἂν γένοιτο. *In praesentia quidem, aegre superari queat; in posterum tamen, facilius expugnabitur.*

Αὐτίκα γέ τοι, initio periodi. VII. Quarto, αὐτίκα γέ τοι, & αὐτίκα δή που, initio ferme periodi, significant, *Ac primum quidem*, vel *Atque ut inde ordiar:* praesertim, ubi res exemplo confirmanda est. Sic apud Lucianum [27], Αὐτίκα γε ὁ μὲν ἥλιος οὑτοσί, οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς (φασὶ) σχολὴν ἄγων. *Ac primum quidem, ut inde ordiar, sol, qui ne tantillum quidem vacat, ut aurem scalpat.* Ita saepe, Αὐτίκα γὰρ, *Principio enim*, cum primam confirmationis nostrae rationem allaturi sumus.

27 *In Bis accus. init.*

28 Quid

# SECTIO V.

## *De Adverbiis* αὐτόθεν, εἶτα, & ἔπειτα.

### REGULA I.

Αὐτόθεν, ex tempore. Αὐτόθεν, praeter vulgarem significationem, pro, *ex eodem loco, aut tempore*, primo, saepe idem est, quod ἐκ τοῦ παραχρῆμα, *in promptu, ex tempore.* Hermogenes: Ἐν δικανικῇ ἰδέᾳ λόγου, κἂν ἐπεσκευασμένος ἥκῃς, προσποιοῦ αὐτόθεν λέγειν. id est, *In forensibus causis, ut maxime paratus venias, finge tamen ex tempore te dicere.* Sic αὐτοσχεδιαζόμενα omnia, *quae tumultuaria opera fiunt*, αὐτόθεν fieri dici possent.

Αὐτόθεν, e re nata. II. Secundo non prorsus absimili significatione reddi potest *e re nata*, vel *per se*, vel *ex iis, quae sunt ad manum*,

Digitized by Google

*num*, *quae oculis tenentur ac manibus:* quomodo Tullius, *rem ipsam per sese loqui* dicit. Ita Chrysostomus tom. 5. ubi de sancti Babylae miraculo: Τότε δὲ αὐτόθεν, inquit, ἐδείκνυτο, ὅτι δαιμόνων ἦν ἔργα, τὰ τελούμενα, τῇ τε ἄλλῃ ἀπάτῃ, καὶ ταῖς θυσίαις αὐταῖς· ubi vocem hanc Interpres omisit. Sensus autem est, *Tum vero daemonum opera esse, quae fiebant, res satis ipsa, cum aliis fraudibus, tum sacrificiorum genere loquebatur*, id est, ἀνθρωποθυσίαις.

Ita saepe Eusebius: ut primo Praeparationis: Αὐτόθεν δὲ ἐν τούτοις, καὶ οὐκ ἐκ μακροῦ διελέγξομεν· *Atque hoc commentum promptis & obviis, non longius arcessitis rationibus refellemus.* Ibidem: Καὶ τὸ αὐτόθεν δὲ πρὸς εὐζωΐαν πᾶσιν ἀνθρώποις προβεβλημένον· id est, *Jam vero illud ipsum, quod omnibus per sese hominibus ad bene beateque vivendum propositum est.*

III. Tertio, interdum idem est quod *manifeste*, *sine larva*, *ultro*, *ac de industria.* Ita sumere videtur Plutarch. in comparatione Solonis & Publicolae: cum enim dixisset Solonem παιδιᾶς τινι τρόπῳ, καὶ προσποίημα μανίας ἀναλαβόντα, *joco, & quadam furoris simulatione*, ad rempub. accessisse; de Publicola subjungit, Ὁ δὲ αὐτόθεν ἀναῤῥίψας τὸν ἐπὶ μεγίστων κίνδυνον, ἐπανέστη Ταρκυνίῳ· *Ipse autem ultro, sine larva, ac simulatione, jacta de maximis rebus alea, in Tarquinium consurrexit.* Tametsi Latinus & Gallicus Interpres, *illico*, vel *ipso statim initio*, reddere maluerint: sed meo judicio, non ita hoc sensu Publicola Soloni opponeretur [28]. Αὐτόθεν, palam.

IV. Εἶτα, quod proprie *deinde* significat, Primo, ab Atticis oratoribus, initio periodi ἐνθυμηματικῶς, id est, *argumentis premendo*, usurpatur; ac fere ὀργιστικῶς, *iracunde*; praesertim, ut rei alicujus indignitatem exaggerent: tuncque reddi potest, *quid ergo? ergone? itane vero? & nu? nunc demum? an vero?* Exempla passim apud Demosth. obvia: ut pro Corona, in AEschinem, ea sibi tum objicientem, quae cum fierent, ipse tacebat; Εἶτα, inquit, Εἶτα, quid ergo?

28 Quid ni? Solon, praemissa, tanquam praeludio, stultitiae simulatione, remp. capessivit: at Poplicola jam inde ab initio se Tarquinio opposuit. Αὐτόθεν pro ἐξ αὐτοῦ sc. χρόνου, vel πράγματος· ἐξ αὐτῆς sc. ὥρας, quae significatio in reliquis usibus vel modice attendenti sese dat. Locus est pag. 111, lin. 11.

*ὦ τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσείποι; ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν, τηλικαύτην πρᾶξιν ὁρῶν ἀφαιρούμενόν με τῆς πόλεως, ἠγανάκτησας;* *Quid ergo*, vel, *an vero tunc*, (*ô quo te nomine appellem?*) *tu ne, inquam, praeſens cum eſſes, cum abs me tanta commoditate rempublicam ſpoliari videres, ſignificationem indignationis ullam dediſti?*

Ibidem, cum ex eo quaeſiiſſet, Sibine, an urbi hoſtis eſſet, ac ſibi potius eſſe reſponderet; ſubdit, Εἶτα, οὗ μὲν ἦν παρ' ἐμοῦ δίκην ὑπὲρ τούτων λαβεῖν, ἐξέλιπες· οὗ δ' ἐγὼ ἀθῷος παντάπασιν, ἐνταῦθα ἀπήντηκας; *Quid ergo?* vel, *Itane vero? ubi poenas horum abs me criminum repetere potuiſſes, diſſimulaſti: ubi nullus in me culpae locus eſſe poteſt, tum me demum aggrederis?* Quo loco Gallus ita verteret, *Et cependant.*

V. Secundo, eodem fere ſenſu in medio membro uſurpari poteſt. Demoſthen. ibid. Ἐμβρόντητε, εἶτα νῦν λέγεις; *Homo ſtupidiſſime, nunc demum hoc dicis?*

*Εἶτα, *& tamen.*

Tertio, ſine interrogatione, initio periodi, reddi potius debet, *Et tamen.* Gall. *Et cependant.* Demoſthen. ibid. Εἶτα τοῦτο μὲν οὐχὶ λέγει τὸ ψήφισμα· εἰ δὲ, &c. *Et tamen de hoc decreto, nihil dicit: quod autem &c.*

*Εἶτα, *age ergo.*

VI. Quarto, etiam cum interrogatione, periodorum initio, paulo interdum mitius eſt, vertique poteſt, *Age ergo:* Gall. *Et bien.* Demoſthenes ibidem cum oſtendiſſet Athenienſes omnia ſemper pro ſalute Graecorum, & egiſſe libenter, & fortiter ſuſtinuiſſe, concludit: Εἶτα, ἐγὼ τεθεωρηκὼς, ἐν τοσούτοις καὶ τοιούτοις τὴν πόλιν, ὑπὲρ τῶν τοῖς ἄλλοις συμφερόντων ἐθέλουσαν ἀγωνίζεσθαι, ὑπὲρ αὑτῆς τρόπον τινὰ τῆς συμβουλῆς οὔσης, τί ἔμελλον κελεύσειν; &c. *Age ergo, cum viderem hanc urbem, tot atque hujusmodi occaſionibus, aliorum cauſa dimicationem adire voluiſſe: cum ejus ipſius gratia ſuſcepta eſſet deliberatio, quid me jubere oportuit?*

*Εἶτα, *cur ego?*

Ibidem, cum διὰ τί, commodius redderetur, *cur ergo?* Εἶτα παρὼν, ὅτε με εἰσῆγον οἱ λογισταὶ, διὰ τί οὐ κατηγόρεις; *Quidni ergo, praeſens cum eſſes, quo tempore me rationibus exigendis praepoſiti, ad eas reddendas ſiſterent, me accuſabas?*

*Ἔπειτα.*

VII. Ἔπειτα compoſitum, eundem etiam uſum habet, tametſi rariorem. Demoſthen. ibid. Ἔπειτα, ὦ κατάρατε, σὺ τὸ τῆς παρὰ τουτωνὶ τιμῆς ἐμὲ ἀποστερῆσαι βουλόμενος, τρόπαια, καὶ μάχας, καὶ παλαιὰ ἔργα ἔλεγες. *Et tu, homo execrande, quo me civium honore ſpoliares, tropaea, pugnas, antiqua facinora praedicabas!*

SECT.

# SECTIO VI.

## *De Adverbiis* ἐπεὶ, & ἐπιεικῶς.

## REGULA I.

Ἐπεὶ, quod proprie vel *postquam*, vel *quandoquidem* significat, saepe tamen significantius redditur, *nam:* idque vel per se solum, quod usitatissimum est, vel cum particulis τοί γε. Demosthen. Philipp. I. Ἐπείτοιγε, (unica voce) εἰ πάντα ἃ προσῆκε, πραττόντων, οὕτως εἶχε· *Nam si, cum ea vos quae oporteret, omnia praestaretis, res tamen ita se haberent.* 'Επεὶ, nam.

II. Idem adverbium tres alios potissimum usus habet observatione dignos. Primus est, ut cum adverbiis εὐθέως, τάχιστα, & aliis similibus, reddatur Latine, *cum primum*, vel, *simul atque:* tametsi ἐπειδὴ, pro ἐπεὶ, hoc sensu non raro usurpetur. Exempla apud Xenophontem praecipue obvia, ut, Ἐπεὶ τάχιστα ὑπέλαβον. id est, *Cum primum suspicari coeperunt:* ἐπειδὴ εὐθέως ᾔσθοντο, *simulatque senserunt*, vel *subodorati sunt*. Quo etiam modo, saepe adverbium utrumque cum infinitivo modo [29] conjungitur, ut ἐπεὶ, vel ἐπειδὴ εὐθέως αἰσθέσθαι. 'Επεὶ τάχιστα, ut primum.

III. Secundus est Plutarchi fere proprius, ut sequente particula δέ, significet ἀλλά, id est, *veruntamen:* alioqui sensus haereret in plerisque. Sic accipe locum illum in Theseo, p. I. ubi cum dixisset tempora supra Lycurgum & Numam fabulosa esse; subdit, Ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ Λυκούργου, καὶ Νουμᾶ λόγον ἐκδόντες, ἐδοκοῦμεν οὐκ ἂν ἀλόγως τῷ Ῥωμύλῳ προσαναβῆναι. id est, *Veruntamen vulgata jam à nobis Lycurgi Numaeque historia, visi nobis sumus, non abs re ad ipsum* 'Επεὶ δὲ, verumtamen.

29 Infinitivo quoque jungitur simplex ἐπεὶ in propria significatione τοῦ *postquam*, quum scilicet media infinitae sive obliquae orationi interferitur. Vide Herod. Erat. c. 84. Σκύθας γὰρ τοὺς Νομάδας, ἐπεί τέ σφι Δαρεῖον ἐσβαλεῖν (al. ἐμβαλεῖν) ἐς τὴν χώρην, μετὰ ταῦτα μεμονέναι μιν τίσασθαι. *Scythas enim Nomades, postquam eorum regionem invaserat Darius, in posterum perstitisse ad eum ulciscendum.* Est hic usus Herodoto familiaris.

*ipsum usque Romulum aspirare posse.* Quo loco si vertas ἐπεὶ, *postquam*, pendebit omnino sententia. Obiter quoque hic nota, Latinum Interpretem male reddidisse, ἂν προσαναβῆναι *evasisse*; cum significet *evadere*, seu *pervenire posse*, ob particulam ἄν.

Ἐπεὶ, *deinde.* IV. Tertius eidem Plutarcho familiaris, & in Stephani notis observatus, est, ut initio periodi, pro ἔπειτα, id est, *deinde*, absolute sumatur. Sic in Publicola [30], Ἐπεὶ δὲ Ταρκύνιον, inquit, μισῶν ὁ δῆμος, ἀρχὴν ἀποστάσεως ἔλαβε τὸ Λυκρετίας πάθος. id est, *Deinde vero*, vel *deinceps*, *perosus Tarquinium populus*, *defectionis ansam ex Lucretiae casu arripuit.* Quo loco Interpres Latin. quod ἐπεὶ vertisset *postquam*, ne hiaret sententia, particulam consequentem unam alter, alter alteram omisit. Amiotus longe consultior, dum vertit: *Si advint que Tarquinius fut si hay & mal voulu du peuple.*

Quod si ἐπεὶ significaret *postquam*, mallem ego primum καὶ consequens, vertere *tum*: qui usus est hujus particulae non insolens. Idem in Pompejo, Ἐπεὶ δὲ πρὸς Κίνναν πορευθεὶς, ἐξ αἰτίας τινὸς ἔδεισεν, καὶ ταχὺ λαθὼν ἐκποδὼν ἐποίησεν ἑαυτόν· id est, *Deinde profectus ad Cinnam*, *ob crimen aliquod in se conjectum*, *metuere coepit*, *ideoque sese ex ejus oculis furtim subduxit.* Ubi si vertas *postquam*, particula καὶ initio consequentis periodi expungenda erit: nisi, ut ante jam monui, reddere malis ἐπεὶ *postquam*, & καὶ, *tum.*

Eodem modo sumi videtur apud Herodot. ut cum ait lib. 2. p. 114. Ἐπεὶ ἂν τοὺς νεανίας ἀποπεμπομένους ἰέναι τὰ πρῶτα μὲν διὰ τῆς οἰκεομένης, &c. i. e. *Inde*, vel, *tum igitur dimissos adolescentes primum quidem cultam regionem peragrasse:* ubi oratio, nisi ἐπεὶ, eo modo sumeretur, esset prorsus ἀνακόλουθος.

Ἐπιεικῶς, *probe.* V. Ἐπιεικῶς, praeter vulgatam *aequi bonique*, atque adeo, *moderati* significationem; Primo, sumitur interdum, quo modo *probe*, apud Latinos, ut, *probe intellexi*, ἐπιεικῶς ἔμαθον· *probe mihi consciu sum*, id est, ἐπιεικῶς ἐμοὶ σύνοιδα [31].

Ἐπιεικῶς, *admodum.* VI. Secundo, reddi potest, *admodum*, ut apud Xenophon-

30 Non longe ab initio.

31 Affertur pro hoc usu Locus Aristophanis in Vesp. vs. 1241.

Τοῦτο μὲν ἐπιεικῶς σύ γ' ἐξηπίστασαι.

*Hoc tu quidem probe novisti.*

32 Te-

phontem Ἑλληνικῶν 5. ubi de Thebanis adversus Lacedaemonios castrametantibus, Καὶ γὰρ ἦν στενὸν ἐπιεικῶς ταύτῃ, καὶ δύσβατον χωρίον. id est, *Angustus enim admodum locus is erat, accessuque difficilis.*

VII. Tertio, significat *commode*, *omnino*, seu *belle*. Demosthen. Olynth. 1. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιεικῶς τοῦθ', ὅπερ δυσμαχώτατόν ἐστι τῶν Φιλίππου πραγμάτων, καὶ βέλτιστον ἡμῖν. *Sed commode omnino accidit, ut quod ex Philippi rebus ad vincendum maxime difficile est, idem quoque nobis sit utilissimum:* vulgo diceremus, *cela va le mieux du monde.* Ἐπιεικῶς, *commode.*

Aliquando, *Satis commode* potius, quam, *admodum commode.* Idem ubi de Philippo convalescente, Ἐπεὶ ἀνέλαβεν ἑαυτὸν, inquit, καὶ ἐπιεικῶς ἔχει τὸ σῶμα· id est, *Ubi se recreare coepit, & corpore esse firmo satis ac valente.*

VIII. Quarto, reddi potest *satis*, absolute. Plato in Phaedone, Τὸ μὲν σῶμα οὐκ αὐθὺς οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἐπιεικῶς συχνὸν ἐπιμένει χρόνον. id est, *Corpus nihil quicquam istorum continuo subire solet: sed potius satis multo tempore incorruptum manet.* Quo loco istud ἐπιεικῶς, &c. Gallice reddi potest, *un assez bonne espace de temps.* Ἐπιεικῶς, *satis.*

IX. Quinto, significat etiam *circiter*, quod tamen Latini per *admodum* exprimere solent. Polyb. lib. 6. de sociorum equitatu, ejusque distributione loquens, Ἐκ δὲ τούτων λαμβάνουσιν, inquit, τῶν μὲν ἱππέων, εἰς τοὺς ἐπιλέκτους, ἐπιεικῶς τὸ τρίτον μέρος. id est, *Ex ea sociorum multitudine, sumunt equitum in extraordinarios partem admodum tertiam.* Gallice, *bien la troisiesme partie.* Ἐπιεικῶς, *circiter.*

Quam eandem sententiam aliter expressit Plutarchus in Lycurgo, particulis usus πού, & μάλιστα· Ἔτεσι πού μάλιστα τετρακοσίοις καὶ ἑξήκοντα, μετὰ τὸν Λυκοῦργον. id est, *Annis post Lycurgum admodum triginta supra centum.*

X. Sexto, ac postremo, reddi potest, *bona fide*, *ex animo*, *serio*, *ac sine fuco*; eodem fere sensu, quo εὐγνωμόνως. Plato in Alcibiade 1. Οὐκοῦν τοσοῦτον μὲν ἡμῖν ἐς τὸ πρόσθεν πεπέρανται· ὃ γὰρ ἐσμὲν, ἐπιεικῶς ὡμολόγηται, id est, *Hactenus igitur id a nobis effectum est, ut quidnam simus sincere à nobis ac bona fide statueretur.* Sic, quod ait Plautus in Captivis; *Bona fide, tu mihi isthaec verba dixisti?* Graecè reddi posset, Μῶν σύγε ἐπιεικῶς, vel ἐσπουδασμένως τούσδε τοὺς λόγους ἔλεγες. Ἐπιεικῶς, *bona fide, serio.*

# SECTIO VII.

*De Adverbiis* ἐπίπροσθεν, ἤ, ἦ, *cum aliis particulis.*

## REGULA I.

Ἐπίπροσθεν εἶναι, *luminibus officere.*

Ἐπίπροσθεν εἶναι, cum dativo, idem eſt quod verbum ἐπιπροσθεῖν, id eſt, *luminibus officere.* Plutarch. in Pericle, Ἔοικε πάντη χαλεπὸν εἶναι, καὶ δυσθήρατον ἱστορίᾳ τ' ἀληθὲς, ὅταν οἱ μὲν ὕστερον γεγονότες τὸν χρόνον ἐπίπροσθεν ὄντα τῇ γνώσει τῶν πραγμάτων ἔχουσι. Quae poſtrema verba male accipit Latinus Interpres, dum reddit, *Antequam res cognoſcant, praeveniuntur tempore.* Integrum locum ſic verte, *AEgre omnino poteſt hiſtoria verum inveſtigare & conſequi, quod poſterorum cognitioni, ac veluti luminibus, quo minus res geſtas intelligant, elapſum tempus officiat.*

Ἤ; an.

II. Particula ἤ, cum accentu acuto praeter vulgaria ſignificata, *quam* & *vel*, Primo ſaepe reddi debet, *an*, cum dubitatione, quando diverſa orationis, & oppoſita membra proponuntur. Demoſthen. pro Corona, Τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἄν; πότερον τῆς συναιτίας τῶν συμβεβηκότων τοῖς Ἕλλησι κακῶν; ἢ τῆς περιεωρακυίας ταῦτα γιγνόμενα; *Utrius partis urbem hanc fuiſſe vellet, ejusne, quae conjuncta quaedam malorum, quae Graecis evenerunt, cauſa eſſet? an illius, quae mala iſta fieri negligenter permiſiſſet?*

Ἦ ἄν, *alioqui.*

III. Ἦ, cum particula ἄν, ſignificat *alioqui.* Plato in Phaedro, Πᾶσα ψυχὴ φύσει θεᾶται [32] τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῷον· id eſt, *Omnis animus res ſuapte natura contemplatur, alioqui nunquam hoc in animantis genus veniſſet.* Quo ſenſu additur interdum γε, poſt aliquid aliud interjectum. Demoſthen. πρὸς Βοιωτ. Ἦ δεινόν γε ἂν εἴη, *alioqui grave ſane id fuerit.* Interdum etiam additur γὰρ non tantum abſolute & ſerio, ſed etiam per ironiam: ut apud

32 Τεθέαται lege; nam ex eo, quod anima humana, antequam in corpus venit, res contemplata eſt, argumentatur Plato. Verba ſunt pag. m. 249, in fine. Πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται &c.

33 Tu-

apud Lysiam, περὶ Σίμωνα ἀπολογίᾳ, ubi cum dixisset, exilium indictum esse non tantum adversus mutua certamina, rationem dicti reddens subjungit, ἢ πολλοὺς γὰρ ἐξήλασαν, id est, *alioqui multos videlicet exilio damnavissent.*

IV. Ἦ οὐ; tam initio periodi, quam in medio, significat, *nonne?* ut apud Plat. Ἦ οὐχ ὁρᾷς, ὅσον ἔργον προστάττεις; *Nonne vides quantam, & quam difficilem rem imperes?* Ἦ οὐ; nonne?

V. Idem quoque significat ἢ γὰρ cum accentu circumflexo. Plato in Hippia minore, Ἦ γὰρ, ὦ Ἱππία, οὐ ταῦτα ἦν ἃ ἔλεγες; *Nonne, mi Hippia, ejusmodi erant quae dicebas?* respondet ille, ἔγωγε, id est, *plane istuc ipsum dicebam.* Ἦ γὰρ, nonne?

Idem fit praemissa propositione, cui assensum impetrare volumus: ut ibid. Δεινοί, inquit, ὡς ἔοικεν, εἰσι, κατὰ τὸν σὸν λόγον, καὶ πολύτροποι, ἢ γάρ; id est, *Versuti, ut videtur, illi sunt, atque, ut ex oratione tua colligo, vafri & versipelles; nonne?*

VI. Tertio ἢ γὰρ ἂν, significat etiam *alioqui* [33]. Chrysostomus 2. de Providentia, Ταῦτα μὲν οὐ φανερῶς προσέθηκε τὰ ῥήματα· ἢ γὰρ ἂν, ὑποπτεύσαντες αὐτὸν εἶναι ἐχθρὸν, ἔφυγον. *His quidem verbis palam & aperte non utebatur; alioqui suspectum eum, tanquam inimicum habentes, protinus aufugissent.* Ἦ γὰρ ἂν, alioqui.

VII. Ἦπου, circumflexa penultima, initio periodi significat primo, *utique, enimvero, hercle, nimirum*, idque fere sequentibus particulis ὅτι γε, id est, *quandoquidem.* Plato in Phaedone, Ἦ που χαλεπῶς ἂν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους πείσαιμι, ὅτι γε μηδὲ ὑμᾶς δύναμαι πείθειν. id est, *AEgre, enimvero*, vel *utique aliis id persuaderem, quando ne vobis quidem persuadere possum.* Ἦπου, enimvero.

VIII. Secundo, in media periodo, eodem sensu accipitur, praecedente εἰ, & sequente γε, idque fere post aliam particulam. Demosthen. in Aristocratem; Εἰ περὶ τῶν ἀνδροφόνων, τῶν ἤδη κεκριμένων τοσαύτη σπουδὴ γίνεται, ἦπου περίγε τοῦ μήτε ἑαλωκότος, μήτε κατεγνωσμένου, πάνδεινον γράφειν· id est, *Si*

33 Tutius & simplicius videtur, si dicamus tres has particulas suam retinere vim singulas, adeo ut ἢ adfirmet, γὰρ caussam reddat, & ἂν faciat ad sequentis verbi, in Indicativo positi, significationem, ita: *Certe*, vel, *procul dubio enim* (*si hoc fecisset*) *omnes eum aufugissent.*

34 No-

*Si de homicidis jam damnatis usque adeo cautum est, profecto longe indignissimum fuerit, hoc de illo sancire, qui neque convictus, neque condemnatus fuerit.*

ᵍἭπου, *multo magis.* IX. Tertio, eodem loco reddi potest, *multo magis*; dum ait, Εἰ τῶν ἀψύχων οὐδὲν ἐστὶ ὅσιον ἐᾶν ἄκριτον· ἧπου, τὸν ἄνθρωπόν γε ὄντα, ἀνόσιον καὶ δεινὸν, ἄνευ λόγου, καὶ ψῆφου ποιεῖν ἔκδοτον. id est, *Si nefas est inanimatum quidpiam legitimo judicio spoliare, multo sane magis impium ac sceleratum fuerit, hominem indicta causa atque indemnatum dedere.*

ʰἭπου, ὅπου. X. Quarto, eodem aliquando sensu, absque particula γε, respondet praecedenti ὅπου, quod, *si*, vel *quandoquidem* significat. Isocrates de Pace, Ὅπου γὰρ οἰκίσαι πόλεις οἷοίτε γεγόνασιν, ἧπου βουληθέντες ἡμεῖς πολλοὺς ἂν τόπους τοιούτους δυνηθείημεν καταχεῖν· id est, *Si urbes aedificare potuerunt, multo magis, si modo voluerimus, loca ejusmodi plurima tenere poterimus.*

ⁱἭπου, *multo minus.* XI. Quinto, in media quoque periodo, vel solum, vel additis particulis γε, & καὶ, contrarium significat, id est, *multo minus*, vel *nedum*; χολῆγε. Plutarchus in Politicis praeceptis, ΟΥ'δὲ τούτων ἐπιμελητέον ἐστὶ παρέργως· ἧπου τῶν περὶ τὸν βίον ἀμελητέον. id est, *Ne horum quidem perfunctorie suscipienda cura est: multo minus quae ad vitam pertinent negligenda:* ubi particula οὐδὲ verti debet, *ne quidem*, quemadmodum & alibi saepe. Dicere autem poterat, ἧπού γε καὶ τῶν περὶ τὸν βίον ἀμελητέον.

XII. Id etiam fit, praecedente ὅπου. Plutarch. ibid. Ὅπου, inquit, τἄνδρὶ τ' ἄλλα θαυμασίῳ, μικρὸν οὕτω φιλανθρώπευμα παραλειφθὲν, ὑπεροψίας ἤνεγκε δόξαν, ἧπου κολούων ἄν τις ἀξίωμα συνάρχοντος, ἐπιεικὴς ἂν φανείη. id est, *Si viro, alias plane singulari, omissum tam exiguum humanitatis officium, arrogantiae suspicionem attulit, multo sane minus, qui collegae dignitatem infringat, vir bonus ac civilis habeatur:* ubi alterutrum ἂν abundat, de quo infra.

ᵏἭπου χολῆγε. XIII. Aliquando vero τῷ ἧπου, additur χολῆγε, tuncque vel χολῇ abundat, vel ἧπου affirmat, significatque *profecto*. Sic supra dici posset, ἧπου χολῇ γε κολούων.

XIV. At ἤπου, acuta penultima, significat, εἴτε, id est, *sive*, quemadmodum ἤτοι, & aliquando tantum ἤ, *quam*. Exempla passim obvia [34].

SECT.

34 Notandam hic censui singularem adverbii καλῶς cum genitivo constructionem: quae occasione reddendum est, in oppor-

opportuno loco. Thucyd. lib. I, cap. 36. Τῆς τε γὰρ Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς παράπλυ κεῖται. *Sita enim est (Corcyra) in loco opportuno trajicientibus in Italiam & Siciliam.* Aliquando genitivus per praepositionem ἐν, sequente tertio casu, resolvitur; ut eodem libro cap. 44. in fine, de eadem insula. Ἅμα δὲ τῆς τε Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς ἐφαίνετο αὐτοῖς ἡ νῆσος ἘΝ ΠΑΡΑΠΛΩι κεῖσθαι. *Simul etiam in Italiam & Siciliam ad trajiciendum loco opportuno haec insula sita esse videbatur illis.* Quod Thucydideum plane loquendi genus esse, ad hunc locum testatur Hudson.

# SECTIO VIII.

## *De Adverbiis* μᾶλλον, & μάλιςα.

## REGULA I.

Μᾶλλον, ut plurimum adjunctam habet conjunctionem δὲ, nec tamen verti debet, *potius vero*, sed Latina *potius*. Μᾶλλον δὲ, *vel potius.*

35 Quoties scilicet potior sententia sequitur, tuncque ἐπανορθωτικὴν vim habet, & saepius redditur *imo vero*, ut, Ἦν παῖς, μᾶλλον δὲ μειρακίσκος ἁπαλός. *Erat puer, imo vero tener adolescentulus.* Quo sensu non raro sequentem habet particulam καὶ intendendi gratia. Demosth. de Cor. pag. 321. Εἰ δὲ ἁπάντων τὸ ἀξίωμα, τὴν ἡγεμονίαν, τὴν ἐλευθερίαν, παρείλετο, ΜΑΛΛΟΝ ΔΕ ΚΑΙ τὰς πολιτείας, ὅσων ἠδύνατο. *Sin omnibus, quibuscunque poterat, dignitatem, principatum, libertatem, quin etiam respublicas ademit.* At praecedente potiore sententia, abest δὲ, additurque saepe particula τι, sequente in altero membro ἤ. Arrian. de Exp. Al. pag. 21. lin. 9. Καὶ ἡ Μήλυ, καὶ Σκιώνης ἅλωσις, νησιώτικά τε πολίσματα ἦν, καὶ τοῖς δράσασιν αἰσχύνην ΜΑΛΛΟΝ ΤΙ παρεῖχεν, Ἢ ἐς τὸ ξύμπαν Ἑλληνικὸν μέγαν τὸν παράλογον παρέχειν. *Et Meli & Sciones expugnatio, quae erant insularia oppidula, expugnatoribus dedecus potius attulerunt, quam universam Graeciam in magnam admirationem rapuerunt.* Pro μᾶλλον δὲ utuntur etiam ἄλλως δὲ, natura quidem imbecilliori, sed ejusdem usus vocabulo. Ita Plutarch. in Caes. pag. 718. in fin. Καὶ ταύτην λαβὼν αἰτίαν πρὸς αὐτὺς ὁ Καῖσαρ, ἌΛΛΩΣ ΔΕ δόξης ἐφιέμενος. *Arrepta hac adversus illos ansa Caesar re autem vera, gloriae ardere*

na phrasi, *seu potius*, *vel potius*: quod nunquam Graece dicitur, ἢ μᾶλλον.

Μᾶλλον ἀεὶ, magis atque magis.

II. Idem adverbium junctum cum ἀεὶ significat *magis atque magis*, vulgo, *de plus en plus*, ut, Προὐχώρει καθ' ἡμέραν ἀεὶ μᾶλλον. id est, *Indies magis magisque proficiebat*. Quo sensu τῷ ἀεὶ non raro additur enclitica τι [36].

Μᾶλλον, cum comparat.

III. Jungitur interdum comparativo, ut apud Isaeum, Πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον. *Longe promptius* [37]. Apud Isocrat. [38]. Κρεῖττον εἶναι τεθνάναι, μᾶλλον. id est, *Praestare mori*. Ita Tullius non semel ait, *potius malo*, cum *malo* satis esset [39].

Παντὸς μᾶλλον.

IV. Jungitur etiam eleganter cum genitivo παντὸς, ad exprimendum singularem aliquem excessum: vulgo diceremus, *plus que tout autre*: ut, παντὸς μᾶλλον διὰ τοῦτο ἡ νίκη μεθ' ἡμῶν γένοιτ' ἄν. id est, *Hoc modo facilius, quam alio quolibet, victoriam consequi poterimus*.

Μᾶλλον, subintellectum.

V. Postremo, saepe μᾶλλον subauditur, in verbo βούλομαι, sequente tantum ἢ, id est, *quam*, cum tamen verbum illud cum ea particula verti debeat, *malo quam*, ut, βούλομαί σε ἀπιέναι, ἢ παρόντα ῥαθυμεῖν. id est, *abire te malo, quam praesentem otio languescere* [40].

VI.

*dore ductus* &c. Ubi pro ἄλλως δὲ substitue μᾶλλον δὲ, & eundem habebis sensum.

36 Non multum abludit illud Horatii, Carm. secular. sub finem.

*Remque Romanam, Latiumque felix*
*Alterum in lustrum, MELIUSque SEMPER*
*Proroget aevum.*

Et Tibull. lib. I. el. 8. in fine.

*At tu, natalis, multos celebrande per annos,*
*CANDIDIOR SEMPER CANDIDIORque redi.*

37 Simili modo utens contrario ἧττον Plato de poena dixit lib. IX. legg. pag. 854. Ἢ γὰρ βελτίονα ἢ ΜΟΧΘΗΡΟΤΕΡΟΝ ἮΤΤΟΝ ἐξειργάσατο τὸν τὴν δίκην παρασχόντα. *Reddit enim eum, qui patitur, vel meliorem vel minus pravum.*

38 In Helenae Laudat. pag. 417. alia praeter haec duo exempla suppeditat Budaeus pag. 212.

39 Similiter quoque Corn. Nep. in Vit. Con. cap. ultimo. *Quod POTIUS patriae opes augeri, quam regis MALUIT.*

40 Eleganter etiam construitur cum Genitivo participii δέον, praemisso articulo, ut, Μᾶλλον τοῦ δέοντος. *Plus aequo* apud Plat. Gorg. pag. 487. Postremo, Μᾶλλόν τι, significat, *Adbuc magis*; augente utcunque significationem vocula τὶ. AEschin. Socr. dial. de Virtute. Ἐφυλάττομεν ἄν, ὥσπερ τὸ ἀργύ-

VI. De adverbio μάλιστα, quatuor notanda sunt. Primo, saepe jungitur cum articulo neutro plurali τὰ, tumque significat *praesertim*, aut *maxima ex parte* [41]; ut, ὁ στόλος τὰ μάλιστα διεφθάρη, *classis maxima ex parte consumpta est.* Sic, ὑπ' ἄλλων μὲν ὅσων, τὰ δὲ μάλιστα, ὑπὸ ῥαθυμίας ἡμῖν ἔῤῥει τὰ πράγματα. id est, *cum aliis plerisque de causis, tum inertia maxime res nostrae pessum eunt.*

Τὰ μάλιστα, praesertim.

VII. Secundo, idem fere est, quod ἐπιεικῶς, id est, *admodum*, vulgo, *bien jusques*; apud Atticos praesertim, ut apud Thucydidem, Xenophont. & alios. Sed tunc fere, cum numeralibus jungitur. Thucydid. 2. Ἐν τεσσαράκοντα μάλιστα ἡμέραις. *Diebus admodum*, vel *omnibus quadraginta.* Quo sensu non raro adjunctas habet particulas πη, τοι, aut πως, aut πυ, encliticas.

Μάλιστα, admodum.

VIII. Tertio, μάλιστα μὲν, sequentibus postea, εἰ δὲ μὴ, reddi potest, *principio*, vel *ante omnia.* Sic Terentius in Andria; *Te per amicitiam obsecro, principio ut ne ducas; (uxorem scilicet)* Graece reddi potest, μάλιστα μὲν μὴ γήμῃς. Sequitur, *sed si id non potest*, Graece tribus his voculis, εἰ δὲ μὴ, hoc est, *sin minus.* Ita ut per μάλιστα μὲν significetur, id quod omnino vellemus fieri, si quo modo fieri posset: tum per εἰ δὲ μὴ subjiciamus id, quod saltem ejus vice fieri cupimus: vulgo, *au defaut de l'autre.* Ita plane accipiendus Platonis locus in Menexeno, ubi praeclaram illam ad liberos superstites defuncti parentes exhortationem habent, Πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν, ὅπως μάλιστα μὲν ὑπερβαλεῖσθε, εἰ δὲ μὴ, ἴστε, ὡς ἡμῖν ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει· id est, *Omni studio contendite, principio quidem uti superetis; sin minus, intelligite, hanc nobis victoriam probro futuram* [42].

Μάλιστα μὲν, εἰ δὲ μή.

IX.

γύελον, καὶ ΜΑ'ΛΛΟ'Ν ΤΙ. *Servaremus ut argentum, vel adhuc magis. i. e. diligentius.* Ubi observa etiam, conjunctionis ἂν cum imperfecto indicativi constructionem. qua de re inferius dicetur Cap. VIII, sect. 2, §. 4.

41 Adi regulam generalem, quam dedi supra pag. 17. & 18.

42 Obscuram sententiam reddit loci mutilatio, quem ideo integrum hic addere non poenituerit. Verba sunt p. 247, init. Ὧν ἕνεκα καὶ πρῶτον, καὶ ὕστατον, καὶ διαπαντὸς πᾶσαν πάντως προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν, ὅπως ΜΑ'ΛΙΣΤΑ ΜΕ'Ν ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ· 'ΕΙ ΔΕ' ΜΗ', ἴστε, ὡς ἡμῖν, ἂν μὲν νικῶμεν ὑμᾶς ἀρετῇ, ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει, ἡ δὲ ἧττα, ἐὰν ἡττώμεθα, εὐδαιμονίαν.

*Μάλιστα φάσκω.* IX. Quarto, μάλιστα, cum verbo φάσκω & similibus, videtur significare παῤῥησίαν quandam: ut vulgo dicimus, *haut & clair.* Plutarchus in Alexandro de Clito indignante, quod Macedones in convivio deriderentur, Ἠγανάκτει, μάλιστα φάσκων, οὐ καλῶς ἐν βαρβάροις ὑβρίζεσθαι Μακεδόνας· ubi μάλιστα, cum sequente φάσκων, non cum praecedente ἠγανάκτει, jungit etiam Amiotus; *Disant tout haut, que c'estoit une grand' honte d'injurier les Macedoniens, parmy les Barbares.* Ita Lucianus in Charonte, Ἐπὶ δεῖπνον, οἶμαι, κληθεὶς, ἐς τὴν ὑστεραίαν, μάλιστα, ἥξω, ἔφη. *Ad coenam, opinor, invitatus, magna voce, cras, inquit, veniam:* nisi quis, μάλιστα, jungat cum ἥξω, tunc autem significabit, *omnino, libentissime*; vulgo, *sans faute.*

*Μάλιστα, ut qui maxime.* X. Quinto, praecedente, vel sequente ὁμοίως, cum dandi casu, reddi potest, *quam*, vel, *ut qui maxime.* Demosth. de reditu suo, Εὕρετε ἐμὲ εὐρήσετε τῷ πλήθει τοῖς μάλιστα ὁμοίως· id est, *Me tam populi studiosum reperietis, quam qui maxime.* Contra dici posset, τοῖς ἥκιστα ὁμοίως, vel ὁμοίως τοῖς ἥκιστα, *quam qui minime:* quod sup. de Nomine Cap. 3. Sect. 13. Reg. 4. dicebatur, ὡς οὐδὲν χρῆμά τι.

S E-

νίκαν. i. e. *Quare & primum, & postremum & semper omni studio contendite, principio quidem ut superetis & nos & majores gloria: sin minus, intelligite, hanc nobis, si vos virtute vicerimus, victoriam pudori futuram, at, si vincimur eo ipso, quod succumbimus, feliciores nos fore.*

43 Vicina huic significationi constructio est, ubi cum articulo plurali praecedente praepositione ἐν junctum superlativi vice fungitur. V. C. Ἐν τοῖς μάλιστα σοφός ἐστιν. *Si quis alius, sapiens est.* Pausanias in Achaicis, pag. 403. Τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα ἀρχαῖον. *Hoc templum inter caetera est vetustissimum.*

44 Exem-

Digitized by Google

# SECTIO IX.

## De Adverbiis μεταξὺ, μέχει, οἶγι, ὁμῶ.

## REGULA I.

Μεταξὺ cum participio eleganter conjungitur, eo in casu, quem sententia postulat; ut *inter*, apud Latinos, cum gerundiis in *dum*; ut, μεταξὺ περιπατῶν τῷ ἐχθρῷ ἐνέτυχεν, *inter ambulandum in hostem incidit*: quod dici posset, μεταξὺ περιπατοῦντι ἀπήντησεν ὁ ἐχθρὸς, *inter ambulandum ipsi hostis occurrit* 44. — Μεταξὺ, cum particip.

II. Aliquando, sed rarius sumi videtur pro μετὰ, *cum*, ut apud Plutarch. in Theseo; Καὶ μεταξὺ τοῦ δυνατοῦ σύνεσιν 45 ἔχοντες. *Prudentiam cum potestate conjunctam habentes.* — Μεταξὺ, cum.

III. De adverbio μέχει, adverte sequentia. Primo μέχει, vel ἄχει ante consonantem, ut μέχεις, vel ἄχεις ante vocalem 46, cum interrogativo τίνος; vel πῦ, significat *quousque*; ut, μέχει πῦ, vel τίνος τοῖς πράγμασιν ἀνειμέ- — Μέχει τίνος, quo usque?

44 Exemplum exhibet AEschin. contra Ctesiph. pag. 306. lin. 28. Τίς ἂν εἴη τοιοῦτος ἰατρὸς, ὅστις τῷ νοσοῦντι μεταξὺ ἀσθενοῦντι μηδὲν συμβουλεύοι; *Quisnam esset talis medicus, qui aegroto, dum morbo laboret, nihil det consilii?* Adde locum ex Isocr. in Euag. pag. 396. Πρὸς δὲ τοῦτον οὕτως ἐκ πολλοῦ προιδεῶς ἔχειν, ὥστε μεταξὺ πάσχων εὖ, πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπεχείρησε *Ab hoc vero sibi tam circumspecte cavit, ut inter accipiendum beneficia bellum contra eum moliretur.* Idem adverbium genitivo λόγων junctum, praeterquam quod tritum est in significatione τοῦ *inter dicendum*, etiam Graeci usurpant, ubi Galli *à propos*; ubi scilicet absolute ponitur in non continuata sententia. Ita apud Lucianum in Charonte cum Mercurio sermones caedens Charon de urbibus dirutis, videt interim duos exercitus manum conferentes, atque ait: Ἀλλὰ ΜΕΤΑΞΥ ΛΟΓΩΝ, τίνες εἰσὶν οἱ πολεμοῦντες ἐκεῖνοι; Gallice: *Mais a propos, qui sont, qui combattent là?*

45 Lege τὸ συνετόν. Locus est pag. 1.

46 Sic usus voluit. Atticum tamen esse ἄχρι vel μέχρι affirmat Moeris. Ἄχει ἄνευ τοῦ σ, Ἀττικῶς· Ἄχρις, Ἑλληνικῶς. In quibusdam Thucydidis codicibus ἄχρι & μέχρι invenias ante vocalem.

 47 At

νειμένως χρησόμεθα; *quousque tandem res negligenter curabimus* [47]?

Μέχρι πυ, *ut etiam.* IV. Secundo, μέχρι πυ, & ἄχρι πυ, fine interrogatione, cum infinitivo jungitur, significatque, *ut etiam*; ut, μέχρι πυ καὶ ἐπιδακρύσαι τἀνδρὶ προσέπαθεν, *tanta eum cepit hominis commiseratio, ut ejus quoque malis illacrymaretur*; vulgo, *jusques aux pleurs*, *jusques à en pleurer*.

Μέχρι πρὸς. *usque ad.* V. Tertio, additur etiam πρὸς, quemadmodum Latini dicunt, *usque ad*; μέχρι πρὸς τῆς οἰκυμένης ἐχατιᾶς διεφοίτησεν ἡ φήμη. *Ad ultimos usque orbis fines ea fama pervenit* [48].

Μέχρι τῦδε, *hactenus.* VI. Quarto, cum aliis adverbiis & particulis jungitur, ut, μέχρις ἐνταῦθα, *hactenus*, vel *huc usque*, μέχρι τῦδε vel μέχρι δεῦρο, *huc usque*, *hactenus*, *eatenus*; cum de oratione vel disputatione aliquatenus progressa loquimur: μέχρι πόρρω, *longe*, vel *diu*: μέχρι τῦ νῦν, id est, μέχρι τῦ παρόντος, *in praesens usque tempus*: μέχρι σήμερον, *jusques à aujourd'huy*: μέχρις ἐχθὲς, *jusques à hier*: μέχρι πρώην, quod Latine vix exprimi potest, *jusques à avant hier*. Synes. Ἀπενθὴς μέχρι πρώην διαγενόμενος. verbatim, *Cum usque ad nudiustertius luctu caruisset*.

Μέχρι λόγυ, *verbis tenus.* VII. Quinto, cum genitivis quibusdam, ut, μέχρι τῦ λόγυ, vel τῦ λέγειν, *verbis tenus*: μέχρις ἡμῶν, *ad nos usque*, id est, *ad nostram usque aetatem*: μέχρις ὗ, *donec*, vel *quo ad*: μέχρι τῆς ζωῆς, id est, διὰ βίυ, *per totam vitam*: ut, μέχρι ζωῆς ἄρχων διετέλεσεν, *tota vita in magistratu fuit*; μέχρις εἴκοσι ἐτῶν, id est, *ab anno* 20. *& infra*. Demosthen. Olynth. 3. [49] Ἐψηφίσασθε, τὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν, αὐτὺς ἐμβαίνειν. *Decrevistis ut qui essent intra quintum & quadragesimum annum, in naves conscenderent*: quo nu-

47 At cum indefinito τινὸς significat, *Aliquamdiu*. Herodian. lib. 1. cap. 8. Μέχρι μὲν ὖν τινος ἐπεῖχε τὸ νεανίσκον ἡ τῦ πατρὸς μνήμη. *Aliquandiu cohibuit adolescentem patris memoria*.

48 Exemplum exhibet Arrian. de Exp. Al cap. 6. prop. fin. Ἐγένετο δὲ ἡ δίωξις τοῖς μὲν ἀμφὶ Ἀλέξανδρον ΜΕ'ΧΡΙ ΠΡΟ'Σ τὰ ὄρη τῶν Ταυλαντίων. *Fiebat persecutio iis, qui circa Alexandrum erant.* i. e. *Alexander cum suis eos persequebatur usque ad montes Taulantios.* Ubi τοῖς ἀμφὶ Ἀλέξανδρον pro Ἀλεξάνδρῳ. vide supra cap. 1. §. 5. Eodem modo dicitur ἄχρι πρὸς τὰ ὄρη. Sic Lucian. Ver. hist. lib. 1. Κατεδιώξαμεν ἄχρι πρὸς τὺς φωλεύς. *Persecuti sumus (eos) usque ad ipsorum latibula.*

49 Pag. 11, init.



Digitized by Google

numero comprehendebantur, qui annum illum 45. attigerant, quique infra illum erant, modo aetate militari essent [50].

VIII. Sexto, apud Herodotum maxime, & alios Jonicos, μέχρις οὗ, simul jungitur cum alio gignendi casu; particula οὗ prorsus abundante; ut, μέχρις οὗ τῶν διαλλαγῶν, id est, *usque ad gratiae reconciliationem* [51]. Μέχρις οὗ.

IX. οἷγε, interdum cum verbo βλέπω, aut alio simili verbatim est, *quo quidem respicio*, vel *specto*: sicque apud Atticos, impeditam efficit orationem, & significationem habet ab sequenti aliqua voce pendentem. Aristides in Panathenaico [52]: Οὐ μὴν ἀλλ' οἷγε βλέπων, τὸ δίκαιον ἐποιούμην, καὶ περὶ ἧς εἶχον ἐν νῷ τροφῆς εἰπεῖν. Quo loco Interpres, *Jam*, inquit, *ejus alimenti, de quo, cum eo tenderem, & in animo habebam dicere.* Quis hoc intelligit, *cum eo tenderem*? Deinde τὸ δίκαιον ἐποιούμην omittit. Forte ita reddi possit: *Jam vero illius alimenti, quo, dum in illud intuerer, hujus orationis aequitatem maxime niti arbitrabar; de quo etiam mihi propterea dicendum esse statuebam.* Qua in oratione οἷγε, pendentem significationem habet ex sequente voce, τροφῆς. Οἷγε.

X. Ὁμοῦ, proprie *simul*: aliquando tamen, *circiter* aut *fere*, significat: ut apud Dionys. Halicarnass. [53] Ὁμοῦ πεντακόσια ἔτη, *Anni circiter quingenti.* Quo sensu dicitur, etiam ὁμοῦ τι. Apud eundem [54], Ἐτῶν ὁμοῦ τι πεντακοσίων· quod Thucydides, aliique Attici, per adverbium ἐγγὺς, efferre solent. Ὁμοῦ, *circiter.*

SECT.

50 Huc refer illud Herodiani lib. I. cap. 3. de Nerone, Ὃς ἐχώρησε μέχρι μητρῴου φόνου. *Qui progressus est eo impietatis, ut matrem occiderit.* Simili modo apud Aelianum, lib. VII. cap. 8. Alexander, cum in luctu Hephaestionis mortui capillos scidisset, dicitur μέχρι τῆς κόμης τῆς ἑαυτοῦ Ἑλληνικὰ δρᾶν. *usque ad suas comas Graecorum more fecisse*: id est: *quatenus comas radebat.* Huc facit illud Periclis: Μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος. *Usque ad aram amicus.*

51 Exemplum vide lib. I. apud Herodot. Καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων. *Et huic turri alia superstructa est, atque alia item in hac, ad octavam usque turrim.*

52 Non longe ab initio.

53 Lib. antiq. Rom. III. pag. 163, lin. 39.

54 Lib. VIII, pag. 530, lin. 18.

# SECTIO X.

## *De Adverbiis* ὅπη, ὅπου, ὅπως, οὕτω, ῥᾳδίως.

### REGULA I.

Ὅπη ἂν παρείκοι. ὍΠη, cum verbo παρείκοι, in tertia persona optativi, vel etiam subjunctivi, & particula ἂν, significat proprie, *quocunque*, vel *loco*, vel *tempore*, vel *modo liceat*: ut, ὅπη ἂν παρείκοι, ἅψομαι τοῦ πράγματος, *ut primum licebit*, *vel quomodocunque licebit*, *rem aggrediar*: ubi παρείκει est impersonale, quemadmodum per sese etiam apud Atticos, sine particula ὅπη, tuncque significat, *promptum*, *facile*, *integrum est*. Plato Legum 5. [55] Βουλόμενον ἡδέως ζῆν, οὐκέτι παρείκει ἑκόντα γε ἀκολάστως ζῆν. id est, *Qui suaviter & jucunde vivere volet*, *ei non tam facile*, aut *integrum erit*, *sua sponte intemperanter vivere*. Eodem modo usurpatur, εἰσχωρεῖν, de quo cap. 5. Sect. 14. Reg 11.

Ὅπη δοκοῖ. II. Eodem fere sensu, ὅπη δοκοῖ, a Thucydide, & aliis Atticis usurpatur, id est, *ubi commodum visum est*: ut, Ὅπη δοκοῖ, ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς, εἰσέβαλον εἰς τὸ στράτευμα τῶν Θρακῶν. [56] id est, *Ubi commodum visum est*, vel, *Qua parte commodum visum est*, *pauci licet adversus multos*, *in Thracum aciem impetum fecerunt*.

Ὅπη οὖν, quoquomodo. III. Ὅπη οὖν, vel ὅπη ἂν, duabus vocibus, vel ὁπηδηοῦν, ὁπηδήποτε, & ὁπηδηποτοῦν, unico verbo, id est, *quoquo modo*, vel *quomodocunque*; ut, Πειράσομαι ὅπη οὖν τὸ ἄχθος ἀποσείσασθαι. *Conabor id oneris quoquo pacto excutere.*

Ὅπου, quo usque. IV. Ὅπου, praeter significationem *ubi*, & eam, quae paulo ante in ὅπου, allata est, aliquando reddi debet, *quo usque*, sine interrogatione, vel *eo usque dum*. Plutarchus in Publicola [57], ubi loquitur de arboribus, & aliis quae ex agro Tarquinio in Tiberim projecta fuerant: Ὑπήγαγεν ὁ ῥοῦς, οὐ πολὺν τόπον, ἀλλ' ὅπου τὰ πρῶτα συνενεχθέντα, καὶ προσπεσόντα τοῖς στερεοῖς ὑπέστη. id est, *Fluxus amnis haud procul detulit*; *sed eo tantum usque*, *dum primi manipuli vadis illisi*, *& incurrentes subsisterent*. Hinc enim ὑπάγειν, est *secundo*

55 Pag. 734.
56 Verba Thucydidis, lib. II, cap. 100.
57 Pag. 100, in fine.



Digitized by Google

*rundo amne deferre:* συμφέρεσθαι vero, & περιπετεῖν, *incursare, rencontrer;* τὰ στερεὰ denique, quod vulgo dicimus, *terre ferme.*

V. Ὅπως, Primo, interdum, licet rarius, pro πῶς interrogante sumitur, ac fere respondendo ei, qui per illud πῶς interrogaverat, ut si quaerenti, πῶς ἂν αὐτὸν προσείποιμι; *quomodo eum appellem?* respondeas, ὅπως; vel ὅπως ἄν; *quomodo?* quasi dicas, *quaerisne quomodo* [58]? Ὅπως; pro πῶς;

Secundo, praecedente οὐχ, licet aliquando nativam significationem retineat, saepius tamen significat, *non solum*, vel *non solum non*, vel *ne dum*. *Non solum*, ut, ΟΥ῾χ ὅπως τοὺς πολεμίους ἐτρέψατο, ἀλλὰ καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐκάκωσεν. *Non tantum hostes fugavit, sed etiam eorum regionem vastavit.* Demosthenes in Midiam [59], ΟΥ῾χ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ταύταις ἡμέραις ᾤεσθε χρῆναι. id est, *Non modo cujusquam per eos dies corpus non violandum esse putavistis.* Οὐχ ὅπως.

*Non solum non.* Demosthen. pro Coron. [60] ΟΥ῾χ ὅπως χάριν αὐτοῖς ἔχεις, ἀλλὰ μισθώσας σεαυτὸν κατὰ τουτωνὶ πολιτεύῃ. *Non modo nullam iis gratiam habes, sed etiam mercede corruptus, rempubl. horum in perniciem geris.*

*Ne dum*, Lucianus Prometh. ΟΥ῾δὲ μνημονεύσειν ἔτι ᾤμην τὸν Δία, οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἀγανακτήσειν. id est, *Eorum ne recordaturum quidem amplius Jovem putabam, nedum adeo graviter indignaturum.*

VI. Tertio, ὅπως, seu *praecipiendo* [61], seu *vetando*, saepe usurpatur ἐλλειπτικῶς, idque ut plurimum praecedente ἀλλὰ, vel καὶ, vel sequente γε, δὴ, δὲ, ἄρα, τοίνυν, ἄν, & similibus: tunc autem construitur vel cum futuro indicativi, vel cum subjunctivo, vel cum optativo. Plato 1. de Republ. Καὶ ὅπως μοι μὴ ἐρεῖς. *Ac vide ne mihi dixeris.* Demosthenes de Falsa Legat. Καὶ ὅπως γε, ἄν τι τούτων γίγνηται, τούτους ἐπαι- Ὅπως, defectivum.

58 Ita Aristophanes in Thesmoph. vs. 210.

ΑΓ. Κάκιον ἀπολοίμην ἂν ἢ σύ.
ΕΥ. Πῶς; ΑΓ. Ὅπως;
*AG. Pejus perirem quam tu.*
*EU. Quomodo? AG. Quomodo?*

Idem observa in τί; & ὅ, τι; πῶ; & ὅπῃ & similibus. Neque hoc adeo rarum, sed tritissimum est in responsionibus.

59 Pag. 386, in fine. Ubi particulae interjectione voculae γὰρ interrumpuntur, οὐ γὰρ ὅπως. v. Bud. pag. 479.

60 Pag. 331, in fine.

61 De hoc hujus particulae usu consulendus omnino Devarius.

ἐπαινέσεσθε, καὶ μὴ τοι, κἄν τι τῶν ἐναντίων, ὅπως τούτοις ὀργιεῖσθε. *At videte, ut si quid istorum fiat, hos laudetis; sin contrarium quid, ut iis irascamini* [62]. Ἀτὰρ eodem modo usurpatur. Ita Gallice, *qu'on ne face pas cela:* ἀλλ' [63] ὅπως μὴ τοῦτο διαπράττοιτ' ἄν.

Ἀτάρ.

Οὕτως, ita demum.

VII. Οὕτω, vel οὕτως, etiam ante consonantem, Attice idem fere est, quod apud Latinos, *ita demum*, vel *tum demum:* ut apud Xenophont. παιδείας 2. [64] Προσευξάμενοι θεοῖς, ἵλεως καὶ εὐμενεῖς πέμπειν σφᾶς, οὕτω διέβαινον ὅρια. id est, *Cum vota Diis nuncupassent, uti ab iis volentibus ac propitiis mitterentur, ita demum fines transierunt.* Apud Demosthen. passim obvium.

Οὕτω πως & που.

VIII. Secundo, cum eo adverbio particulae πως, vel που, saepe ornatus causa tantum conjunctae, παρέλκουσι· ut, Οὕτω πως ἔλαθεν ὑποδυσάμενος τὸν αὐτοκράτορα, *Ita clam omnibus sese in Imperatoris gratiam insinuavit.*

Οὕτω, temere.

IX. Tertio significat *temere.* Demosthenes 1. Philipp. Ὑμεῖς δὲ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. *Vos autem pecunias temere, nec rebus exigentibus, in festa impenditis.*

Οὕτως ὄναιο σύγε, macte animo.

X. Quarto, eleganter, Attici praesertim, cum eo adverbio jungunt ὄναιο σύγε, & alias similes pro diversitate personarum loquendi formulas: eodem sensu quod Latini dicunt, *macte animo*; idque fere cum gignendi casu: ut, Οὕτως ὄναιο σύγε τῆσδε τῆς φιλοπονίας. id est, *Macte animo, & hanc diligentiam novis semper incrementis auge.*

Ὅπως, οὕτως.

XI. Interdum praecedente ὅπως, vel ὡς, respondet, verboso quodam orationis tractu οὕτως· Demosthenes Olynth. 2. Φημὶ δεῖν ὑμᾶς τοῖς Ὀλυνθίοις βοηθεῖν, καὶ ὅπως τις λέγει κάλλιστα καὶ τά-

62 Unum, quod notandum putavi, addam: nempe Graecos hac particula usos eo loco, ubi Latini *Prout.* Eleganter ita construitur cum Genitivo & Verbo ἔχω apud Aristidem, Orat. in Romam, pag. 352. Οὐδὲ μέχρι τούτων τῶν ὅρων ἐκεῖνός γε κυρίως ἀεὶ βασιλεὺς, ἀλλ' ὍΠΩΣ ἢ Ἀθηναῖοι δυνάμεως, ἢ Λακεδαιμόνιοι ἔχοιεν τύχης, νῦν μὲν ἕως Ἰώνων καὶ Αἰολέων καὶ θαλάττης βασιλεύς· πάλιν δὲ οὐκέτι Ἰώνων, οὐδὲ ἕως θαλάττης, ἀλλ' ἄχρι Λυδῶν. *Neque semper hactenus ille constanter imperavit, sed modo usque ad Jonas & AEolas & mare, modo ne ad Jonas quidem, neque ad mare, sed ad Lydos usque, prout vel Atheniensium potentia, vel Lacedaemoniorum felicitas accreverat.*

63 Aut lege ἀτὰρ ὅπως, aut haec verba: Ἀτὰρ *eodem modo usurpatur*, in regulae clausula ponenda: caeteroquin exemplum est ἀναποδοτικόν.

64 Initio.

65 No-

τάχιστα, ὅτως δρέσκει μοι· *Dico vos oportere Olynthiis opem ferre; atque ut quis hoc accuratissime ac diligentissime faciendum esse dixerit, ita mihi placuerit maxime.*

XII. Quinto etiam ῥᾳδίως cum ὅτω jungitur, significatque *temere*. Plato 2. de Republ. Ἆρ᾽ ὖν ῥᾳδίως ὅτω παρήσομεν, τὸς ἐπιτυχόντας μύθυς ἀκέειν τὸς παῖδας; id, *An igitur passim ac temere adeo, quasvis fabulas à pueris audiri patiemur* ⁶⁵? — Οὕτω ῥᾳδίως.

XIII. Hoc ipsum etiam ῥᾳδίως, per sese aliquando significat. Demosthenes Philipp. 1. sub finem, Ὅταν γὰρ ὑμεῖς, ἐξ ὧν ἂν ἀκέσητε, ὅ, τι ἂν τύχη ῥᾳδίως ψηφίζεσθε, τί καὶ χρὴ προσδοκᾷν; id est, *Cum vos ex iis modo, quae audieritis, quicquid in mentem venerit temere statuatis, quid tandem exspectandum vobis est?* — Ῥᾳδίως, *temere.*

XIV. Praeterea ῥᾳδίως, interdum est *facile admodum*, interdum vero *admodum* solum: ut apud Lysiam: Ἀγρὸν ταλάντε ῥᾳδίως ἄξιον. id est, *Agrum talento facile*, vel *admodum aestimandum.* — Ῥᾳδίως, *admodum.*

XV. Ῥᾳδίως ἔχω, idem quod *meliuscule*, vel *satis commode habeo*: ῥᾷον ἔχειν, *commodius habere.* — Ῥᾳδίως ἔχειν.

XVI. Notandum postremo etiam ῥᾴδιον, sequente, ἤ, *quam*, usurpari pro ῥᾷον, ut apud Plutarch. in Pompejo: Ὁ δὲ ῥᾴδιον οἰόμενος, αὐτὸ καταλύσειν τὴν δύναμιν πολεμῦντος, ἢ τὸ σῶμα λήψεσθαι φεύγοντος. *Ille autem ratus, sese facilius, ejus bellum gerentis copias profligare posse, quam fugientem comprehendere.* — Ῥᾴδιον ἤ, pro ῥᾷον.

65 Nota denique, ὐχ ὕτως, sequente in altero membro, ὡς, in distinctionibus frequentari, & denotari, *Non tam, quam.* Plut. in Cicerone pag. 864. Σπανίον εἴποτε πρὸ δυσμῶν ἡλίυ κατακλινόμενος, ΟΥ'Χ ΟΥ'ΤΩΣ διὰ ἀσχολίαν, ΩΣ διὰ τὸ σῶμα περὶ τὸν στόμαχον μοχθηρῶς διακείμενον. *Rarum si quando ante solis occasum accumberet, non tam propter occupationes; quam ob corpus stomachi imbecillitate laborans.*

# SECTIO XI.

## *De Adverbiis* πῶς, ὦ, *& iis, quibus approbamus aliquid, aut improbamus.*

## REGULA I.

Πῶς γάρ; Πῶς γάρ; & πῶς γὰρ ἄν; usurpantur ἐλλειπτικῶς, ubi aliquid ante negavimus: ut, Τῶν ἀριστευόντων οὐκ ἂν σύ ποτε γένοιο· πῶς γάρ; vel πῶς γὰρ ἄν; ὅ γε πρὸς ὀνττινοῦν προκαταπεπληχὼς κίνδυνον; *Nunquam ex strenuissimis futurus es: quomodo enim* (sup. *id fieri possit?*) *qui ad quodvis periculum animo concidas?*

Πῶς οὐ; *nonne?* II. Secundo, πῶς οὐ; in consequentia dictionis verti potest, *nonne?* aut *quis neget?* ut, Πῶς οὐκ ἀδικεῖς, τοῦτο ποιῶν; verbatim, *Quomodo non injuriosus es, hoc faciens?* id est, *nonne injustus es, dum hoc agis*[66]?

At in periodi vel membri clausula reddi potius debet, *quidni enim?* vel *quis enim hoc neget?* ut, Ἐκεῖνα μὲν ἄξια χάριτος καὶ ἐπαίνου κρίνω, πῶς γὰρ οὔ; *Illa quidem gratiarum actione, & laude digna esse judico: quidni enim?* vel *quis enim hoc neget?* tuncque, οὔ acuitur.

Πως, *certo modo.* III. Tertio, licet non interroget, accentum tamen retinet, cum significat *certo quodam & peculiari modo*; nam cum ἀδιαφόρως ponitur, pro *aliquo modo*, tunc encliticum est. Aristoteles ita saepe usurpat, ut Ethic. 2. ΟΥ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ' ὁ πῶς· id est, *Non reprehenditur, qui absolute irascitur, sed qui certo quodam modo.*

Quo sensu, πῶς μὲν, & πῶς δὲ, saepe opponuntur: Themistius de illis, qui Aristotelem putabant duplicem intellectum statuere, illorum ex opinione ait: Πῶς μὲν δύο φύσεις τούτους εἶναι τοὺς νοῦς, πῶς δὲ μίαν. id est, *Certo quodam modo duos illos intellectus, duas esse naturas, alio vero, tantum unam*; Licet eaedem particulae reddi quoque possint, *partim*, vel *interdum*, ut, πῇ μὲν, πῇ δέ. ὅτε μὲν, ὅτε δέ. ποτὲ μὲν, ποτὲ δέ[67].

Ali-

66 Ita Demosth. ep. 3. pag. 118. initio. Πῶς γὰρ οὐκ ἀτυχής, scilicet εἰμί; *Nonne infelix sum?*

67 Quatuor haec postrema per totidem orationis partes disponit Proclus in Platonis Theolog. lib. I. cap. 4. non longe

Aliquando certus ille modus, ἔμφασιν addit. Sic ille apud Aristophan. in Pluto, cum dixisset, Μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτυχες πώποτε· *Quippe nunquam modestum in hominem incidisti*, subjungit de se ipso, ἐγὼ δὲ τούτου τοῦ τρόπου πῶς εἰμ' ἀεί· *at ego, singulari quodam modo, iis semper moribus fui* [68].

IV. Ποῦ, interrogativum, proprie quidem est, *ubi*? Aliquando tamen sumitur, ἀντὶ τοῦ, πῶς; Ita Demosthen. pro Coron. Ποῦ δὲ παιδείας σοι θέμις μνησθῆναι; *Quomodo autem eruditionis tibi meminisse fas sit*? Ποῦ; *ubi*?

At που encliticum, est particula παραπληρωματικὴ [69], id est, *ornatus causa tantum adhibita*? eodem fere sensu, quo γε, δὴ, πως. Plena exemplis omnia.

V. Adverbium vocandi ὦ jungitur interdum cum pronomine οὗτος, eodem sensu, quo apud Latinos, *heus tu*, & apud Gallos, *un tel*: etiamsi verbatim sonent ista duo, *ô hic*. Imo quod magis mirum est, illud οὗτος sine adverbio vocandi ὦ, cum nominativo ejus, qui vocatur, eodem sensu conjungi solet. Plato initio convivii: Ὄπισθεν κατιδών με πόῤῥωθεν ἐκάλεσε· ὁ Φαληρεὺς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμενεῖς; id est; *Me à tergo conspicatus, vocavit a longe: heus tu, inquit, Phaleree Apollodore, non exspectabis* [70]? Ar-

longe ab initio. Φαίνεται γὰρ (sc. Plato) οὐ τὸν αὐτὸν πανταχοῦ τρόπον μετιὼν τὴν περὶ τῶν θείων διδασκαλίαν· ἀλλ' ὍΤΕ ΜΕ`Ν, θεαστικῶς· ὍΤΕ ΔΕ`, διαλεκτικῶς ἀνελίττων τὴν περὶ αὐτῶν ἀλήθειαν· καὶ ΠΟΤΕ` ΜΕ`Ν συμβολικῶς ἐξαγγέλλων τὰς ἀῤῥήτους αὐτῶν ἰδιότητας· ΠΟΤΕ` ΔΕ`, ἀπὸ τῶν εἰκόνων ἐπ' αὐτὰς ἀνατρέχων. *Videtur autem non eodem ubique modo doctrinam de rebus divinis persecutus esse, sed modo divino numine adflatus: modo dialectice earum veritatem explicasse: interdum etiam obscure enunciasse ineffabiles ipsarum proprietates: interdum, ab imaginibus ad ipsas recurrisse.*

68 Locus Aristophanis extat vs. 246. de quo vid. Devar. de Partic. in v. πῶς & Budaeum in Comment. pag. mih. 590.

69 Largiori, quam aequum est, harum particularum παραπληρωματικῶν imbre nos perfundunt Grammatici. Longum est omnia hic diligenter excutere. Quam minus sint παραπληρωματικαὶ, peculiari commentario, quem de doctrina particularum σὺν Θεῷ paro, animus est ostendere.

70 Eodem modo foemininum αὕτη solum, apud Aristoph. in Avib. vs. 1199, & 1243. Ἄκουσον αὕτη. *Audi, beus tu.* Quin etiam nonnunquam ipsum pronomen οὗτος abest, cujus

Arnobius amat hunc idiotismum, ut lib. 2. *Et tamen, ô isti, qui pollutas res nostras vitiorum criminamini foeditate.* Jungitur etiam ὦ cum voce ἐτάν, sed per aphaeresim ὦταν, vel ὦτᾶν, vel ὦ' τάν, ὦ' τᾶν, ut significetur, *amice*, *bone vir*, & alia id genus.

Πῶς γὰρ οὐχί; Θαυμαστῶς. Ναί, Ὀρθῶς. Οὕτως. Πάντως δήπου. Πάνυγε. Πάνυ μὲν οὖν. Πῶς δ' οὔ; Πῶς γὰρ οὔ; Σφόδρα γε. Τί μήν; ὑπερφυῶς δή. Ἀνάγκη. Ἔγωγε. Ἔμοιγε δοκεῖ. Εἰκός γε. Εἰκός τοι. Ἔοικε. Κινδυνεύει. Φαίνεται.

VI. Observanda quoque adverbia sunt, quibus fere in dialogis, ad probandum, quod ab alio dicitur, vel ad improbandum uti solent. Prioris generis sunt, Πῶς γὰρ οὐχί; *Quidni enim?* Quod tamen Plutarchus in Pompejo ironice usurpavit: Πῶς γὰρ οὐχὶ γενναῖα ἐνταῦθα (forte legendum ταῦτα) καὶ καλά. *Quis enim egregia haec & praeclara esse neget?* Θαυμαστῶς, *mirum quam id verum sit.* Ναί, *etiam, ita.* Ὀρθῶς, *praeclare.* Οὕτως, *ita est ut dicis.* Πάντως δήπου, *utique*, vel *omnino sane.* Πάνυγε, vel πάνυ μὲν οὖν.

Eodem sensu, πῶς δ' οὔ; vel πῶς γὰρ οὔ; *quidni enim?* vel, *qui enim aliter fieri posset?* Quomodo, aliis etiam adjunctis, usurpatur: Demosthen. pro Corona. [71] Συναγωνίζεσθαι Φιλίππῳ, δεινόν, ὦ γῆ καὶ θεοί! πῶς γὰρ οὔ, κατὰ τῆς πατρίδος· id est, *Philippo studere, indignum, ô terra, vosque o Superi, facinus: cui enim aliud videri possit, cum adversus patriam id fieret?* Σφόδρα γε, *equidem perlibenter*; vel, *& quidem admodum*, Τί μήν; *quidni enim?* vel, ut Plautus, *quippeni?* Ὑπερφυῶς δή, *majorem in modum probo*; vel *etiam, atque etiam probo.*

His adduntur aliae voces, quae adverbia non sunt: Ἀνάγκη. *prorsus necesse est:* Ἔγωγε, *equidem ita sentio:* Ἔμοιγε δοκεῖ, *mihi quidem ita videtur:* Εἰκός γε, vel εἰκός τοι, vel ἔοικε, vel κινδυνεύει, vel φαίνεται· quae omnia reddi possunt, *simile vero est*, vulgo, *il y a bien de l'apparence:* παντάπασι μὲν οὖν, idem quod πάνυ μὲν οὖν [72].

VII.

jus vice fungitur solus Articulus. Vide, quae notavi supra ad Cap. de Articulo praepositivo, reg. 7. Caeterum frequens est adverbii ὦ usus in blandis adlocutionibus, ubi Latini vel omnino omittunt, vel pro eodem utuntur pronomine *mi*. Qualia apud Platonem frequentia, ὦ μακάριε, ὦ φέριστε, ὦ φίλε Σώκρατες, ὦ 'γαθέ (pro ὦ ἀγαθέ,) ὦ φιλότης, ὦ δαιμόνιε. Pro, *Vir ornatissime, praestantissime. Mi Socrates: o bone: lepidum caput*; & similibus.

71 Pag. 333.

72 Ut pateat Graecorum copia in loquendo, in eundem sensum haec sequentia addo, sive adverbia, sive cujuslibet orationis partis vocabula. Talia sunt. Ἀληθῆ. *Verum.* Ἀληθέστατα. *Verissime.* Δηλαδή. *Manifesta*

Digitized by Google

VII. Alterius generis pauciora sunt, ac fere quae sequuntur, Καὶ πῶς; *quomodo enim id esse posset?* Οὐ γὰρ, & οὐ γὰρ οὖν, *nequaquam hercle:* Οὐδαμῶς *nullo plane modo:* Οὐ δῆτα, οὐ μὲν δὴ, *neutiquam sane:* Οὔκουν ἔγωγε, *ego vero, nequaquam.* Absolute autem οὔκουν est, *non igitur:* at οὐκοῦν, *igitur*, affirmando. Οὐκ ἔοικε, vel οὐ φαίνεται, *il n'y a pas d'apparence:* Πῶς γάρ; *quorsum enim?* vel, *qui enim id esse, vel fieri possit*[71]? Καὶ πῶς; Οὐ γάρ. Οὐ γὰρ οὖν. οὐδαμῶς. Οὐ δῆτα. Οὐ μὲν δή. Οὔκουν ἔγωγε. Οὔκουν. Οὐκοῦν. Οὐκ ἔοικε. Οὐ φαίνεται.

S E-

nifeste, *sane.* Plat. de Rep. l. III, pag. 387. Παντελῶς μὲν οὖν. Id. ibid. pag. 401. Πάντων μάλιστα. *Omnium maxime.* AElian. V. H. lib. I. cap. 34. Κομιδῆ μὲν οὖν, vel, Παντάπασιν μὲν οὖν. *Omnino sane.* Καὶ μάλα δή. *Et quidem maxime.* Μάλα γε, vel Μάλιστά γε. *Maxime.* Ναί, ἀληθῆ γε. *Nae, verum quidem.* Ὑπερφυῶς μὲν οὖν. *Egregie sane.* Ἔστι ταῦτα. *Ita est.* Καὶ γὰρ ἔστι τοῦτό γε. *Etenim hoc ita est.* Καὶ ὀρθῶς γε. *Et recte quidem.* Καὶ πάνυγε. *Et omnino quidem.* Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν. *Ita videtur res se habere.* Ἀνάγκη γὰρ οὖν. Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. II. pag. 39. Ἀνάγκη μὲν οὖν. *Necesse sane.* Ἀναγκαιότατον μὲν οὖν. *Maxime necessarium quidem.* Νὴ Δί' ἔγωγε. *Equidem per Jovem.* Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις. *Rectissime sane dicis.* Δηλονότι. *Scilicet.* Καὶ οὐδὲν γε κωλύει. *Nihil quidem obstat*, (sc. *quominus haec ita sint.*) Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτω φαίνεσθαι *Mihi verosimile hoc videtur.* Φημὶ ἐγώ. *Ego ajo.* Γὰρ οὖν. praecedente vocula aliqua. Aliquando Latinorum more repetitur praecedens vocabulum, quod non raro sequentem habet particulam γὰρ ut apud Plat. Theaet. ubi Socrate dicente: Τοῦτο μὲν τοίνυν ἐκείνων πρῶτον ἦν, ὧν ἔλεγον. *Illud quidem illorum, quae dicebam, primum erat:* subdit Theaetetus: Ἦν γάρ. *Erat utique.* Vel sequitur particula μέν τοι, ut apud eundem in Rep. lib. II, pag. 371. dicenti, Συχνῶν καὶ ἄλλων προσδεήσεται τῶν ἐπιστημόνων τῶν περὶ τὴν θάλασσαν ἐργασίας. *Multarum aliarum rerum peritos adesse necesse est in re nautica:* respondetur, συχνῶν μέν τοι *Multarum profecto.* Nonnunquam non quidem priora repetuntur, sed vocabulum additur, quod si sit adjectivum, praecedens substantivum intelligitur. Sic apud eundem in Parmen. Ἓν δὲ γιγνόμενον καὶ πολλὰ, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη διακρίνεσθαί τε καὶ συγκρίνεσθαι; Responsum est: Πολλήγε. sc. ἀνάγκη. *Quum autem fiat unum & multa, nonne discerni & componi necesse est? Maxime.*

73 His itidem adde: Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. *Per Jovem non ego.* Οὐδαμῶς ὁπωσοῦν. *Nullo plane modo.* Ου μὰ τὸν Δία· *Non per Jovem.* Οὔ μοι δοκεῖ. *Non mihi videtur.* Ἀδύνατον. *Impossibile.* Ἥκιστά γε. *Minime.* Οὐ πάνυ. *Non prorsus.* Οὐδ' ὁπωστιοῦν. *Nullo modo.* Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ.

νεῖ. *Per Jovem non mihi videtur.* Οὐκ ἂν ἔγωγε φαίην. *Ego non dixerim.* Μὰ Δία in responsione, sequente ἀλλὰ, vim habet negantis & corrigentis. Aristoph. in Avib. vs. 1422. Ubi roganti, *num recta Pelle non volare cogitaret?* respondetur: Μὰ Δία, ἀλλὰ κλητὴρ εἰμι νησιώτικος. *Non per Jovem, sed citator sum insulanus.* Similiter ibidem paulo inferius, Ὑπαὶ πτερύγων τι προσκαλεῖν σοφώτερον; *An cum alis sapientius est citare?* Resp. Μὰ Δί', ἀλλ' ἵν' οἱ λησταί γε μὴ λυπῶσι με. *Non per Jovem, sed ne latrones mihi negotium facessant.* Neque tamen μὰ δία per se negat, ut docet Budaeus pag. 490. sed suppressam negationem ex praecedentibus repetendam prodit. τὸ ἀλλὰ vis ἐναντιωτική.

# SECTIO XII.

## *De Adverbiis, quae praecipuam in negando vim ac suavitatem habent; ac nominatim de iis, in quibus μὴ praecedit.*

### REGULA I.

Οὐκ postpositum verbo.

Adverbium negativum aliquando verbo postponitur, licet constructio & Latinitas, ut praeponatur, exigat. Plato de Republ. 3. Δεῖ δέ γε οὐχ, ὡς ἄρτι ἡμῖν ὁ λόγος ἐσήμαινεν, pro οὐ δεῖ δέ: id est; *Non oportet autem, uti paulo ante à nobis dicebatur.* Demosthen. in Midiana, Ἔχει δὲ οὐχ οὕτω ταῦτα, οὐδ' ἐγγύς, pro, ταῦτα δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· id est, *Haec autem non eo se modo habent; ac ne ad eum quidem propius accedunt.* 74 De illo οὐδ' ἐγγύς, & simil. paulo post Sect. 13. reg. 18.

II.

74 Non infrequens hoc est, quando post οὐ finitur sententia, & verbum ex praecedentibus repetendum est, quod per particulam οὐ negatur, ut in fine Epicteti Enchir. Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ' οὔ. *Anytus & Melitus interficere me possunt, laedere vero non possunt.* Ubi non tam οὐ postponitur verbo βλάψαι, quam post οὐ intelligitur verbum δύναται. Et quid vetat in Platonis loco, qui est pag. 388. post δεῖ δέ γε οὐχ intelligere praecedentia, quae per particulam οὐ negantur? Agitur illic de poëtis, horrenda multa

Negationes plures.

II. Secundo, notandum eſt, plures negationes interdum vehementius negare: ut, Οὐδὲ μὴν ἔγωγε μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαιμι. *Neque ego id unquam fecerim:* quod Tullius ipſe cum alibi, tum etiam de Finibus 3. [75] imitatus eſt, dum ait; *Quanquam negent, nec virtutes, nec vitia creſcere:* quod Graece reddi poſſit, καί τοι οὔ φασι μηδὲ τὰς ἀρετὰς, μηδὲ τὰς κακίας αὐξάνεσθαι [76].

Aliquando tamen, licet rarius, more Latino affirmant. Demoſthen. Μὴ οὖν διὰ ταῦθ', ὧν ἡμᾶς οὕτως ἐξηπάτησε, μὴ δότω δίκην· id eſt, *Ne vero propterea nullas eorum, quibus nos*

ta de rebus, quae apud inferos fiunt, canentibus, & flentes heroas inducentibus; quae omnia alius rideat, alius infirmior πολλοὺς ἐπὶ σμικροῖς παθήμασι θρήνους ἂν ᾄδοι καὶ ὀδυρμούς. i. e. *ad quoslibet vel exiguos caſus multum lugeat & lamentetur.* Aſſentiente altero, ſic pergit prior: Δεῖ δέ γε οὐχ &c. ubi poſt τὸ οὐχ ſi intelligatur praecedens illud, θρήνους ᾄδειν καὶ ὀδυρμούς· non poſtponitur verbo δεῖ, ſed praeponitur verbo ᾄδειν. Demoſthenis verba ſunt pag. 389, lin. 30. Sed clarius adhuc exemplum deſidero, quo regula firmetur: nam, quatenus officium τοῦ οὐδὲ eſt copulare, junguntur οὐχ οὕτω & οὐδ' ἐγγύς, atque ita οὐχ pertinet magis ad adverbium, quam ad verbum.

75 Cap. 15.

76 Scite admodum quatuor negativa conjungit Plato in Parm. prope finem. Ὅτι τἄλλα τῶν μὴ ὄντων οὐδενὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχει. *Quoniam alia cum eorum, quae non ſunt, aliquo nullibi ullo modo aliquod commercium habent.* Eodem modo apud eundem in Phaedr. Ὄμνυμι γάρ σοι . . . . . . μηδέποτέ σοι ἕτερον λόγον μηδένα μηδενὸς μήτε ἐπιδείξειν, μήτε ἐξαγγελεῖν. *Juro enim tibi . . . . . . nunquam me cujuſquam tibi orationem, aut oſtenſurum eſſe, aut renunciaturum.* Et AEſchines in Timarch. pag. 173. lin. 37. Μηδὲ ἀρξάτω ἀρχὴν μηδεμίαν μηδέποτε, μήτε ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητὴν, μηδὲ κηρυκευσάτω, μηδὲ πρεσβευσάτω, μηδὲ τοὺς πρεσβεύσαντας κρινέτω, μηδὲ συκοφαντείτω μισθωθεὶς, μηδὲ γνώμην εἰπάτω μηδέποτε μήτε ἐν τῷ δήμῳ, μήτε ἐν τῇ βουλῇ, μηδ' ἂν δεινότατος ᾖ λέγειν Ἀθηναίων. *Neque ullum unquam magiſtratum gerito neque domi, neque foris, ſive per ſortem, ſive per ſuffragium deferri ſolitum, neque caduceatorem, neque legatum agito, neque legatione functos judicato, neque reum agito mercede conductus, neque unquam ſententiam dicito, neque ad populum, neque in ſenatu, neque ſi Athenienſium eloquentiſſimus ſit.* Ubi modo quatuor, modo tres negationes conjunguntur, quae omnes vehementiſſime negant.

77 Ne-

*nos decepit*, *poenas persolvat:* id est, *aliquas persolvere debet.*

Negatio cum interrogatione affirmat.

III. Tertio, negationem, etiam cum interrogatione, ut plurimum affirmare. Xenophon in Agesilao. Τό δέ γε μὴν πῶς οὐ σαφῶς πρὸς τὸ γενναῖον ἔγνω; id est, *Quis porro non videat, hoc eum generosa prorsus animi inductione sensisse?* verbatim, *Hoc autem quomodo non aperte secundum fortitudinem sensit* [77]?

Μὴ οὐ, *quin*, *nisi*.

IV. Μὴ οὐ, μὴ οὐκ, & μὴ οὐχὶ, sequente participio, redduntur, *quin*, vel *nisi:* ut, οὐκ ἂν ἀξιόπιστος εἴην τοῦτο λέγων, μὴ οὐχὶ πρότερον ἀληθευσάμενος· id est, *dignus non essem, cui hac in re fides haberetur, nisi jam ante vera dixissem.*

Μὴ οὐχὶ καὶ, *quin*.

V. Additur etiam καὶ, post οὐ, vel οὐχί· ut, οὐ γὰρ ἂν Ἕκτωρ ἀνῃρέθη, μὴ οὐχὶ καὶ Τροίας αὐτῷ συμπεσούσης. *Nec enim Hector interfici poterat, quin Troja simul cum eo rueret.* Tullius saepe dicit, *ut non*, pro *quin*.

Μὴ οὐ, cum infinitivo.

VI. Interdum infinitivo jungitur: ut, οὐδαμῶς ἐνδέχεται τὸν διηνεκῶς φιλοπονοῦντα, μὴ οὐ καὶ παιδείας ἐπιτυχεῖν, *fieri nullo modo potest, quin eruditionis compos fiat, qui assidue in labore versatur.* Atque haec constructio saepe [78] obscuritatem

77 Negativam quoque vim amittit adverbium οὐ cum futuro constructum interrogative, redditurque vel, *Quin*, vel per imperativum. Plutarch. in Apophth. pag. 180. prop. fin. Οὐκ ἀπάξεις εὐθὺς ἐκ τοῦ συμποσίου τὴν γυναῖκα; *Non educes?* i. e. *Educ*, vel, *Quin educis statim e convivio mulierem?* Cum indicativo hoc modo adverbium negandi construit Ter. Eun, IV, 7, 29. *Non tu hinc abis?*

78 *Saepe*, at non *semper*, ut ex modo allato exemplo patet. Caeterum infinitivus ἐπιτυχεῖν, praecedente μὴ οὐ, referri debet ad verbum ἐνδέχεται, quod cum accusativo & infinitivo construitur, servatoque verborum ordine totidem verbis Latine dixeris: *Minime fieri potest, ut, qui assidue in labore versatur, non etiam eruditionis compos fiat.* Quin etiam, si quis hic praemittat ἐφ' ὅτῳ, vel phrasim resolvat in ἢν μὴ, vel mutet infinitivum in participium, sententia obscurior reddetur. Similem sensum nonnunquam simplex μὴ efficit. Ita obscura horum verborum Latina est ad verbum interpretatio, quae extant apud Plut. in vit. Cic. pag. 882. non procul a fine. Ἐνδεῖν δὲ τῆς ἐκείνου παρουσίας τὰ πράγματα, μὴ τὴν ἀρίστην ἔχειν διάθεσιν. *Carere autem ejus praesentia res, quin*, vel *quominus optimam habeant constitutionem.* sensus est: *Neque aliud quidpiam ad optimam rerum conditionem deesse, praeter ipsius prae-*

tem affert, quae tamen tolletur, si praemittamus particulis negantibus, ἐφ' ὅτῳ, vel si phrasim resolvamus per ἐὰν μὴ, id est, *nisi*, & subjunctivum aut optativum: vel denique mutemus infinitivum in participium. Synesius ad Euoptium. Νόμους Ἀδραστείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδάσασθαι τῷ χαρισαμένῳ τὸ πολλαπλάσιον· id est, *Divinae justitiae leges verebitur, nisi partem quaestus aliquam in eum derivarit, à quo tanto plura perceperit.* Locus erit clarior, si legas, ἐφ' ὅτῳ μὴ οὐχὶ ἀποδάσαιτο, vel μὴ οὐχὶ ἀποδασάμενος.

VII. Μὴ & οὐκ, ante verba quaedam, ita construi debent, quasi sequerentur. Verba illa fere sunt, λέγω, φημὶ, φάσκω, προσποιοῦμαι, ἀξιῶ, δικαιῶ· ut, οὔ φημί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ ἐχόμενον εὐθυπορεῖν· pro φημὶ οὐ. id est, *Nego te hac via posse recta progredi.* Μὴ & οὐκ.

Sic in προσποιοῦμαι apud AEschinem in Ctesiphontem. Ἐὰν δὲ μὴ προσποιῆται ὑμᾶς ἀκούειν, pro ἐὰν προσποιῆται μὴ, id est, *sin autem vos audire se dissimulabit.* Gallice commode, *que s'il ne fait pas semblant de vous entendre.* Interdum vero, μὴ προσποιεῖσθαι, absolute ac per se solum, pro *dissimulare*; Gallice: *n'en faire aucune semblant.* Ita Thucydides: Δεῖ δὲ εἰ ἠδίκηνται μὴ προσποιεῖσθαι. id est, *Ut illi nos injuriis affecerint, dissimulandum tamen est.*

VIII.

*praesentiam.* At omnis obscuritas evanescet plane, si dicamus, totam hanc infinitivam orationem esse nominativum, sive, quoniam oratio est obliqua, accusativum, & ita verba construamus, distinctiuncula prorsus submota: Τὰ πράγματα vel τὸ τὰ πράγματα μὴ τὴν ἀρίστην ἔχειν διάθεσιν ἐνδεῖν τῆς ἐκείνου παρουσίας. Verbatim: *Quod res non satis recte se habent, est, quod ejus praesentiae indigeant*; Vel si infinitivum in participium mutemus, hoc modo: Τὰ πράγματα μὴ τὴν ἀρίστην ἔχοντα διάθεσιν ἐνδεῖν τῆς ἐκείνου παρουσίας. Clariora illa Sophoclis in Electr. vs. 136.

- - - Οὐδὲ θέλω προλιπεῖν τόγε,
ΜΗ' ΟΥ' τὸν ἐμὸν στοναχεῖν πατέρ' ἄθλιον.

*Neque hoc praetermittere volo,*
*Quin meum lugeam patrem miserum.*

Participium infinitivo jungit Aristides post simplex μὴ Vide sis Orat. in Romam pag. 347. Ὥσπερ τις ἀνὴρ πολὺ νικῶν τοὺς ἄλλους μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ οὐκ ἀγαπᾷ, ΜΗ' ΚΑΙ' ἄλλους ὑπὲρ αὐτὸν ἈΡΑ'ΜΕΝΟΣ ΦΕ'ΡΕΙΝ *Quemadmodum vir aliquis corporis magnitudine ac robore longe supra alios eminens, non contentus est, nisi & alios in se sublatos ferat.*

Οὐκ ἀξιῶ. VIII. Sic verbum ἀξιῶ usurpatur: nam οὐκ ἀξιῶ μή, *cupio*, *volo*, *aequum censeo*, *ne*, vel *indignum censeo ut*. Demosthen. Ὑμᾶς, ὦ στρατιῶται, συνεκάλεσα, οὐκ ἀξιῶν τὰ μὴ δεινὰ ἐν ὀῤῥωδίᾳ ἔχειν.[79] id est, *Vos ego milites convenire jussi, quod indignum censerem, vos ubi nihil gravius subesset, timere.* Hic οὐκ ἀξιῶν, pro ἀξιῶν οὐκ. Sic apud Poëtas, ἀνώγω, *jubeo*, passim construitur. Iliad. ρ. vers. 357.

Οὔτε τιν' ἐξοπίσω νεκροῦ χάζεσθ' ἀνώγει, pro ἀνώγει δὲ οὔτινα. id est, *Jubebat, ne quis a cadavere recederet*[80].

Μὴ γάρ γε, μὴ γὰρ δή. IX. Μὴ γάρ γε, & μὴ γὰρ δή, id est, *absit enim*, ut, Τοὺς εὐσταθεῖς προαιρέσεις τὰ βέλτιστα ὁ Δαίμων οὐκ ἀφαιρήσεται· μὴ γὰρ δὴ καὶ τῆς γνώμης ἡμῶν κατισχύσειεν. *Fortuna viris fortibus rerum optimarum nunquam optionem eripiet: absit enim ut nostra sit voluntate potentior.* Ita Demosthen. pro Coron. Τίς οὐχὶ κατέπτυσεν ἄν σου; μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε, μηδ' ἐμοῦ. id est, *Quis te non exsecratus esset: absit enim, ut id, vel in rempubl. vel in me ominari velim:* cui orationi deest, καταπτύσαι ἂν φήσαιμι.

Μὴ δῆτα. X. Eodem fere sensu, μὴ δῆτα. Synesius, Μὴ δῆτα, ὦ πάντων ἐμοὶ προσφιλέστατε. *Absit vero, o mihi mortalium omnium suavissime.* Quod etiam in fine periodi absolute ponitur: ut, Οὐκ ἄν ποτε πατροδοθεῖσαν καταισχύναιμι τὴν εὐδοξίαν, μὴ δῆτα. *Nunquam fama a majoribus accepta per me obsolescet; absit enim:* vel, *Superi meliora*[81].

Μήτι, μήτιγε, &c. nedum. XI. Μήτι, μήτιγε, μήτι δή, μήτιγε δή[82], οὔτοι γε, οὔτοιγε δή,

79 Negatio, praemissa verbo, cui debet, quicquam hic novi adferre, non video. Et in sequenti Homeri loco non jungitur verbo ἀνώγει, sed particulae τινά, ut sit sensus: *Mandata dedit*, (affirmative) *ne quis* &c.

80 Negativum μή in Antithetis supprimit vocem praecedentem, quae tamen subaudienda, & in Latina versione exprimenda est. Ita Plat. Phaedr. pag. 228. lin. 34. Ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρῶντος, ἢ τὰ τοῦ μὴ scil. ἐρῶντος. *Dicebat, differre habitum amantis ab habitu non; scil. amantis:* & ibid. pag. 258. lin. 35. Τίς ἂν ὁ τρόπος τοῦ καλῶς τε καὶ μή, γράφειν; *Quae igitur est ratio bene, & non* (subaudi, *bene*) *scribendi?*

81 Habet aliquid ἐμφατικώτερον, si pronomen sententiam finiat. Ita Aristides pro Quatuorviris, pag. 432. Μηδέ γ' ἐλάττους φῶμεν αὐτοὺς τῶν ἀντιπάλων γενέσθαι· μὴ δῆτα ἡμεῖς γε. *Neque eos suis adversariis fuisse inferiores dicamus. Absit enim.*

82 Plat. ad Dionem. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ὁρῶ τοὺς ἀγωνιστὰς ὑπὸ τῶν παίδων παροξυνομένους, μήτι δὴ ὑπό γε τῶν φίλων.

Ubi

Digitized by Google

δὴ, μὴ ὅτι, μηότι, μὴ ὅτι γε, μὴ ὅτι δὴ, μήτοιγε, vel μήτοιγε δὴ [83], significant ne dum, vel *non solum non*. Plato in Epistola ad Dionysium, Ἐγὼ οὐδὲ ἀνθρώπῳ, μὴ ὅτι δὴ Θεῷ, παρακελευσάμην ἂν δρᾶν τοῦτο. id est, *Ego ne hominem quidem id facere juberem, nedum Deum aliquem*. Cicero, *quo minus*, ait lib. de Fato [84].

S E-

Ubi γε post interjectam voculam sequitur. *Ego etiam in theatris video, qui certant, a pueris exacui, nedum ab amicis.* At μήτι γε δὴ, apud Demosthenem Olynth. 2. Μηότι, sive μὴ ὅτι, apud Aristid. pro Quatuorviris, pag. 429. Cujus longiorem sententiam brevitatis caussa contraham. *Tantum aberat*, inquit, *ut exercitum totum numerarent*, ὥστ' οὐδὲ ὁπόσοι τινὲς αὐτοῖς εἶεν οἱ βασιλεῖς, ἔμελλον εἰδήσειν, μὴ ὅτι τὴν στρατιάν. *Ut neque quot reges haberent, invenire possent, nedum exercitum numerare.*

83 Ita ibidem, pag. 368. Ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἄλλον τινὰ ἠξίουν ἂν ταῦτα ὀνειδίζειν, ΜΗ'ΤΟΙΓΕ ΔΗ' Πλάτωνα. *Ego vero a quovis haec objicienda non censeo, nedum a Platone.* Ubi μὴ ὅτι praecedit, sequens membrum inchoat particula ἀλλά· quem sensum Latini exprimunt: *Non dicam, sed* &c. E. G. Ita verba Aeschinis contra Ctesiph. p. 298. Σὺ γὰρ ἂν προσέλθοις ΜΗ' 'ΟΤΙ πρὸς πόλιν, 'ΑΛΛΑ' πρὸς οἰκίαν, ὅπου κίνδυνος πρόσεστιν; sic commode reddas; *Tu enim, non dicam ad urbem, sed ad domum, ubi periculum est, accederes?*

Componitur idem adverbium cum particula ποτὲ, ut fiat μήποτε, vocula tironibus saepissime crucem figens, cum significat *fortasse*, vel *si quando*. 2 Timoth. 2, 25. Μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. *Fortasse*, vel etiam, *si quando Deus illis dederit resipiscentiam ad cognitionem veritatis.*

84 Cap. 14. *Ita ne praeterita quidem ea, quorum nulla signa, tanquam vestigia, extarent, Apollini nota esse censebat: quo minus futura.*

 85 No

# SECTIO XIII.

*De Adverbiis οὐ, vel οὐκ, & particulis cum iis conjunctis.*

## REGULA. I.

Οὐκ in fine periodi.

Οὐκ [85] aliquando in fine periodi, aut vehementioris negationis, aut ornatus caussa ponitur.

Primo, cum accentu, absolute atque indefinite: ut ΟΥ'κ ἄν ποτε τοῦτο ποιήσαιμι, οὐχ οὕτω μαίνομαι, οὔκ. *Nunquam id faciam, nec enim tantum insanio* [86]: qui idiotismus Gallorum maxime proprius est; dicunt enim, *je ne suis pas si fol, non* [87].

II.

85 Notandum est, hoc adverbium non tantum nominibus adjectivis, verbis, participiis & aliis adverbiis, verum etiam substantivis praemitti. Thucyd. lib. III. cap. 95. Ὡς οὐ προσεδέξαντο διὰ τῆς Λευκάδος τὴν ΟΥ' ΠΕΡΙΤΕΙ'ΧΙΣΙΝ. Ad verbum: *Cum illi hoc non admisissent ob Leucadis non circummunitionem.* i. e. *quia non circummunita erat.* Ut Schol. expl. διότι οὐ περιετειχίσθη. Addatur Lucian. in libro, qui, Verarum historiarum mentitur titulum, primo. Αἰτία δὲ τοῦ πολέμου ἔμελλεν ἔσεσθαι τοῦ φόρου Ἡ ΟΥ'Κ ἈΠΟ'ΔΟΣΙΣ. *Caussa belli futura erat tributi non redditio.* i. e. *quod tributa non solverentur.* Vide Clariss. Dukerum ad Thucyd. lib. I, cap. 37. Latinis hoc vix concessum est per Hyphen: ut, *Non-bomo; uxor non-mater. non-virgo* &c.

86 Exemplum exhibet Plato in Hipp. maj. pag. 292. lin. 14. Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Ἱππία· οὔκ. *Non mibi videtur o Hippia. Nequaquam.* Rectius etiam postponitur, cum diversa duo inter se relative opponuntur, ut: Ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύνανται, βλάψαι δ' οὔ. *Me autem Anytus & Melitus interficere quidem possunt, sed laedere neutiquam.* Ubi, βλάψαι δ' οὔ, multo melius quam, οὐ δὲ βλάψαι.

87 Non absimili plane ratione Latini voculam, *Non* vel negationi vel interrogationi subjungunt. Negationi quidem apud Terent. in Andr. 4. 2, vs. 12.

*Per omnes tibi adjuro Deos, nunquam eam me desertu-rum,*
*NON, si capiundos mibi sciam esse inimicos omnes homi-nes.*

Inter-

igitized by Google

II. Secundo, οὐ γὰρ, saepissime interrogat, significatque, *nonne?* Plato 6. de Republ. ΟΥ' γὰρ ταῦτα μέγιστά ἐστιν; ἀλλ' ἔτι τι μεῖζον; id est, *Nonne haec maxima vere sunt? An aliquid majus esse potest?* Quo modo saepe indignationi servit. Lucianus: ΟΥ' γὰρ ἐχρῆν γέροντα ἄνδρα ἀπελθεῖν τοῦ βίου, παραχωρήσαντα τοῖς νέοις; id est, *Quid malum? nonne oportebat hominem senio confectum ex vita discedere, locoque junioribus cedere?* οὐ γὰρ, nonne?

III. Alias οὐ γὰρ, sine interrogatione, initio periodi, sequentibus, μὲν & δὲ, in diversis membris, orationem efficit Latinis auribus parum usitatam, quaeque satis explicari non possit, nisi posterius membrum ante prius exponatur, idque additis aliquot vocibus. Demosthen. pro Corona insigne exemplum suppeditat. Οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμὲ· ἐμὲ δὲ εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν αὐτὸς [88], οὐκ ἂν ἐγράψατο. Ad verb. *Non enim videlicet Ctesiphontem quidem propter me accusare potest: me autem, si quidem convincere se posse putavisset, non accusasset.* Quae oratio sic ordinari supplerique potest, *Nec enim profecto credibile est, ab eo me ipsum accusatum non iri, si convincere posse credidisset, qui nunc odio mei Ctesiphontem accuset* [89].

Interrogationi vero apud Virg. Lib. AEn. 2. vs. 577. & seqq. De Helena sunt verba AEneae.

*Scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenas*
*Adspiciet? partoque ibit regina triumpho?*
*Conjugiumque, domumque, patres, natosque videbit,*
*Iliadum turba & Phrygiis comitata ministris?*
*Occiderit ferro Priamus? Troja arserit igni?*
*Dardanium toties sudarit sanguine litus?*
*NON ITA.*

88 Pro αὐτὸς legendum αὐτὸν, ut habent editiones Aureliensis & Basiliensis. Locus, quantum video, ab interprete, non satis intellectus, est pag. 314, lin. 46. In eo est Orator, ut AEschinis privata in se maledicta neque vera esse, neque ad caussam Ctesiphontis facere ostendat. Si enim vera essent, esse leges, judices, supplicia, quibus condemnari legitime potuisset. Mox addit, Οὐ γὰρ δήπου &c. quorum verborum mens est: *Non enim utique Ctesiphontem judicio potest persequi propter me*, i. e. propter mea crimina. *neque, si illum convinci posse credidisset, me accusavisset.* Reprehendit nempe AEschinem, quod, cum argumenta contra Ctesiphontem satis firma desint, fictis criminationibus defensorem in odium atque invidiam apud judices rapere studeat.

89 Interdum citra interrogationem ἐμφατικῶς praecedentem



IV.

Οὐ γὰρ ἀλλά. IV. Tertio, οὐ γὰρ ἀλλὰ, apud Atticos, affirmat, idemque eſt, quod καὶ γὰρ, *etenim* [c]. Ariſtophanes in Ranis vſ. 58. Μὴ σκῶπτέ με, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς. *Ne me irrideas, male ſiquidem habeo.*

Οὐ γάρ τοι ἀλλά. V. Quarto, οὐ γάρ τοι ἀλλὰ eodem fere ſenſu dicitur, addito etiam, γε, poſt aliam vocem. Plato in Euthydemo. Οὐ γάρ τοι ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμάζω· id eſt, *Quippe, hoc enim dictum* [91], *ut ſaepe jam & a multis audierim, mihi tamen ſemper mirum videtur.* Reddi etiam aliquando poteſt *enimvero.*

Οὐ γὰρ ἄν. VI. Quinto, οὐ γὰρ ἂν, id eſt, *alioqui non:* ut, τῆς γὰρ αὐτοῦ βοηθείας ἔτυχες, οὐ γὰρ ἂν τοσοῦτον προὐχώρησας, id eſt, *Ejus auxilio uſus es; alioqui tamen* [92] *perficere non potuiſſes.* Lucianus in Timone, Ἦπου φιλόσοφός ἐστιν, οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἀσεβεῖς τοὺς λόγους διεξῄει καθ' ἡμῶν· id eſt, *Utique Philoſophus eſt, alioqui nunquam tam impiis adverſum nos verbis uteretur.* Demoſthenes eodem modo uſurpat, οὐδὲν γὰρ ἂν, pro Coron. Οὐδὲν γὰρ ἦν ἂν εὐδαιμονέστερον προδότου. *Alioqui nihil proditore felicius.*

VII. Additur interdum ποτὲ, Plato Reipubl. 5. Οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐτόλμων τήν τροφόν τε καὶ μητέρα κείρειν. *Nunquam enim alioqui nutricem matremque tondere*, id eſt, *diripere auſi eſſent.*

Οὐ γὰρ ἄν πω. VIII. Οὐ γὰρ ἄν πω ſignificant *abſit enim* [93]. Plato in Sympoſio. Ὅπως ἂν φαίνηται κάλλιστος τοῖς μὴ γιγνώσκουσι· οὐ γὰρ ἄν πω τοῖς γε εἰδόσιν· *Ut videlicet iis, qui minus hominem norunt, optimus appareat: abſit enim, ut iis qui norunt:* ſupple, *talis videatur.*

IX.

tem negationem confirmat. Ita apud Lucian. in Dial. Mort. Mauſolo cum indignatione roganti, eſſentne Diogenes & Mauſolus in pari honore? reſpondet Diogenes: Οὐκ ἰσότιμοι, ὦ γενναιότατε, οὐ γάρ. *Non in pari honore, o generoſe; nequaquam.* Locus Demoſthenis extat pag. m. 314.

90 Ita etiam Budaeus pag. 495. num ſatis recte, viderit uterque. Hac de re commodior fortaſſis alias dicendi dabitur locus.

91 Verte *hoc ſaltem dictum.* i. e. *ſi quod aliud unquam, hoc certe.* ea enim vis eſt particulae γέ.

92 Editiones aliae hanc lectionem confirmant: non dubito tamen, quin ſcripſerit Auctor *tantum.*

93 Sive, *neutiquam enim.* Vocula ἂν, praecedente οὐ, notat, hoc vel illud *fieri omnino non poſſe.*

94 Pag.

Digitized by Google

IX. Οὔμενουν, unica voce, accentu in antepenultima, tribus praecipue modis usurpatur. Primo, pro, *Atqui non.* Demosthen. pro Coron. [94] ΟΥ'μενουν ἦν εἰπεῖν ἑτέρῳ. *Atqui alii tum nemini vacuus erat ad dicendum locus.* Verti etiam posset, *& tamen non.* Ουμενουν.

Secundo, pro *non utique, non sane:* ut, οὐχ ἑταῖρος οὗτός ἐστιν ὁ ἡμέτερος; οὔμενουν ἄλλος [95]. *Numquid socius iste noster est? profecto, non alius.* Quo modo eleganter includitur parenthesi. S. Gregor. Nazianz. de S. Basilio; Πάντα γὰρ τοῦ ἀνδρὸς θαυμάζω (οὔμενουν ὁπόσον εἰπεῖν δυνατόν·) *Nam cum in omnibus virum hunc admiror, (quantum profecto dici non possit.)*

X. Tertio, sumitur pro οὐ μέν τοιγε, vel οὐ μὴν, id est, *veruntamen non, neque tamen.* Ita Pausanias de incendio, quod in Praxitelis officinam incubuerat; tum enim servus casum hunc nuncians, addebat, οὔμενουν πάντα γε ἀφανισθῆναι, id est, *neque tamen consumpta esse omnia.*

XI. Οὐ μὴν, *neque vero, neque tamen.* οὐ μὴν οὐδὲ, vel οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ, *verum enimvero non,* aut *ne:* at οὐ μὴν ἀλλὰ, vel οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ, *verum enimvero,* affirmando, in periodorum initiis. Exempla passim [96].

XII.

94 Pag. 333, lin. 25. citatus locus a Budaeo pag. 486. & a Devario in P. Μὲν οὖν.

95 Verba, paucis mutatis, ex Luciano depromta apud Bud. & Devar. l. c. Luciani verba sunt: Ὁ Θρασυκλῆς, ὁ φιλόσοφος, οὗτός ἐστιν; οὔμενουν ἄλλος.

96 Utcunque οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ, vel frequentius, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ, *veruntamen* vere redditur, suam quodque vocabulum significationem habere, cuivis, adtendat modo, palam est. Verbatim ita reddenda sunt: *Non tamen, sed etiam.* Priora negant, posteriora ponunt aliquid diversum, & post οὐ μὴν vel praecedentia subaudiuntur, vel aliud quid e re nata intelligitur. Adparet etiam ἐπανορθώσεως species, qua vel praecedentia corriguntur, vel iis aliquid additur, praesertim cum sequitur καὶ post ἀλλά. Clarum est illud Dionis lib. XLII, pag. 205. Οὕτω μὲν τὴν Αἴγυπτον ὁ Καῖσαρ ἐχειρώσατο. ΟΥ'ΜΕ'ΝΤΟΙ ΚΑΙ' ἀλλὰ τῇ Κλεοπάτρᾳ, ἧσπερ ἕνεκα καὶ ἐπεπολεμήκει, ἐχαρίσατο. *Atque ita quidem Aegyptum subegit Caesar, verumtamen Cleopatrae, cujus gratia bellum moverat, indulsit.* Q. d. Non omnino AEgyptum subegisse, quippe quem a Cleopatra subactum ipsi regnum detulisse. Clarius illud Plutarchi in libro De sui laude: ubi postquam tres praecipue erant rationes allatae, quare quis se ipsum laudare non debeat, sub-

 dit

οὐχ ἥκιστα.

XII. οὐχ ἥκιστα, *non minime*, saepe apud Atticos sumitur, ὑποκοριστικῶς, pro μάλιστα, *maxime* [97]: quemadmodum, οὐχ ἧττον, *non minus*, pro λίαν ἄγαν, id est, *valde*.

XIII. Οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως, vel μὴ ὅτι, μὴ ὅπως, μονονοὺ, μονονουχὶ, saepe significant *non solum*, vel *non solum non* [98]: utrum

dit Οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἔστιν ἡ παρὰ τὰ συνδιάσειεν ἂν ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ ἅψασθαι τῆς κεκλημένης περιαυτολογίας. *Veruntamen, licet haec ita sese habeant, est ubi viro civili audendum est de propria laude aliquid dicere.* Ubi voculae οὐ μὴν praecedentes rationes, ut ut probabiles, infirmant, utpote non semper veras; & post μὴν intelliguntur, ταῦτα ἀεὶ ἐστιν ἀληθῆ, vel simile quid. Conjunctio autem ἀλλὰ diversum quid ponit, & ostendit, dari aliquando occasiones, in quibus viro civili convenit se ipsum laudare. Caeterarum hujusmodi particularum similis ratio est. Sic, οὐ μὴν οὐδ' εἰ, commode redditur, *Licet*, *Quamvis*. Isocrat. Paneg. pag. 134. ΟΥ' ΜΗ'Ν ΟΥ' Δ' ΕΙ' συναγορεύουσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐδ' ὡς ὀρθῶς περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως γινώσκουσιν. *Etsi autem ea, quae a me dicta sunt, affirmant, tamen ne sic quidem recte de ejus potentia judicant.* Est & ubi simplex conjunctio *sed* Graece effertur per οὐ μὴν ἀλλὰ· V. G. si dicas: *Sed de his suo loco commodius dicemus.* Graece: ΟΥ' ΜΗ'Ν 'ΑΛΛΑ' περὶ τούτων οἰκειότερος ἔσται τοῦ λόγου τόπος. Q. d. *Non tamen* [*de his nunc loquemur,*] *sed commodior de his erit dicendi locus.* Quae manifesta est ἐπανόρθωσις se ipsum corrigentis, quasi non satis opportune de hac vel illa re mentionem injecerit: ita resolvuntur. Καὶ τί γὰρ πολλὰ περὶ τούτων ἂν λέγοιμι, οἰκειότερος τοῦ λόγου τόπος ἔσται. Simile quid in superiori, οὐ γὰρ ἀλλὰ, dictum puta.

97 Exemplum habet Plut. in Vit. Cic. pag. 865. lin. 40. Ὁ δ' ὑπέστη προθύμως, οὐχ ἥκιστα διὰ Πομπήιον ἀπόντα. *Quod alacriter suscepit, maxime ob Pompejum absentem.*

98 Sic Thucydides, lib. 2. cap. 97. Ταύτῃ δὲ ἀδύνατα ἐξισοῦσθαι οὐχ ὅτι τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνος ἕν. &c. *Huic* (sc. *Scytharum potentiae*) *nulla gens, non modo in Europa, verum etiam in Asia adaequari potest.* Similiter Xenophon Cyropaed. lib. 1. c. 13. Μὴ ὅπως ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ, ἀλλ' οὐδ' ὀρθοῦσθαι ἐδύνασθε. *Non solum non ad numerum saltare, sed ne recti quidem stare potuistis.* Adde Aristid. orat. pro Quatuorviris pag. 230. Καὶ τὸ δὴ πάντων ἔσχατον καὶ μέγιστον ἀκοῦσαι, μὴ ὅτι μιμήσασθαι· *Quod sane postremum & maximum est, quod quis audire, non solum non imitari possit.* Pro iisdem etiam dici-

Digitized by Google

trum vero tali vel tali loco, ex antecedentibus & consequentibus intelligi poterit. Sic apud Ciceronem, *non modo*, utrumque significat [99].

XIV. Οὐχ ὁρᾷς; verbatim, *non vides?* fere apud Oratores parenthesi includitur, & cum interrogatione conjunctum ironice usurpatur pro οἶμαι, *videlicet*, *nimirum*. Demosthen. pro Corona in Aeschinem genus suum despicientem, Ἀγαθῇ δὲ, inquit, (οὐχ ὁρᾷς;) τύχῃ συμβεβιωκὼς, τῆς ἐμῆς ὡς φαύλης κατηγορεῖς. id est, *Egregia scilicet vitae fortuna usus, meam ut humilem obscuramque traducis.* Οὐχ ὁρᾷς;

Ibid. AEschini verbum, quod sibi exciderat, irridenti, Πάνυ γὰρ, inquit, παρὰ τοῦτο (οὐχ ὁρᾷς;) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ· i. e. *In hoc enim, videlicet, positae erant fortunae Graeciae, quod hanc, non illam vocem usurparem.* Galli hunc idiotismum egregie repraesentant: *ne voyez vous pas?* nisi quod verba illa parenthesi non includunt, sed orationis initio collocant: v. c. *ne voyez vous pas comme il tremble?* de homine admodum securo, μάλα γὰρ, (οὐχ ὁρᾷς;) τρέμων κατέχεται.

XV. Οὐδὲ, per se solum, reddi saepe debet, *ne quidem:* barbarus enim esset, qui diceret οὐ μέν. Demosthen. pro Corona, Οὗτοι δὲ, οὐδὲ γράψαντος ἐμοῦ, ταῦτα ποιεῖν ἠθέλησαν, i. e. *At isti, ne decreto quidem per me edito, haec facere voluerunt.* Idem Olynth. I Οἱ μὴ χρησάμενοι τοῖς καιροῖς ὀρθῶς, οὐδ' εἰ συνέβη τι παρὰ τῶν Θεῶν χρηστὸν, μνημονεύουσι. id est, *Qui occasionibus bene usi non sunt: ii ne si quidem a Diis bonum aliquod acceperint, meminerunt.* Οὐδὲ, ne quidem.

Dicitur etiam μηδέ. Demosthenes pro Corona. Εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον, οἷον οὗτος ἠτιᾶτο, μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε, μηδ' εἰ πάντα τὰ κοινὰ ὑπέρευ πεπολίτευμαι: ubi utrumque μηδὲ, *nequidem*, reddi debet; sic, *Me si talem esse nostis, qualem iste criminabatur, ne vocem quidem meam auditote: ne si quidem,*

dicitur, οὐχ ὡς, μὴ ὡς, οὐχ οἷον, ἥκιστα γε κ. Singula exemplo confirmare longum est. Conferantur Arrian. lib. III, pag. 142. Athenaeus lib. XI, pag. 505. Paul. ad Philipp. II, 12. Ubi etiam μόνον additur.

99 Vide lib. 2. de Off. cap. 13. *Quia NON MODO invidetur illi aetati, verum etiam favetur.* Adde Justin. lib. 2. cap. 1. *Ita ut NON MODO primae [terrae] generare homines, sed ne advenas quidem recipere ac tueri possent.* Pro, *Non modo non.*

*dem*, vel, *ut etiam in publicis omnibus negotiis summa fuerim cum laude versatus* [1].

Μηδὲ, vel οὐδὲ ἂν. XVI. Μηδὲ, & οὐδὲ, sequentibus ἂν εἴ τι, vel ὁτιοῦν γένοιτο, vel γένηται, vel ποιῇ vel simili, nonnihil orationem intricatam efficiunt, ac fere construenda sunt cum verbo aut participio, voces illas consequente. Nazianz. 2. in Julian. Ὡς οὐδ᾽ ἂν ὁτιοῦν γένηται, περισώσοντος ἐκ τῆς αὐτοῦ δυναστείας πόλιν· id est, *Utpote qui urbem ab ejus potestate vindicaturus non esset, quicquid demum eveniret.* Quae oratio ita construenda est, ὡς οὐδὲ περισώσοντος, &c. ὁτιοῦν ἂν γένηται· non autem, quod ista omnia, οὐδ᾽ ἂν ὁτιοῦν γένηται, significent *quicquid evenerit:* alioqui sensus esset plane contrarius, & affirmaret, non negaret [2].

Οὐδὲ εἷς. XVII. Οὐδὲ εἷς, μηδὲ εἷς, & μήτε εἷς, pro μηδεὶς & οὐδεὶς, saepe apud Atticos usurpantur, tam in fine, quam initio periodi: imo etiam inter utramque vocem inseritur aliquando ἂν; quod ad sequens verbum referatur. Demosthen. contra Leptin. Ὑμῶν τοίνυν οὐδ᾽ ἂν εἷς οὐδὲν ὧν ἰδίᾳ τινὶ δοίη, ταῦτ᾽ ἀφέλοιτο πάλιν. id est, *Nemo quidem vestrum quicquam ulli unquam abstulerit, quod ei semel dederit:* ubi etiam ταῦτα, videtur abundare [3].

XVIII.

1 Verba sunt pag. 314, lin. 13. Caeterum vim habet ἐπιδοτικὴν in propria significatione, quando repetitur hoc adverbium. Plato in Phaedro, prope finem. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν. *Neque enim socius tuus etiam est praetermittendus.* Confer id, quod mox notabimus ad reg. 17.

2 Quid si ita verba haec distinguas? Ὡς οὐδ᾽ ἂν, ὁτιοῦν γένηται, &c. Ita certe minus erit intricata structura, ut in illo Plutarch. περὶ παιδ. ἀγ. Οἱ δὲ ἁρμάτειοι τροχοὶ πόνῳ καμφθέντες, ΟΥΔ᾽ ἍΝ, ΕἼ ΤΙ ΓΈΝΟΙΤΟ, τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἂν λαβεῖν εὐθυωρίαν. *Curruum rotae, semel magno labore curvatae, nullo conatu ad pristinam revocare possis rectitudinem.* Neque obstat, quod conjunctio ἂν post δύναιντο sequitur; solet enim haec particula saepe repeti, ut ostendetur Cap. VIII. Sect. 3. R. 1.

3 Addam & aliud ex eodem Demosthene petitum, ubi particula illa ἂν omittitur, μηδὲν in fine invenitur, & ipsum illud μηδὲν abundare videtur. Ita enim ille in epist. 1. prope finem. Μηδὲ ποιήσητε ΤΟΥ͂ΤΟ ΜΗΔΈΝ. *Ne tale quicquam faciatis.* Similiter μηδὲ ἕτερος pro μηδέτερος. Plut. Sympos. lib. IX. pag. 742. Ἀτελὴς γὰρ ἔμεινεν ὁ ἀγὼν, καὶ πέρας ἀναμφισβήτητον οὐκ εἶχε, μηδὲ ἑτέρου πεσόντος. *Imperfectum enim relin-*

XVIII. οὐδ' ἐγγὺς & μηδ' ἐγγύς· (quod secundum rarius est) verbatim, *neque prope*; Galli feliciter, *ny à peu pres*, id est, *multum abest*. Demosthen. saepissime, ut in Midiana [4], Ἔχει δὲ οὐχ οὕτω ταῦτα, οὐδ' ἐγγύς· *Atqui haec non ita se habent: multum abest.* Οὐδ' ἐγγύς.

Quo sensu creberrimum etiam est, πολλοῦ γε δεῖ, & πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Gallice, *il s'en faut bien.* Sed Plato cum interrogatione conjungit, ut legum 7. Βούλεσθε ζημίαν τοῖς μὴ ποιοῦσι γράφωμεν, ἢ πολλοῦ γε δεῖ; *Placet ne vobis, ut mulctam adversus eos, qui hoc non fecerint decernamus, an longe secus videtur?* Πολλοῦ γε δεῖ, *multum abest.*

XIX. Eodem significatu dicunt, οὐδὲ πολλοῦ δεῖ· sed (quod a tironibus diligenter observandum) illud οὐδὲ cum superiore verbo potius construendum est, quam cum πολλοῦ δεῖ. Demosthen. de falsa Legat. Οὐ γὰρ ταῦτα ἀντ' ἐκείνων γέγονεν, οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ. *Non enim haec illorum vice contigerunt, multum abest.* Quam orationem sic ordina, Οὐ γὰρ οὐδὲ ταῦτα ἀντ' ἐκείνων γέγονεν, πολλοῦ δεῖ. alioqui si construatur cum πολλοῦ δεῖ, vel οὐδὲ affirmabit, vel sensus erit plane contrarius. Exemplum illustrius est contra Leptin. Φανήσεται γὰρ οὐδὲ πολλοῦ δεῖ, τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνης· id est, *Nec enim id cum futura ignominia compensari poterit: multum abest*: ordo igitur est, οὐδὲ γὰρ φανήσεται, πολλοῦ δεῖ, τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνης· vel πολλοῦ δεῖ in finem rejiciendum est. Οὐδὲ πολλοῦ δεῖ.

XX. Dicunt praeterea, οὐδ' ὀλίγου δεῖ, sed tunc οὐδὲ construitur cum ὀλίγου δεῖ, non autem cum alio verbo. Demosth. de Falsa Legat. Οὐδέ γε ἴσον ἐστὶν ἀδίκημα, οὐδ' ὀλίγου δεῖ. Οὐδ' ὀλίγου δεῖ.

*relinquebatur certamen, & non diremit controversiam finis, neutro occiso.* Caeterum obiter hic observa frequentem Numeri in hac voce Enallagen. Dicitur enim, οὐδέτερά ἐστι τούτων. Pro, οὐδέτερον. *Neutra sunt horum*, pro, *Neutrum est*. Plat. in Phaedr. pag. 228.

Aliquando geminatur particula οὐδὲ, ita tamen, ut vocabulum aliquod interponatur. AEschin. contra Ctesiph. pag. 280. prope finem. Μὴ γὰρ ὅτι πόλις, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἰδιώτης οὐδὲ εἷς οὕτως ἀγεννὴς γένοιτο. *Nam non solum non urbs, sed nec privatus quidem ullus adeo, illiberalis esse potest.* De significatione particularum μὴ ὅτι, adi Nostrum Sect. 12. §. 11. Rursus vocula εἷς vel ἓν, quod in compositione τοῦ οὐδεὶς vel οὐδὲν invenitur, aliquando repetitur. Thucyd. lib. 2. cap. 51. Ἕν τε οὐδὲν κατέστη ἴαμα. *Nullumque fuit remedium.*

4 Pag. 389. lin. 30.

5 Prius-

δεῖ. *Nec par sane flagitium id fuerit*, *neque parum abest*, id est, *multum abest*, vel *imo plurimum inter utrumque discriminis est.*

# CAPUT VIII.

## *DE CONJUNCTIONE.*

## SECTIO I.[5]

### *De Conjunctione ἀλλά.*

### REGULA I.

De hac Conjunctione, ut communia mittam, notanda quae sequuntur.

Pri-

5 Priusquam ad singularum Conjunctionum explicationem accingamur, in genere aliquid de iis dicendum est. Et quidem primo, cum Conjunctionis natura sit similes orationis partes conjungere, fit aliquando ut dissimiles copulet. De conjunctionibus μὲν & δὲ, vid. Auctorem nostrum Sect. 8. §. 4. Sic Conjunctio ἀλλὰ Participium & Verbum copulat apud Herod. Clio cap. 131. Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσι χρεωμένους, ἀγάλματα μὲν, καὶ νηοὺς, καὶ βώμους οὐκ ἐν νόμῳ ΠΟΙΕΥΜΕ´ΝΟΥΣ ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην 'ΕΠΙΦΕ´ΡΟΥΣΙ, pro ἐπιφέροντας. *Persas autem scio talibus legibus uti; statuas, neque templa, neque altaria exstruere consueverunt, sed etiam hoc facientibus insaniae tribuunt.* Ad verbum ita: *Persas autem scio talibus legibus utentes, statuas et. t. & alt. non solitos ext. sed et. h. fac. ins. tribuunt.* Eodem modo adverbium cum substantivo copulat conjunctio καὶ apud Pausaniam in Arcadicis pag. 522. lin. 6. Τηνικαῦτα δὲ καὶ θυσίας ΔΗΜΟΣΙ´Αι τῇ καὶ 'ΙΔΙΩ˜ΤΑΙ θύουσιν. *Tum sacra faciunt publice & privati:* pro, *privatim.* Similiter a Genitivo absoluto ad orationem finitam transit Thucyd. lib. VII. cap. 47. Νόσῳ τε γὰρ ἐπιέζοντο κατ' ἀμφότερα· ΤΗ˜Σ τε ˝ΩΡΑΣ τοῦ ἐνιαυτοῦ ΤΑΥ´ΤΗΣ ΟΥ˝ΣΗΣ, ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιστα, καὶ ΤΟ` ΧΩΡΙ´ΟΝ ἅμα, ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο, 'ΕΛΩ˜ΔΕΣ καὶ ΧΑΛΕΠΟ`Ν ˝ΗΝ· *Morbo enim premebantur duplici de caussa;*

Primo, saepius in oratione, Attica praesertim, reperitur, & interrogationi simul, ac responsioni servit. Demosthenes pro Coron. [6] Τί γὰρ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτούς; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν· ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. *Quo tandem consilio eos convocaretis? ad pacem ne? at jam omnes in pace erant: an ad bellum? at de pace deliberatis.* Ubi ex tribus ἀλλά, primum & ultimum respondent, secundum interrogat [7]. Sic *at* apud Ciceron. Verrinâ 3. *At mores commodi; quis contumacior? at haec sine cujuspiam malo: quis acerbior?* Graece. Ἀλλά γε τρόπου ἐπιεικής· ἀλλὰ τίς ἰσχυρογνωμονέστερος· ἀλλ' ἐν τούτοις μηδένα βλάψας; ἀλλὰ τίς ἀπηνέστερος;

Ἀλλά, interrogat. & respons. serviens.

II. Secundo, in iisdem responsionibus, aliquando significat, *Enimvero, utique, plane prorsus:* estque tunc concedentis potius, aut indulgentis, quam refellentis. Xenophon lib. 7. expedit. se ipsum inducit, militibus, ut occasionem arriperet, urgentibus, ita respondentem: Ἀλλ' ὀρθῶς λέγετε, καὶ ποιήσω ταῦτα, &c. *Enimvero recte loquimini, atque haec libenter fecero.*

III.

*sa: tum quia hoc anni erat tempus, quo maxime aegrotant homines, tum quia locus, in quo castra posuerant, erat palustris ac difficilis.* Cum praecedat, Τῆς τε ὥρας οὔσης, debuisset sequi, καὶ τοῦ χωρίου ἑλώδους καὶ χαλεποῦ ὄντος· Similiter conjunctiones καὶ & μηδὲ genitivum participii absolutum cum infinita oratione conjungere, exemplis probavi supra ad Cap. VI, Sect. 1, reg. 18, n. 12. Estque haec licentia Graecis concessa, Latini analogia arctius tenentur. Levius enim illud Terentii in Phorm. Act. V, sc. 6. vs. 46.

*Summa ELUDENDI occasio est mihi nunc senes,*
*Et Phaedriae curam ADIMERE argentariam.*

Ubi conjunctio & infinitivum & gerundium copulat.

6 Pag. 316, lin. 17.

7 Minus recte meo judicio conjunctio ἀλλά interrogare dicitur, cum potius sit nota ὑποφορᾶς. Nam, quemadmodum Graeci suum ἀλλά in prolepsi, ita Latini suum *At* modo ὑποφορᾷ, modo ἀνθυποφορᾷ praefigunt. Prioris exemplum suppeditat Cicero Orat. pro Arch. cap. 4. *AT domicilium Romae non babuit! Is qui tot annos annos ante civitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit. AT non est professus! Imo vero iis tabulis professus*, &c. Alterius Idem pro Planc. *Male judicavit populus. AT judicavit. Non debuit. AT potuit. Non fero. AT multi clarissimi & sapientissimi viri tulerunt.* Demosthenis locus extat p. m. 316.

8 Ex

Ἀλλὰ, *saltem.*

III. Tertio [8] idem est, quod, *at certe*, vel *saltem*; quo tamen sensu particulas γε οὖν, vel οὖν γε [9], vel γοῦν, saepius adjunctas habet. Aristoteles, Εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλάς. id est, *Si minus hoc universi possunt, ac certe per tribus.* Galenus ad Glaucon. Εἰ μὴ οἷόντε ὀπτῇ ἡμέραν τὴν πρώτην, ἀλλὰ τῇ δευτέρᾳ γε πειρατέον ἐξευρεῖν τὴν ἰδέαν τοῦ πυρετοῦ· id est, *Si minus primo die licebit, at secundo quidem conandum est, ut febris speciem cognoscas:* ubi ἀλλὰ & γε interjecta voce aliqua separantur. Ita, quod Tullius pro Cluentio ait: *non timuisse, si minus vim deorum, at illam ipsam noctem!* Graece reddi potest, οὐκ ἄρα φοβηθῆναι, εἰ μὴ τὸ θεῖον, ἀλλὰ τὴν αὐτήν γε νύκτα [10]!

IV.

8 Ex Budaeo pag. 473.

9 Isocr. in Archidam. p. 254. Ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτον μὲν Ἀθηναίους, εἰ καὶ μὴ πάντα μεθ' ὑμῶν εἰσι, ἀλλ' οὖν ὑπέρ γε τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας πάντα ποιήσοντας. *Scio enim, Athenienses, si non per omnia nobiscum faciunt, saltem pro sua ipsorum salute omnia experturos esse.* In quibus verbis obiter observa idiotismum, πάντα ποιεῖν, pro *sedulo conari*: de quo supra, Cap. V. sect. 10. reg. 13.

10 Nonnunquam hac acceptione conjunctio ἀλλὰ praecedentia involvit; quae βραχυλογία nescio quam Graecorum idiomati gratiam addit. Hoc modo ἀλλὰ νῦνγε redditur, *Nunc maxime*, subaudita per ellipsin vocula εἴποτε. Ita Sophocles in Electr. vi. 412.

Ὦ Θεοὶ πατρῷοι, συγγένεσθέ γ' ἀλλὰ νῦν.

O *Dii patrii, adeste nunc maxime*, vel, *nunc saltem.*

Plenior structura est: Ὦ Θεοὶ πατρῷοι, εἴποτε συνεγένεσθέ μοι, ἀλλὰ νῦνγε συγγένεσθε. O *Dii patrii, si unquam alias mihi adfuistis, at nunc adeste saltem.* Est & ubi reddendum *vel*, eo sensu, quo V. C. dicimus: *Hoc vel omnibus notum est.* Ἀλλὰ τοῦτό γε ἅπασι πρόδηλόν ἐστιν. Ita AElian. V. H. lib. XII. cap. 21. Αἱ Λακεδαιμονίων μητέρες, ὅσαι ἐπυνθάνοντο τοὺς παῖδας αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ κεῖσθαι, ἈΛΛ' αὐταί ΓΕ ἀφικόμεναι τὰ τραύματα αὐτῶν ἐπεσκόπουν. *Lacedaemoniorum matres, quotquot audiverant, filios suos in praelio cecidisse, vel ipsae abibant inspectum eorum vulnera.* In versione has particulas omittit interpres, quae tamen suam vim ut habeant, necesse est. Mihi oratio elliptica videtur. Ἀλλὰ enim priori orationi, quae hic intelligenda relinquitur, adversatur. Ita ergo supplenda videntur, quae desunt. Αἱ Λακεδαιμονίων μητέρες, οὐκ ἄλλον τινὰ ἀποστέλλειν δι' ἔθους εἶχον, ἀλλ' αὐταί γε &c. *Lacaenae matronae non alium quempiam mittere solebant, sed ipsae potius &c.*

IV. Quarto, ἀλλὰ, sequente ἆρα, vel ἢ, vel μὴ, vel οὐ, οὐκ, οὐχὶ interrogat. Plato Legum 10. Ἀλλ' ἆρά τισι προσφερεῖς τῶν ἀρχόντων, ἢ τινὲς τούτοις; *Utrum tandem similes (Dii) sunt principum quorundam, an potius Deorum, principes aliqui?* Idem in Gorgia, [11] Ἀλλ' ἢ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν; *An vero (quod ajunt) post festum venimus?* Xenophon 4. Memorabilium: Ἀλλὰ μὴ γεωμέτρης ἐπιθυμεῖς γενέσθαι ἀγαθός; *An vero cupis bonus esse geometra?* Saepissime tamen, ἀλλ' οὐχὶ citra interrogationem verti debet, *non autem*. Demosthen. pro Coron. Εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τοδὶ διελέχθην ἐγώ· *Si hoc verbum, non autem aliud hoc protulerim.* Barbarum enim esset, οὐ δέ.

V. Aliquando etiam, ἀλλ' ἢ, Periodorum initio citra interrogationem, verti debet, *enimvero*, *utique*, *plane*, *profecto*. Ita Dio Chrysostom. novo sane more, duodecimam orationem exorsus est. Ἀλλ' ἢ, τὸ λεγόμενον, ὦ ἄνδρες, ἐγὼ καὶ παρ' ὑμῖν, καὶ παρ' ἑτέροις πλείοσι, πέπονθα τὸ τῆς γλαυκὸς, ἄτοπον καὶ παράδοξον πάθος· id est, *Mihi quidem, Auditores, cum apud vos, tum apud alios plerosque, id ipsum usu venit, quod noctuae contigisse ferunt absurdum utique, ac praeter exspectationem.* Ἀλλ' ἤ.

VI. Ἀλλὰ γὰρ, & ἀλλὰ δὴ, saepe etiam interrogant. Plato 2. de Republ. [12] Ἀλλὰ δὴ Θεοὺς οὔτε λανθάνειν, οὔτε βιάσασθαι δυνατόν; id est, *An vero Deos, nec latere, nec cogere quisquam potest?* Saepius tamen non interrogant, & significant *at enim* [13]: nec aliter Graece dici potest, *non autem*, quam, ἀλλὰ μὴ, vel rarius, ἀλλ' οὐ. Ἀλλὰ γὰρ, vel, δή.

VII.

11 In principio. Vid. Budaeum pag. 474.

12 Pag. 365, lin. 37. Ubi tamen sententia non est interrogativa, sed affirmativa, cujus indicium est particula δή.

13 Exemplum habet Plato Phaedr. pag. 228. Εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι· ἈΛΛΑ' ΓΑ'Ρ οὐδέτερά ἐστι τούτων. *Si ego Phaedrum ignoro, mei quoque ipsius oblitus sum. Atqui neutrum istorum est.* Non minus crebro quam eleganter harum particularum utraque naturalem vim retinet, & altera praecedentibus aliquid opponit, altera ejus oppositionis rationem reddit. Idque fit vel implicite, cum ex praecedentibus intelliguntur quaedam suppressa, ut in exemplo citato, quasi dicat: ἈΛΛΑ' Φαῖδρον οὐκ ἀγνοῶ· οὐ ΓΑ'Ρ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι· οὐδέτερα ἄρα ἐστὶ τούτων. Vel explicite, ut ex eodem loco ostendere posset quispiam, nempe additis, quae sequuntur, paucis: εὖ οἶδα, ὅτι, Λυσίου λόγον ἀκούων &c.

VII. Ἀλλὰ νὴ Δία· vel νὴ Δία ἀλλὰ ironice pro *at enimvero*, *scilicet*, *nimirum*. Demosthen. in Lept. Ἀλλὰ, νὴ Δία, ἐκεῖνο ἂν ἴσως εἴποι· πρὸς ταῦτα. *At enim vero, id forte nobis objiciet.*

VIII.

&c. Structura sola omnia plana reddet: Ἀλλὰ οὐδέτερά ἐστι τούτων· τοῦ οἶδα γὰρ &c. Ubi ἀλλὰ opponit negative, *ipsum non ignorare Phaedrum*; & γὰρ reddit rationem; *quia probe sciebat, Phaedrum non semel Lysiae orationem legisse.* Nam ex Phaedri consuetudine argumentatur Socrates. Clarius tamen exemplum suppeditat Arrianus de Exp. Alex. lib. II. cap. 6. ubi Darius e quibusdam adulari ipsi studentibus, cognoscit, μηκέτι Ἀλέξανδρον ἐθέλειν προϊέναι τοῦ πρόσω, ἈΛΛ' ὀκνεῖν ΓΑΡ, πυνθανόμενον, ὅτι αὐτός προσάγοι. i. e. *Alexandrum neutiquam velle ulterius progredi, sed tergiversari, audito ipsius adventu.* Quae ut planiora fiant, & utriusque particulae ratio constet, sic sunt ordinanda: Μηκέτι Ἀλέξανδρον ἐθέλειν προϊέναι τοῦ πρόσω, ἀλλ' ὀκνεῖν, πυνθανόμενον γὰρ, sive ἐπυνθάνετο γὰρ, i. e. ὅτι ἐπυνθάνετο, ὅτι αὐτὸς προσάγοι. Confer eundem lib. III, cap. 18. Consulatur omnino Devarius. Idiotismum hunc optime expressit Maro lib. AEn. I, vs. 23.

> \- - - *Hoc regnum Dea gentibus esse,*
> *Si qua fata sinant, jam tum tenditque fovetque.*
> *Progeniem SED ENIM, Trojano a sanguine duci;*
> *Audierat, Tyrias olim quae verteret arces.*

Ubi conjunctio *sed* adversative refertur ad illa: *Hoc regnum Dea gentibus esse tendit:* & altera illa *enim* ad τὸ *Audierat*, hoc modo: Juno Carthaginem in regnum crescere volebat: SED conatibus obstabant fata; audierat ENIM, gentem ex Trojanorum sanguine esse nascituram, quae olim everteret Carthaginis arces. Addam Ovidii locum lib. IX. Met. vs. 248.

> \- - - *SED ENIM ne pectora vano*
> *Fida metu paveant, OEtaeas spernite flammas;*
> *Omnia qui vicit, vincet, quos cernitis, ignes.*

Ita enim distinguo, ut post τὸ *flammas* non finiatur, sed continuetur oratio. In quibus verbis aperte elucet Graecorum idioma, modo ita ordinentur: *Ne pectora fida paveant metu vano, SED spernite flammas OEtaeas; qui ENIM vicit omnia, vincet ignes, quos cernitis.* Quae postrema rationem dant, quare flammae essent spernendae. Confer lib. XI, vs. 401. Quod si in modo citatis Arriani verbis participium πυνθανόμενον in verbum mutetur, commode sequens memorum superiori connectet particula γὰρ, ἐπυνθάνετο γὰρ. Ita in libro Argonaut. qui sub Orphei

Digitized by Google

VIII. Ἀλλὰ δὴ καὶ [14], *imo etiam*, vel *usque adeo*, significant. Libanius: Οὗτοι ἄδειαν ἔχον ἀπιέναι ὅποι ἂν βούλωνται, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολεμίους· id est, *Liberam, quocunque vellent, abeundi potestatem habuere, atque adeo ad ipsos hostes* [15].

Ἀλλὰ δὴ καὶ, imo.

IX. Πλὴν ἀλλὰ fere significat *tamen*, *veruntamen*, ut etiam πλὴν καί. Lucian. [16] Πλὴν ἀλλὰ, τί ἂν πάθοιμι; *Verumtamen quid agerem?* Quomodo repellentis est, ac refellentis: interdum approbantis, & concedentis.

Πλὴν ἀλλὰ, tamen.

At vero πλὴν ἀλλ' ἤ, redditur, *nisi*, ut πλὴν εἰ, & πλὴν ἐάν. Aristot. 1. Metaphys. [17] Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων, πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· id est, *Nec enim hominem sanat medicus, nisi per accidens.*

X. Ἀλλά τοι, & ἀλλὰ μὴν *atqui*, *at certe*, *at vero*. Exempla passim obvia: sed ἀλλὰ μὴν, in assumptionibus dialecticis usurpatur, quo modo *atqui* apud Latinos: unde est hoc Luciani [18] argumentum: Εἰ γάρ εἰσι βωμοί, εἰσὶ καὶ Θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί· εἰσὶν ἄρα καὶ Θεοί· *Si enim arae sunt, sunt etiam Dii; atqui arae sunt, ergo & Dii* [19].

Ἀλλά τοι vel μήν.

XI.

Orphei nomine circumfertur, vs. 771.

> Ἀλλ' οὐ γὰρ Μινύαισιν ἐπήνδανε πᾶσι νέεσθαι,
> Δεῖμα δ' ἐνὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

Verbatim: *Sed enim Minyis non placuit una ire: injecit vero &c.* pro, *SED Minyis non placuit una ire; injecit ENIM iis timorem candidas ulnas habens Juno.* Hoc idioma si quando Latini imitari volunt, loco conjunctionis δὲ substituunt copulativam *&* vel *que!* Ad rem adposite Naso lib. Met. X, vs. 323.

> *Si tamen hoc scelus est: SED ENIM damnare negatur*
> *Hanc venerem pietas: coëuntQUE animalia nullo*
> *Caetera delectu.*

Ordo esto: *sed pietas damnare negatur; namque animalia caetera &c.*

14 Vel transpositis vocabulis ἀλλὰ καὶ δή. Plat. in Phaedro pag. 236. Οὐκ (supp. εἴπω;) ἀλλὰ καὶ δὴ λέγω. *Non dicerem? Imo etiam adfirmo.*

15 Haec ex Bud. Comment. L. G. quem adi pag. 473, in fin.

16 Vid. Devar. pag. 424.

17 Ex Bud. p. 552.

18 Sub finem Jovis Tragoedi.

19 Eaedem particulae, si sequatur particula καὶ, ponuntur pro καὶ μὴν καί. *Quin etiam.* Ita Herodianus lib. 2. cap. 4. postquam dixerat, Pertinacem omnium suis virtutibus animos sibi conciliasse, addit: Ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν βαρβάρων ὅσοι πρότερον ἀφηνίαζον καὶ ἐστασίαζω

Ἀλλ' ἤ. ἀλλὰ ὅτι. ἀλλὰ ἢ ὅτι.

XI. Ἀλλ' ἤ, ἀλλὰ ὅτι, & ἀλλὰ ἢ ὅτι, *nisi quod*. Synesius Epist. Ὁ δὲ παρὼν πόδεως ἐποιεῖτο κίνδυνον, οὐχ ἕτερον ἦν, ἀλλ' ὅτι πᾶσιν ἱστίοις ἡ ναῦς ἐφέρετο. *Quod praesens periculum intentabat, aliud erat nihil, quam quod passis velis navis ferebatur* [20].

Ἀλλ' ἄγε. ἀλλ' ἄγε δή.

XII. Ἀλλὰ, interdum adhortantis est; tuncque fere conjungitur cum ἄγε, vel ἄγε δή· vel imperativo verbi εἶμι *eo*; nec quicquam per se significat. Dionysius Halicarnass. lib. 3. Οἱ μὲν ἀντικρὺς ἐπιόντες, οἱ δὲ κατόπιν; ἀλλ' ἴτε σὺν πολλῇ καταφρονήσει ἐπ' αὐτούς· id est, *Alii à fronte, alii à tergo ingruen-*

ζον. . . . . . . . ἑκόντες αὐτῷ προσεχώρουν. *Quin etiam Barbari, quotquot antea jugum excusserant & rebellaverant, sponte ad eum accedebant.*

20 Ita ἀλλ' ἢ &c. si praecedat aliqua vel negatio vel interrogatio, redditur *quam*, vel *nisi*: *quam quod*, vel, *nisi quod*. Ita Demosth. adversus Phormion. pag. 585. lin. 47. Οὐ κατηγόρασεν, ἀλλ' ἢ πεντακισχιλίων καὶ πεντακοσίων δραχμῶν. *Mercatus est non amplius quam quinquies mille & quingentis drachmis.* Sic AEschin. in Timarch. pag. 191. lin. 42. Ὥστε μηδὲν ἀλλ' ἢ τὰς αἰσχύνας αὐτῷ περιεῖναι. *Ita ut illi nihil nisi dedecus reliquum sit.* Singularis est Herodiani locus, lib. III, cap. 10. ubi, postquam dixerat Severum in Pontianum maxima contulisse beneficia, eumque opibus & honoribus auxisse, subdit, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ μερισάμενος πρὸς αὐτὸν τὴν ἀρχήν. *Nihil reliqui faciens, nisi quod imperium cum illo non communicaret.* Ubi post ἀλλ' ἢ videtur deesse negatio, vel participium παραλιπών, aut si quod aptius, post οὐδὲν ἕτερον, ut sensus constet. Sic ἀλλ' ἢ, praecedente οὐδὲν, denotat, *nihil aliud, quam*, & subauditum ante se vult verbum ποιῶ. Lucian. Dem. Encom. pag. 924. Οὐδὲν ἀλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. *Nihil aliud quam orare illum suspicabar.* Cum interrogatione, ut apud Plat. Phaedr. pag. 258. lin. 42. Τίνος μὲν οὖν ἕνεκ' ἄν τις, ὡς εἰπεῖν, ζῴη, ἀλλ' ἢ τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἕνεκα; *Quamobrem enim aliquis, ut ita dicam, vivat, nisi talium voluptatum gratia?* Est & ubi ἀλλὰ sine aliqua conjunctione adjecta in hac significatione invenitur. Ita Aphthonius in Progymn. de Thucydide. Οὐ γὰρ ἐτέρωθεν γέγονεν, ἀλλ' ὅθεν οἱ λόγοι. *Non enim alio in loco natus est, quam unde orationis elegantia profluxit.* Nonnunquam praecedente negatione commode redditur *prorsus, plane*. Herodian. lib. 1, cap. 13. Οὐδὲν ἀλλ' ἢ πένθους σχῆμα δείξασα. *Nihil aliud quam luctus habitum ostendens*, i. e. *plane lugubrem habitum.*

21 Ab-

*ingruentes, ite porro, atque illos omnino contemnite:* ubi ἀλλ' ἴτε, pro ἴτε δὴ [21].

Eadem conjunctio ita nonnunquam post comparativum adverbium sequitur, ut sumi videatur pro ἢ, *quam.* Thucydid. saepe; ut lib. 2. [22] Τὸν τάφον ἐπισημότατον (ἐλάμβανον) οὐκ ἐν ᾧ κεῖνται μᾶλλον, ἀλλ' ἐν ᾧ ἡ δόξα αὐτῶν ἀείμνηστος καταλείπεται. id est, *Sepulchrum illustrissimum,* (supple *habuerunt*) *non illud potius, in quo jacent, quam in quo perpetua eorum gloria remanet.* Latini tamen potius dicerent, *tam, quam.*

Idem paulo post, Οὐ γὰρ οἱ κακοπραγοῦντες δικαιότερον ἀφειδοῖεν ἂν τοῦ βίου, ἀλλ' οἷς ἡ ἐναντία μεταβολὴ ἐν τῷ ζῆν ἔτι κινδυνεύεται· id est, *Nec enim, qui duriore fortuna utuntur justius vitam profundant, quam qui de adversa quadam mutatione, dum vivunt, adhuc periclitantur.* Felices ac fortunatos intelligit, qui dum vivunt, in continuo adversae sortis periculo versantur.

21 Adhortationis quoque vim retinet ante imperativos quorumlibet verborum. Aristoph. Nub. vs. 183.

- - - Ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν.

*Quin aperis ostium?*

In verbis Dionysii ἀλλ' ἴτε ἐπ' αὐτοὺς, in constructione invenitur, & ἴτε non est particula, sed verbum, & vis hortandi est in particula ἀλλὰ, quare minus recte dicit Auctor, ἀλλὰ per se nihil significare.

22 Cap. 43.

# SECTIO II.

## *De Conjunctione ἂν, spectata in primo & secundo usu.*

## REGULA I.

Quatuor usus conjunctionis ἄν.

Conjunctio ἂν, (praeter quam quod saepe sumitur pro εἰ, & praeter alium vulgarem usum, quo fere cum optativo & subjunctivo conjungitur:) apud Graecos oratores maxime, usus habet tam elegantes, quam varios, quos etiam apud Poëtas, κε & κεν, encliticae repraesentant. Nos facilitatis causa, illos omnes ad quatuor praecipuos revocamus. Primus est ἀοριστολογικὸς, id est, *inde-*

*finitus:* secundus δυνατικὸς, quasi *potestativus:* tertius παραπληρωματικὸς, id est, *abundans:* quartus ἐλλειπτικὸς, id est, *deficiens.*

Ἂν cum optat. vel subjunct. II. Primus igitur indefinitus, omnium facillimus, maximeque contritus est, cum indefinitam loci, temporis, ac caeterorum id genus significationem habet: quomodo fere cum optativo, vel subjunctivo construitur: ut, ὅ, τι ἂν λέγοις, πλέον γενήσεται μηδὲ ἕν. vel μηδὲν· *quicquid dicas, amplius fiet nihil*, id est, *nihil propterea consequere* [23].

III. Secundus δυνητικὸς amplissime patet, itaque dicitur, quod fere sententia commode per verbum δύναμαι declarari possit; licet etiam per verbum ὀφείλειν, *debere*, id fieri queat.

Ἂν cum imperf. indic. IV. Primum igitur, cum imperfecto indicativi seu praecedat, seu sequatur, affert significationem praesentis, & imperfecti optativi: ut, Εἴπερ ἑώρων ἀδικοῦντα, οὐκ ἂν περιεώρων. *Si viderem injuriis afficientem, non paterer:* pro ἂν ὁρῴην, ἂν περιορῴην [24].

Saepe etiam pro plusquam perfect. quia imperfectum pro aoristo poni solet. Demosthen. initio Philipp. I. Ἡσυχίαν ἂν ἦγον, *Quievissem*, vel *quiescerem.*

Ἂν cum aorist. utroque. V. Secundo, cum aoristo utroque indicativi, sumitur pro aoristo, vel plusquam perfecto optativi: ut, Ἐκεῖνον ἂν ἐξέβαλον, εἰ παρεισεδύσατο· ubi ἐξέβαλον, idem, quod ἐκβάλοιμι· id est, *Illum ejecissem, si clam se ingessisset.* Demosthen. Philipp. I. Οὐδὲν ἄν, ὧν νυνὶ πεποίηκεν, ἔπραξεν. id est, *Nihil eorum, quae nunc fecit, praestitisset.*

Ἂν cum plusq. perf. ind. VI. Tertio, cum plusquam perfecto indicat. pro eod. plusquam perfect. optativi. Demosthenes pro Coron. Ὥστε τῆς εἰρήνης ἂν διημαρτήκει. *Ita pacem non obtinuisset.* Ibidem, Ὅτε τῶν ἀδικημάτων ἂν ἐμέμνητο τῶν ἑαυτοῦ· id est: *Qui suarum etiam injuriarum*, id est, *nobis ab eo illatarum, meminisset.* Ibid. in voce passiva, Ἐξήρπαστο ἂν τοιοῦτος. id est,

23 Exemplis nihil tritius: habetque fere eandem significationem quam Latinorum syllabica adjectio *cunque.* Ut, ὅσοι ἄν. *Quotcunque.* Marc. VI, 11. & 56. Apud quem & ἐὰν pro ἂν invenitur. Sic ὃ ἐάν. *Quodcunque.* Ibid. 22. Ὅπου ἐάν. *Quocunque.* Ibid. 56. & alibi in N. T. saepe.

24 Ita Dem. epist. 3. pag. 117. initio. Ταῦτα δ' εἰ μὲν παρῆν, λέγων ἂν ὑμᾶς ἐδίδασκον. *Haec, si adessem, verbis vobis exponerem.*

25 Ver-

est, *Homo ejusmodi ereptus fuisset*; nempe, Judicum manibus.

VII. Quarto, cum praeterito, etiam medio, tametsi rarius. Demosthen. ibid. Ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτὺς, πάλαι ἂν ἀπολώλατε· id est, *Alioqui, quantum ad vos attinet, pridem utique jam periissetis.* Ἄν cum praet. med.

VIII. Quinto, non tantum cum imperfecto, vel aoristis indicativi, sed etiam cum optativo saepius, quam cum subjunctivo, vim habet supprimendi aliquid, sed tamen δυνητικῶς· ut, Τῦτο μὲν τῷ ἀντιδίκῳ ἑκὼν ἂν συγχωροίην, τὰ δ᾽ ἕτερα, οὐκ ἄν· supple, συγχωροίην. id est, *Hoc quidem adversario libens concesserim, alia vero non item* [25]. Ἄν cum optativ.

IX. Sexto Latini vim illam δυνητικὴν, fere per futurum optativi, vel per aoristum subjunctivi exprimunt: ut patet superiori exemplo. Tullius pro Coelio [26]: *Jam ista deseruerit, jam aetas omnia, jam dies mitigarit.* Ταῦτα μὲν ἂν ἤδη ἀφείη, πάντ᾽ ἂν ἤδη ἡλικία τε καὶ χρόνος καταπραΰνειεν. Ἄν cum futuris.

Aliquando per imperfectum, aut plusquam perfectum opta-

25 Verba, paucis mutatis, desumta ex Platonis Philebo pag. 36, lin. 31. Δόξας μὲν ἔγωγ᾽ ἂν τινὰς συγχωροίην, τὰ δ᾽ ἕτερα ταῦτ᾽ οὐκ ἄν. *Opiniones fortasse quidem concesserim* (sc. *alias esse veras, alias falsas*) *reliqua vero haec non item.* Exemplum aliud quaere apud Lucianum, Dem. Encom. pag. 906. Τούτῳ ἀργύριον μὲν προτείνοιμι ἄν, φιλίαν δ᾽ οὐκ ἄν. *Huic argentum quidem offerrem, amicitiam vero non.* Ubi supprimitur προτείνοιμι. Caeterum aliquando cum Optativo construitur, ut merum Indicativum vel Imperativum sensus postulare videatur. Indicativum quidem apud Herod. Erat. cap. 63. Οὐκ ἂν ἐμὸς εἴη. *Non est filius meus.* Subauditur enim υἱός. Nisi mavis: *Hic non potest esse meus*; quippe qui ante justum tempus esset natus. Et sane non videtur haec optativi cum particula ἂν otiosa esse constructio, sed latere aliquid δυνητικόν. Quid quod illud, quod Latini significant per *facile*, Graeci per hanc particulam cum Optativo exprimunt? E. G. *Philosophorum suae aetatis facile princeps est.* Graece: Τῶν καθ᾽ αὐτὸν φιλοσόφων κορυφαῖος ἂν εἴη. Huc refer locum Platonis, de Leg. lib. I. Ὑμῖν γὰρ, εἴπερ καὶ μετρίως καλῶς κατεσκεύασται τὰ τῶν νόμων, εἷς τῶν καλλίστων ἈΝ ΕἼΗ νόμων. &c. *Nam, si quidem vobis satis aequae sunt leges, haec certe inter omnes facile eminet.*

Imperativum autem apud Plat. Phaedr. non longe ab initio. Λέγοις ἄν. *Dic modo.*

26 Cap. 31, in fine.



27 Per

Digitized by Google

optativi [27]: ut, *Ires tu vero, obsecrares, obtestarere:* pro *ire, obsecrare deberes* aut *debuisses.* Ἀμέλει, σὺ μὲν ἂν προσέρχοιό τι, καὶ ἀντιβολοίης, καὶ καταμαρτύροιο.

Ἂν cum γοῦν.

X. Septimo, cum interrogatione, ac fere particula γοῦν, & optativo, indignationis sensum aliquem indicat, & contemptus. Aeschines in Ctesiph. Σὺ γὰρ ἂν (Demosthenem appellat,) κώμην ἀποστήσαις; Σὺ γὰρ ἂν προσέλθοις, μὴ ὅτι πρὸς πόλιν, ἀλλὰ πρὸς οἰκίαν, ὅπου κίνδυνος πρόσεστι; *Tu, ut vel unum vicum ad defectionem impelleres? Tu, ut adires, non dico urbem, sed domum unam, ubi aliquid subesset periculi?* Quasi dicat, *nunquam id faceres* Sic apud Latinos cum indignatione: *Tu, ut id feceris! Ut praesente me verberaris?* Σὺ γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσειας, σὺ γὰρ ἂν ἐμοῦ παρόντος ἐμοῦ τύψειας; Gallice, *que tu l'ayes battu en ma presence?*

XI. Octavo, vim illam δυνητικὴν, & cum futuri significatione conjunctam habet, non modo cum optativo, sed etiam cum futuro indicativi, & aliorum modorum: itemque cum praesenti, praeterito, & utroque aoristo infinitivi, & participiorum.

Ἂν cum fut. indic.

Ac primo cum futuro indicativi. Isocrat. in Areopagitico, Οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν σχεδὸν ἅπαντα κακὰ πεισόμεθα· id est, *Fieri non potest, quin omnia fere malorum genera patiamur* [28].

Cum futuro infinit.

XII. Cum futuro infinitivi. Idem in Busir. [29] Ἐνόμισε τοὺς μὲν τούτων ὀλιγωροῦντας, τυχὸν ἂν καὶ τῶν μειζόνων καταφρονήσειν. *Existimavit, qui haec nihili facerent, eos majora quoque contempturos.*

Cum futuro particip.

XIII. Cum futuro participiorum rarius, aliquando tamen: ut, Αὐτῷ δὴ, ὡς μάλα φιλοφρονητικῶς ἂν δεξιωσόμενος, ἀπήντησεν. *Obviam ei profectus est, quasi eum peramanter excepturus.*

Cum praes. infinit.

XIV. Cum praesenti infinitivi saepissime. Xenophon παι-

27 Per praesens. Virg. AEn. 2. vs. 8.

- - - *Quis talia fando*
*Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyssei*
*Temperet a lacrymis?* - - -
i. e. *temperare possit.*

Quae Graece ita verti possunt:

- - - Τίς ἂν τοιαῦτ' ἀγορεύων
Μυρμιδόνων, Δολόπων τ', ἢ Ὀδυσσῆος στρατιώτης
Φράζοι ἀδάκρυτος;

28 Vid. Bud. pag. 497.

29 Pag. 448.

30 Vers

παιδείας 1. Δοκεῖ μοι ἆθλα προτιθεὶς, μάλιστ' ἂν ποιεῖν ἐκασκεῖσθαι ἕκαστα, ὥστε ὁπότε δέοιτο ἔχειν ἂν παρεσκευασμένοις χρῆσθαι· id est, *Mihi quidem videtur, si praemia proponet, effecturus maxime, ut in singulis optime exercitati sint, eosque ubi opus erit, maxime promptos & expeditos habeat:* ubi ποιεῖν pro ποιήσειν, & ἔχειν pro ἕξειν. Demosthen. initio Philipp. 1. Ἡγῦμαι κὴ πρῶτ@ ἀναστὰς, εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν· *Existimo, ut primus etiam ad dicendum surrexerim, me tamen veniam jure consecuturum:* ubi ἂν τυγχάνειν, pro τεύξεσθαι.

XV. Cum Aoristis infinitivi. Xenophon Ἑλληνικῶν 6. Νομίσας οὐκ ἂν ἔτι συμμίξαι αὐτῷ τὺς μισθοφόρυς· pro συμμίξειν· *Ratus mercenarios sese cum eo deinceps minime conjuncturos.* Idem Παιδείας 8. Ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν, pro πείσεσθαι. *Jam in tuto collocatus ero, sic ut mali amplius pati nihil possim:* quo loco maxima vis δυνητικὴ exprimitur.

Cum Aorist. infinit.

XVI. Cum participio praesentis. Idem Ἑλληνικῶν 7. Ἐπεὶ ἔγνω οὐκ ἂν δυνάμεν@ τῆς πόλεως κρατεῖν, pro δυνησόμεν@. *Ubi se urbis dominum esse non posse cognovit.* Demosthen. pro Coron. Τῶν τότε Ἀθηναίων πολλὰ ἂν ἐχόντων μνησικακῆσαι κὴ Κορινθίοις, κὴ Θηβαίοις· *Cum Athenienses eo tempore, acceptarum à Corinthiis ac Thebanis injuriarum memoria commoveri potuissent.*

Cum particip. praesent

XVII. Cum Aorist. 1. participii. Idem Παιδείας 1. Ὡς ὐδένα ἂν λήσοντα τὰ τῦ μεγίςυ θεῦ σημεῖα. id est, *Quasi neminem summi Numinis signa latere possent:* pro λήσοντα.

Cum Aorist. 1. particip.

XVIII. Cum 2 Aoristo participiorum. Idem Ἑλληνικῶν 6. Ἐλογίζοντο δὲ κὴ τῦτο, ὡς κὴ συνελθῦσαν ἂν ταχέως τὴν Λακεδαιμονίων δύναμιν· id est, *Secum etiam ita ratiocinabantur, brevi simul coituras Lacedaemoniorum vires:* ubi συνελθῦσαν, pro συνελευσομένην. Demosthen. pro Coron inter ἂν & particip. verbum inseruit, Θηβαίοις δ' ὁ, τιῦν ἂν ἐφησθῆναι παθῦσιν. *Quicquid vero Thebani paterentur, id jucundum vobis futurum esset.*

Cum 2. Aorist. particip.

# SECTIO III.

## *De tertio & quarto usu ejusdem Conjunctionis.*

### REGULA I.

Ἂν abundat.

Tertius usus, qui παραπληρωματικὸς dicitur, is est, cum particula ista παρέλκει, *abundat.* Aristoteles Ethic. 10. Μάλιστα ἂν τοῦτο δύνασθαι δόξειεν ἂν ἐκ τῶν εἰρημένων, νομοθετικὸς γενόμενος· id est, *Ex superioribus, id maxime posse videatur, qui condendarum legum peritus fuerit:* ubi prius ἂν abundat, nisi dicamus, ἂν δύνασθαι, sumi pro δυνήσεσθαι.

Aristophanes in Vesp.[30] Ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμι ἄν, οὗ με νῦν ἀποστερεῖς· id est, *Ego quippe ne lac quidem avium huic vitae praetulerim, quam tu mihi nunc eripis.*

Plato 4. Legum, Τοῦτο γὰρ ἔχουσα, (supple πόλις) πολλὴν ἐξαγωγὴν ἂν παρεχομένη, νομίσματος ἀργυροῦ καὶ χρυσοῦ πάλιν ἀντεμπίμπλαιτο ἄν· id est, *Hoc enim si haberet, ut rerum inde multarum exportatio fieret, ita magna vicissim auri argentique copia repleretur:* ubi ἂν, cum παρεχομένη junctum, manifeste redundat, vel significat παρέχειν δυνησομένη.[31]

Demosthen. initio 1. Philipp. cum aoristo particip. vocem hanc ita conjunxit: Ἐπισχὼν ἄν, ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο. ubi ἐπισχὼν ἄν, pro ἐπισχὼν tantum: id est, *Ubi expectassem, donec eorum qui solent, plurimi sententiam dixissent*; nisi trajectio sit, pro ἕως ἄν.

Ἂν deficit.

II. Quartus ac postremus usus ἐλλειπτικὸς, id est, *deficiens*, bifariam dividi potest. Primum enim, conjunctio illa

30 Vers. 506. De quo loco, ut & superiori ex Aristotele vid. Bud. p. 495.

31 Idem Plato in Phaedro, pag. 276. lin. 18. hoc modo hanc conjunctionem ter repetit. Ἐφ' οἷς δὲ ἐσπούδακε, τῇ γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τέχνῃ, σπείρας εἰς τὸ προσῆκον, ἀγαπῴη ἂν ἐν ὀγδόῳ μηνὶ ὅσα ἔσπειρε τέλος λαβόντα; *In quibus vero artem agriculturae adbibens serio egerit, serens ubi convenit, nonne contentus erit, si eorum, quae seminaverit, octavo mense, fructum ceperit?*

32 Pa.

illa praesens, vim habet subintelligendi aliquid, quod orationi desit, adhibita fere verbi ejus repetitione, in quo vis significationis praecipua est. Synesius ad fratrem, de incerto quodam caedis autore, Τοιοῦτός ἐστιν, ὡς εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ἐποίησεν ἄν· *Ejusmodi ille est, ut facinus etiamsi non admiserit, admittere tamen potuerit*; vel, *data occasione, admissurus etiam fuerit*: ubi & verbum ποιεῖν repetitur, & ἄν, praeter vim δυνητικὴν, simul aliquid aliud involvit, v. c. ἡνίκ' ἂν τύχῃ, *si res ita ferret*, aut aliud simile.

III. Ejusdem ἐλλείψεως clarius etiam exemplum hoc est, quod apud eundem Synesium ibidem exstat: Τοὺς δὲ καὶ μὴ πλάσαντας, (*delatores* intelligit; & supplendum ex praecedentibus, οἶμαι δεῖν ἀποτροπιάζεσθαι,) ὅτι συνέπλασαν ἄν· *Hos vero*, (supple, *delatores exsecrandos puto*) *quod rem, ut minus forte confinxerint, confingere tamen parati per sese fuerint*: nempe, εἴπερ ἂν καιρόν που λάβοιεν, *si qua sese daret occasio*.

IV. Alter modus, quo illa conjunctio ἐλλειπτικῶς usurpatur, est, cum ipsamet desideratur, ac subintelligitur: tunc eodem modo loca illa explicari debent per optativum, ac si expressa esset illa conjunctio. Ita, cum alicui loco, vel imperfecti, vel aoristi, vel perfecti significatio minus conveniet, statim conjiciendum erit, particulam ἂν subintelligi: similiterque praesens, vel Aorist & perfectum, vel infinitivi, vel participiorum, per futurum explicandum esse. Pauca ex Demosthene & Xenophonte subjiciemus exempla.

V. De Imperfecto, clarum illud est, Olynth. 1.[32] Ῥᾴονι, καὶ πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ· id est, *Faciliore nunc, multoque modestiore Philippo uteremur*. pro ἐχρώμεθα ἄν [33]. — Ἂν cum imperf. deficit.

VI. Item de Infinitivo praesentis temporis. Ibidem, Βεβαίαν εἰκὸς τὴν ἔχθραν αὐτοὺς, ὑπὲρ ὧν φοβοῦνται καὶ πεπόνθασιν, ἔχειν· pro ἕξειν, vel ἔχειν ἄν· loquitur enim ibi de constantia in futurum: id est, *Constantes ab iis, propter illa* — Ἂν cum infinit. deficit.

32 Pag. 2, lin. 28.

33 Hic desiderantur exempla quaedam ex Demosthene citata, quae editio Parisiensis habet; qua ratione ea hoc loco non addiderim, in prologo dixi. Tu ea quaere sectione 6, regula 5. ubi illa editio eadem repetit.

*illa quae metuunt, quaeque passi jam sunt, inimicitias gestum iri* [34].

Jam de Aoristo ejusdem infinitivi. Ibid. [35] Σκοπεῖτε, εἰς τί ποτε ἐλπὶς ταῦτα τελευτῆσαι, pro τελευτήσειν· *Videte, quem ista finem habitura speretis.* Idem pro Corona, cum Aoristo primo medio, sequente futuro activo: Ῥᾷον ἤλπιζε τὰ μὲν παρακρούσασθαι, τὰ δὲ πείσειν· id est, *Sperabat se facilius partim in fraudem inducere, partim etiam persuadere posse.*

Ἂν cum particip. deficit.

VII. Denique de participio, in quo tamen id rarius accidit. Xenophon Παιδείας 6. Ἄλλους δὲ μισθοῦνται, ὡς ἄμεινον μαχομένους ὑπὲρ σφῶν, ἢ αὐτοί· id est, *Alios mercede conducunt, quasi melius sua caussa pugnaturi sint, quam ipsimet:* ubi μαχομένους, pro μαχομένους ἄν, vel μαχεσομένους. Et lib. 7. in Aorist. participiorum, Ὡς οὕτω μᾶλλον ἐπιπεσὼν ἀπαρασκεύοις τοῖς ἐναντίοις. id est. *Quasi hoc pacto adversarios magis imparatos invasurus:* ubi ἐπιπεσὼν, pro ἐπιπεσὼν ἂν vel ἐπιπεσεῖν μέλλων, cum de futura expeditione loquatur.

VIII. Idem usus fere perpetuus est, praecedente conjunctione εἰ, cum imperfecto vel aoristo. Tunc enim vix unquam conjunctio ἂν exprimitur; semper tamen, meo quidem judicio, subauditur. Exemplis nihil frequentius. Ego sectione sexta pauca subjiciam, hic tantum monuisse contentus.

S E-

34 At controversa haec possit videri versio; cur enim non liceat reddere; *Probabile est, eos, propter ea, quae metuunt, & passi sunt, constantes inimicitias exercere.* Loquitur de Olynthiis, quos, si ad belli societatem ab Atheniensibus fuissent invitati, minus fortasse firmos habuissent & ad tempus socios, sed nunc, cum ob injurias ipsi Philippo essent infensi & arma moverent, credibile erat, inimicitias ipsos alere constantiores. Quae si ita sunt, supervacua sit particula ἄν. Locus est pag. 2, lin. 14.

35 Pag. 3, lin. 15.

36 Pag

# SECTIO IV.

## *De Conjunctionibus* ἄρα, & γε.

## REGULA I.

Ἄρα, acuta penultima, (nam ἆρα circumflexum, adverbium est, quod *utrum* significat:) Primo, initio periodi, ac praesertim cum particula οὖν, sonat *itaque*, vel *quamobrem*. Plato 5. de Republ. [36] Ἄρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται· *Quamobrem ex hoc tale quid sequitur.* Ἄρ' οὖν, itaque.

II. Frequentissime voci alteri subjungitur significatque idem quod πȣ, vel ἴσως, id est, *forte*, vel *tamen*, vel *quodammodo*: ut, Εἴ τις ἄρα τ̃ βραβείȣ ἄξιος ἐν τοσȣ́τοις γένοιτο· id est, *Si quis forte*, vel *tamen*, *in tanta multitudine praemio dignus reperitur* [37]. Ἄρα, forte, tamen.

III. Non minus saepe significat *utique*, *nimirum*, *videlicet*, *obsecro*, *quaeso*: adeoque ornatui magis, quam novae significationi servit. Appianus, Ἠδόξητεν ἄρα, εἰ μὴ τὰ ὅμοια γενναίως ἐνέγκοι· id est, *Male nimirum audiisset*, *ni similia constanter pertulisset*: hic enim ἠδόξητεν posuit pro ἠδόξησεν ἄν. Sic ἐννόησον ἄρα, *cogita obsecro*: νῦν ἄρα πρόσεχε, *attende*, *quaeso*. Ἄρα, utique.

IV. Quo etiam modo non raro sumitur ironice, ut & νὴ Δία, & ȣ̓χ ὁρᾷς; verbi causa, Ἕξει ἄρ' ἄνθρωπος ἀεὶ χαμαὶ ἕρπων, τὴν πόλιν ἑλεῖν αὐτοβοεί· *Poterit videlicet homo semper humi repens, civitatem primo impetu capere* [38]. Ἄρα, videlicet ironice.

V.

36 Pag. 462.

37 Ita Aristides ostendens Platonem in suo Symposio temporum rationem non habuisse, postquam omnia non sat temporibus ab eo esse divisa, dixerat, subjungit: Εἰ μὴ ἌΡΑ ἐν τῷ Ἠλυσίῳ πεδίῳ τὸ Συμπόσιον συνεκροτεῖτο. *Nisi forte in campis Elysiis convivium fuit congregatum*

38 Maximus hujus particulae usus est in syllogismorum conclusionibus. E. G. Apud Proclum in Plat. Remp. p. m. 405. lin. 30. Ὁ ποιητὴς μιμητής· ὁ μιμητὴς τρίτος ἀπὸ τ̃ ἀληθείας. ὁ ποιητὴς ἌΡΑ τρίτος ἀπὸ τ̃ ἀληθείας.

Digitized by Google

Γε, *saltem.*

V. Particula γε, sola cum est, fere significat *saltem*, aut eam tacite significationem involvit: ut, Τῦτό σοι ἰάσομαι, τὸ ἐμόν γε μέρος· id est, *Huic malo medebor tuo, quantum saltem contendere potero.* Atque hic usus frequentissimus est.

Ἔγωγε, *equidem.*

VI. Eadem cum pronominibus, ἐγὼ, σὺ, αὐτὸς, significat *quidem:* ut ἔγωγε, *equidem:* ubi notandum in ἔγωγε, & ἔμοιγε, accentum in antepenultimam retrahi, cum in ἐμῦγε, ἐμέγε, & aliis casibus id non fiat.

VII. A Platone potissimum solius ornatus causa saepissime usurpatur: ut, πάνυ γε, id est, *admodum:* sic εὖ γε τῆς εὐφυΐας, *macte egregiae indolis* [39].

Γε, *imo.*

VIII. Praecedente καὶ, & interjecta ut plurimum alia quadam voce, significat *imo.* Plato in Protagora. Ἠρόμην τῦτον, εἰ τὺς ἀνδρείυς λέγοι θαῤῥαλέυς· ὁ δὲ, καὶ ἴτας γε ἔφη. id est, *Quaerebam ex eo, num viros fortes audaces esse diceret: Ille autem, imo temerarios, inquit* [40].

Γε δὴ, *saltem.*

IX. Γε δὴ, ut plurimum quoque significant *saltem.* Demosthenes in Midiana. Μέτριον παρέσχεν ἑαυτὸν, τόν γε δὴ μέχρι τῆς κρίσεως χρόνον· id est, *Moderatum ac tolerabilem sese praebuisset, saltem toto illo judicii tempore.* hic enim παρέσχε, pro παρέσχεν ἄν.

Γέτοι, γεῦν, *certe quidem.*

X. Γέτοι, γέτοιπυ, γεῦν, & γῦν, idem quoque significant;

θείας. *Poëta est imitator. Imitator est tertius a veritate. Ergo poëta est tertius a veritate.* Et Lucian. sub finem Jovis Tragoedi. Εἰ γάρ εἰσι βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί. ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί· εἰσὶν ἌΡΑ καὶ Θεοί. *Si sunt arae, sunt & Dii. At arae sunt. Ergo sunt etiam Dii.*

39 Aliquando γε repetitur, & alterum significat *saltem* vel *tantum*, alterum videtur παραπληρωματικόν. Sic Plat. in Phaedro pag. 241. lin. 36. Καίτοι γε ᾤμην γε μεσῦν αὐτὸν scil. λόγον. *Atqui putabam eam (orationem) tantum dimidia parte absolutam:* sive: *nos in dimidia ejusdem parte versari.*

40 Est & alius hujus particulae elegans usus, ubi ponitur pro εἴπερ. *Si quidem.* Plat. Hipp. maj. pag. 289. in fine. Ὅπυ ἂν τῦτο προσγένηται, κἂν πρότερον αἰσχρὸν φαίνηται, καλὸν φανεῖται, χρυσῷ ΓΕ κοσμηθέν. *Hoc ubi accedit, licet prius turpe visum fuerit, pulcrum videbitur, siquidem auro ornatur.* Et pag. 294. lin. 26. Ἀδύνατον ἄρα, τὰ ὄντα καλὰ ὄντα, μὴ φαίνεσθαι καλὰ εἶναι, παρόντος ΓΕ τῦ ποιῦντος φαίνεσθαι. *Fieri igitur aliter non potest, quin, quae revera pulcra sunt, pulcra esse videantur, siquidem id adest, quod illa ut pulcra esse videantur, efficit.*

41 Ita

Digitized by Google

cant; nisi quod saepius reddi possint, *certe quidem*, vel *quidem certe*. Exempla passim obvia.

Nec raro γε, γε οὖν, & γοῦν, redduntur, *nam*, vel *enim* [41]: qua significatione interdum etiam apud Latinos *saltem*, *quidem* & *certe quidem* usurpantur: Et apud Gallos, *au moins*. Plato in Phaed. Τουτονὶ γοῦν τὸν λόγον θαυμαστῶς μοι εἴπες ὡς παρὰ δόξαν· id est, *Nam hac quidem in disputatione, mirum quantum praeter exspectationem meam versatus es*. Ubi etiam notandum, illas ὑποκοριστικῶς usurpari: nec enim in vehementi asseveratione, ἀλλ' οὖ γε recte ponerentur.

XI. Praeterea γέτοι, & γε μὴν, aliquando significant *enimvero*, *sane*, *atqui*. Plato Legum 10. Ἑπόμενοι γε μὴν αὐτοῖς, σκεψώμεθα τοὺς ἐκεῖθεν, τί ποτε καὶ τυγχάνουσι διανοούμενοι. Praecesserat autem, εἰκὸς γέτοι που σοφοὺς ἄνδρας ὀρθῶς λέγειν· Quem locum ita Ficinus vertit; *Certe non absurdum est, viros sapientes probe dixisse: quare sequamur ipsos inquiramusque, quidnam intellexerint.* Ego sic verterem: *Probabile sane fuerit, eruditos homines recte locutos esse: nos autem eorum vestigiis insistentes, quid ii porro senserint, qui eorum ex disciplina profecti sunt, videamus:* nam per τοὺς ἐκεῖθεν, illorum aut *discipulos*, aut *sectatores* intelligit. Γέτοι, γε μὴν, *sane*, *atqui*.

XII. Γε μὴν, significat etiam *praeterea*, vel *quinetiam*. Xenophon in Agesilao. Ἐλπίδων γε μὴν πάντας ἐνέπλησε. *Quin etiam bona spe omnes implevit.* Γε μὴν, *praeterea*.

SECT.

41 Ita Lucianus in Dem. Enc. de incerta Homeri patria: Τὰ δ' ἄλλα, τὰ μὲν ἀσαφῆ, πατρὶς, καὶ γένος, καὶ χρόνος· εἰ ΓΟΥ͂Ν τι σαφὲς αὐτῶν ἦν, οὐκ ἂν ἦν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις. *De reliquis alia quidem incerta sunt, patria scilicet, & genus, & aetas. Si enim horum quidquam certum esset, non discrepans inter homines fuisset contentio.* In quibus verbis item alium observa Graecismum: nam τὰ μὲν ἄλλα pro τῶν μὲν ἄλλων ponitur. Vid. supra Cap. 1. §. 4. Verba Platonis inveniuntur pag. 95. lin. 7.

42 Non

Digitized by Google

# SECTIO V.

## *De Conjunctionibus* γὰρ, & δή.

## REGULA I.

Γὰρ δὴ, *enim.*

Praeter ea quae in superioribus aspersimus; quae sequuntur de particula γὰρ, notanda sunt.

Primo, in significatione vulgari, saepe adjunctam habet particulam δὴ superfluam. Plato in Apologia. Ἐγὼ γὰρ δὴ ὔτε μέγα, ὔτε σμικρὸν σύνοιδα ἐμαυτῷ· *Ego enim mihi nullius plane rei conscius sum* [42].

Γὰρ, *videlicet.*

II. Secundo, ironice sumitur: ut, Σὺ γὰρ ἀπὸ τύτων ὁρμήσας, ἅπασαν μέλλεις καταλαβεῖν τὴν χώραν· id est, *Tu scilicet, his viribus & initiis, universam occupabis regionem.*

Γὰρ, *interrogat.*

III. Tertio, interrogationi servit [43], ut apud Latinos parti-

42 Non video in addito exemplo superfluam esse particulam δὴ. Verba Platonis extant p. m. 21. Ubi Socrates perpendens oraculi responsum, quod ipsum sapientissimum nominaverat, ait: Τί ποτε λέγει ὁ Θεὸς; καὶ τί ποτε αἰνίττεται; Ἐγὼ ΓΑΡ ΔΗ ὔτε μέγα, ὔτε σμικρὸν ξύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν. *Quid tandem ait Deus? Quid demum intendit? Nam utique ego neque in re magna neque parva sapiens sum.* Notat ergo hic *utique*; ut & in sequentibus: Τί ὖν ποτε λέγει, φάσκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι, Οὐ ΓΑΡ ΔΗ ψεύδεταί γε. *Quid tandem vult, cum ait, me sapientissimum esse? Non enim utique mentitur.* At est ubi particula δὴ post γὰρ geminata invenitur. Pausanias in Arcad. pag. 457. Λέγυσι γὰρ δὴ ὡς Λυκάονος ὕστερον δή τις ἐξ ἀνθρώπυ λύκος γένοιτο. *Nam & post Lycaonem quemdam ex homine lupum factum ferunt.* Quandoque ornatus gratia ei adjungitur particula τοι. Plat. Phaedr. non longe ab initio. Ὁ γάρ τοι λόγος ἦν, περὶ ὃν διετρίβομεν, ὐκ οἶδ' ὄντινα τρόπον ἐρωτικός. *Sermo enim ille, in quo versabamur, erat, nescio quomodo amatorius.*

43 Vix ausim adfirmare, particulam hanc soli servire interrogationi citra ullam caussae redditionem. Exemplo addito non probat doctrinam suam Auctor: in quo τίς, non γὰρ interrogat: & ex pronomine τῦτο liquet illud γὰρ praecedenti cuidam respondere sententiae

Digitized by Google

particulae *nam* & *enim*, ut, *quisnam hoc fecerit*? τίς γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσειε; Quo in genere notanda praecipue est haec

tentiae αἰτιολογικῶς; quod si sit, quid novi in hac locutione deprehenditur? V. G. si quis praemittat: *Homini, qui antea saepe manifesto pejeravit, fidem non habuit*. Gr. Ἀνθρώπῳ, τοπάλαι πολλάκις ἐπιορκήσαντι φανερῶς, οὐκ ἐπίστευσεν. commode sequetur: Τίς γὰρ ἂν τοῦτο ποιήσειεν; Ubi γὰρ a superioribus pendet, & argumentum infert ab exemplo omnium, qui vel tantillum sapiunt, desumtum. Nec video, voculam *nam*, in compositione pronomini *Quis*? postpositum apud Latinos eandem vim habere, quam apud Graecos γὰρ post τις; Mallemque pro *Quisnam*? vertere *Nam quis*? Quia *nam* in *Quisnam*? non est caussale, sed potius significat *vero*. Vid. eruditiss. G. J. Vossium, Etym. ling. lat. in v. *Ut*. Clarum hoc est in verbis Pilati, Judaeis, ipsum, ut Christum ad crucem trahi jubeat, continuo clamore impellentibus, respondentis: Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Ubi τί γὰρ redditum *Quidnam*? non satis exprimit mentem loquentis. Addit enim rationem, cur eorum petitioni satisfacere cesset; quam rationem interrogative profert. Atque adeo γὰρ commode hic redditur, *ergo*, *itaque*, infertque ex proposita oratione conclusionem. Ita apud Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V, non longe ab initio, ubi Araspes conatur persuadere Cyro, ut formosam quampiam mulierem amet, timentique ne forte hujus formae intempestivus spectator, majores res, quae ipsi essent obeundae negligeret, subdit illico adolescens: Οἴει γὰρ, ὦ Κῦρε, ἱκανὸν εἶναι κάλλος ἀνθρώπου ἀναγκάζειν τὸν μὴ βουλόμενον πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον; *Existimas ne ergo, o Cyre, formam mulieris, invitum posse cogere ad ea, quae facto sunt optima, non praestanda?* Clarius Sophocles Electr. vs. 1226. ubi postquam Orestes ab Electra interrogatus, ubi ipsius esset sepulcrum, respondisset, vivi hominis nullum esse sepulcrum, vicissim eum rogat Electra: Ἦ ζῇ γὰρ ἀνήρ; *An igitur vivit ille*? Ex ejus scilicet verbis colligit, Orestem vivere, quod tamen interrogat. Rursus dicente illo: *si quidem ego vivo*, hinc iterum concludit, illum Orestem ipsum esse, & denuo excipit: Ἦ γὰρ σὺ κεῖνος; *An igitur tu es ille*? Cum Vigero consentire videtur Devarius, qui in V. γὰρ ait, τί γὰρ esse interrogationis notam, & totum illud significare *nonne*? vel *nunquid*. id, quod confirmat verbis Xenophontis ἀπομν. 2. p. m. 748. ubi dicitur Socrates ita ordiri quaestionem: τί γὰρ ὅστις δαπανηρὸς &c. sed sic quidem quaedam tacita latet consequentia; non enim omnino incipit quaerere Socrates, sed praecedenti quaestioni aliam addit. Rogaverat enim, num amicus gulosus

haec particula, cum indignationem adjunctam habet. Aristophanes in Pluto [†]: Τὸ γὰρ ἀντιλέγειν τολμᾶν ὑμᾶς, ὡς οὐ πάντ' ἐστ' ἀγαθ' ὑμῖν διὰ τὴν πενίαν; Id est, *Itane vero, audeatis etiam negare bonorum vobis omnium caussam esse paupertatem?* Ita saepe Tullius particulam *enim* usurpat: ut Philipp. 8. *Semel enim pacem defendi?* Ἅπαξ γὰρ ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἔπραξα ἐγώ;

Οὐ γὰρ, nonne? IV. Οὐ γὰρ, saepe vehementer interrogat. Chrysostom. in cap. 15. Epistolae 1. ad Corinthios; Οὐ γὰρ ἐκκοπῆναι τὴν γλῶτταν ἐκείνην ἔδει; οὐ γὰρ σβεσθῆναι τὴν καρδίαν τὴν ταῦτα τίκτουσαν; id est, *Quin enim? an non linguam istam exscindi oportuit? non cor istud extingui, quod talia pareret?* Contra

Γὰρ, abundat. γὰρ, interdum παρέλκον [45], responsioni & approbationi servit. Plato saepe: Ἔστι γὰρ οὕτω· *Ita est.*

V.

sus &c. esset quaerendus? Quo negato, denuo rogat. num *igitur* sumptuosus? itemque in sequentibus saepe repetit illud τί γάρ; Significat itaque γὰρ ibidem *igitur*; utpote compositum ex γὲ & ἄρα. Q. d. *si non gulosus, ergo alius quaerendus est. Quis ille?* Patet hoc clarius ex prima quaestione Socratis, ubi haec nostra ratio non valeret. Hanc non inchoat τί γάρ; sed ἆρα πρῶτον μὲν &c. Pro iisdem in sequentibus reponit τί δέ; Latine. *Quid tum?*

44 Vid. Bud. p. 520. qui intelligit, τίς ἀνάσχοιτο; vel πῶς οὐκ ἂν τιμωρίας ἄξιον; vel πῶς οὐκ ἀναιδείας μεστόν;

45 Non adeo παρέλκει, sed eandem vehementiam, quae est in interrogatione, οὐ γάρ; servat etiam in responsione, & ut plurimum *sane*, *profecto* reddendum est. Ita Plat. in Phaedr. pag. 229. ΦΑΙΔ. Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι; ΣΩΚΡ. Λέγεται ΓΑΡ. *PHAED. Dic mihi, Socrates, nonne hinc dicitur ab Ilisso Boreas Orithyiam rapuisse? SOCR. Dicitur sane.* Nec absimili usu adhibetur apud Latinos *enim*. Ita Ter. Andr. 3. 2, 22. Ubi Simo Davo dicenti: *Quasi tu dicas, factum id consilio meo:* respondet: *Certe ENIM scio.* Nec raro post interrogationem diserte pro ὅτι ponitur in responsione. Exemplum suppeditat idem Plato in Hipp. maj. statim in vestibulo: ubi Hippias interroganti Socrati, cur longo temporis spatio Athenas non venisset, respondet: Οὐ ΓΑΡ σχολή, ὦ Σώκρατες. *Non enim fuit otium, Socrates.* q. d. *Caussa, cur tam diu abfuerim est:* ὅτι οὐκ ἦν σχολή. Et AElian. V. H. lib. XI, cap. 10. Ἤρετο αὐτόν (Zoilum intellige) τίς τῶν πεπαιδευμένων, διὰ τί κακῶς λέγει πάντας. ὁ δὲ, ποιῆσαι ΓΑΡ κακῶς βουλόμενος οὐ δύναμαι. *Interrogabat eum eruditorum quispiam,*

V. Δὴ, in soluta oratione nunquam praeponitur initiis periodorum, aut membrorum: in versu, modo sequitur, modo

Δὴ, nunquam periodorum initio.

piam, *cur omnibus malediceret. Quoniam, inquit, cum volo, illis malefacere non possum.* Consentit Plut. de aud. Poët. pag. 15. Σιμωνίδης μὲν ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν εἰπόντα, τί δὴ μόνους οὐκ ἐξαπατᾷς Θετταλούς; ἀμαθέστεροι ΓΑ'Ρ εἰσιν, ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. *Simonides interroganti, cur solis Thessalis non imponis? Quoniam, inquit, rudiores sunt, quam quibus a me imponi possit.* Rarius in eadem significatione eadem particula in initio ponitur, cum nihil praecedat, ad quod referri potest. Ita Dionysius apud Herodot. Erat. cap. 11, suam incipit orationem: Ἐπὶ ξυροῦ ΓΑ'Ρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα, Ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, καὶ τούτοισι ὡς δρηπέτῃσι· νῦν ὦν τὸ παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν ἔσται &c. Ad verbum: *In summo enim periculo res nostrae sunt constitutae, Viri Iones, ut vel simus liberi, vel servi, & quidem fugitivi. Nunc igitur impraesentiarum nobis subeundus est labor.* Mutato verborum ordine, sensus erit: *Nunc sane subeundus est labor, nam*, vel, *quoniam in summo periculo res &c.* De phrasi, ἐπὶ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἔχεσθαι, dicetur postea ad Cap. seq. sect. 11, reg. 15. Ad haec duos inprimis elegantes usus observa. Prior est, cum ante particulam γὰρ quaedam subaudienda relinquuntur. Ita Athen. lib. XIII. statim in init. Ἀντιφάνης ὁ κωμῳδοποιὸς ὡς ἀνεγίνωσκέ τινα τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ τῶν ἑαυτοῦ κωμῳδιῶν, (ὁ δὲ δῆλος ἦν οὐ πάνυ τι ἀποδεχόμενος) δεῖ ΓΑ'Ρ, ἔφησεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ταῦτα ἀποδεχόμενον ἀπὸ συμβολῶν πολλάκις δεδειπνηκέναι. *Antiphanes Comicus cum quamdam ex suis comoediis regi Alexandro recitabat, regique ea non admodum adridere videbatur: Oportet ENIM, inquit, o Rex, haec qui probaturus est, de symbolis saepe coenavisse.* Sententiam hiantem ita supple: Οὐδὲν δεινὸν πάσχεις ταῦτα οὐ πάνυ τι ἀποδεχόμενος. δεῖ γὰρ &c. i. e. *Non mirum est, tibi non admodum haec placere; oportet enim &c.* Adde Antoninum lib. VII, cap. 14, init. Φοβεῖταί τις μεταβολήν; ΤΙ' ΓΑ'Ρ δύναται χωρὶς μεταβολῆς γίνεσθαι; *Metuit quis mutationem? Quid enim potest fieri sine mutatione?* Ubi ante conjunctionem γὰρ adde: οὐ καλῶς πράττει, vel si quid aptius; ut sensus sit: *Is non recte facit; nam nihil &c.* Latinos quoque sua conjunctione *enim* hoc modo elliptice usos fuisse, liquet ex verbis Tiresiae apud Flaccum, lib. II, sat. 5, vs. 79. qui Ulyssi, objicienti Penelopes suae pudicitiam, quae frustra a procis sollicitata erat, respondet:

*Venit ENIM magnum donandi*
*parca juventus,*
*Nec tantum Veneris, quantum*
*studiosa culinae.*

Q. d. *Non mirum est Penelo-*

modo praemittitur: & tunc utrobique significat *prorsus*, *utique*, *sane*, *enimvero*, *plane*, *certe*. Exempla passim apud Homerum.

Καὶ δὴ, affirmat. VI. Secundo, (praeter communem illam & contritam acceptionem, qua significat *igitur*; in qua dicunt etiam δῆτα τό, quod tamen saepius significat *videlicet*.) eleganter post-

*pen conjugii fidem sanctam servavisse*; *nam* &c. Alter usus est, quando hujus conjunctionis vis conclusiva quaerenda est in sententia sequenti, cui tunc, nota absentis conjunctionis γὰρ, additur δέ. quomodo paulo obscurior fit oratio: qui idiotismus Poëtis proprius est. Ita, cum Circe Ulyssi abire volenti praedixerat iter ad inferos, moestus animo Ulysses illi respondet (apud Hom. Od. κ.)

Ὦ Κίρκη, τίς ΓΑ`Ρ ταύτην
ὁδὸν ἡγεμονεύσει;
Εἰς Ἄϊδος Δ' οὔπω τίς ἀφίκετο
νηὶ μελαίνῃ.

In quibus verbis τὸ γὰρ post τὸ Ἄϊδος est collocandum, ut sit sensus: *O Circe, quis hoc monstrabit iter? nam nemo hactenus ad Inferos pervenit nave nigra.* In his verbis si γὰρ ponitur post Ἄϊδος, evanescet conjunctio δὲ, id quod supra jam tetigimus, sect. I, r. 6. Denique levius est, sed tamen observatione dignum visum, particulam hanc cum copulativa τὲ conjungi: quo idiomate usi sunt Graeci, quando duae sunt rationes, quarum ex priore nascitur posterior. E. C. Apud Aretaeum de causs. & sign. morb. lib. II, cap. 9. Δυσαλθέα τάδε· οὔτε γὰρ ὠτειλὴν ῥηιδίως ἔχει, ῥηΐτερόν ΤΕ ΓΑ`Ρ λύονται. *Haec sanatu difficilia sunt; neque enim facile cicatricem ducunt; nam facile aperiuntur.*

46 Vel τὲ δὴ, praecedente vocula aliqua, ut in illo Herodiani, lib. I. Ubi post peractas Marci exsequias successuro in imperium Commodo suadent amici, ut milites adloquatur, & μεγαλόφροσι ἐπιδόσεσι animos militum sibi adjungat: dein subjungitur: Παρηγγέλθη ΓΕ ΔΗ` πᾶσιν ἐλθεῖν εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι. Quae verba Angelus Politianus ita vertit: *Edictum itaque omnibus, ut in campo de more adessent frequentes.* Quem locum a Tanaquillo Fabro male intellectum non possum non obiter hic ab omni menda vindicare. Politiani versio, elegantior quam fidelior, erroris ansam dedisse videtur, ita ut ille illud *De more* tantum restrinxerit ad τὸ, εἰς τὸ εἰωθὸς, quasi τὸ, ὑποδέχεσθαι ab interprete esset omissum, per quod videtur intellexisse: *Ut illam* (scil. ἐπίδοσιν, quod praecedit) *acciperent.* Itaque pro αὐτοὺς restituendum putat αὐτὴν, ut referatur ad ἐπίδοσιν. En ejus verba: *Sed ibi necessario reponendum* ΑΥ`ΤΗ`Ν *Intelligit enim* τὴν ἐπίδοσιν. In notis etiam brevibus, quae in editione Oxoniensi,

postponitur particulae καὶ, asseverandi gratia: ut, καὶ δὴ βουλοίμην ἄν· id est, *equidem omnino vellem.* Quomodo non raro

ensi, 1699. ad paginae marginem infimum subjectae sunt, invenio: *suadet textus, reponendum* [ αὐτὴν ] *intelligit enim* τὴν ἐπίδοσιν. Sed nihil omnino mutandum, & manifestus patebit error, si modo verborum structura instituatur, quae haec est: Παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν ἐλθεῖν εἰς τὸ πεδίον εἰωθὸς ὑποδέχεσθαι αὐτούς. Verbatim: *Et sane edictum est omnibus, ut venirent in campum, solitum recipere eos:* sive, *in quem convenire solebant.* Αὐτοὺς itaque referendum est ad praecedens πᾶσιν. Nihil planius. Caeterum τὲ δὴ vel καὶ δὴ passim redditur *igitur* vel *itaque*, ut ab interprete h. l. quod, quamvis huic loco posse quadrare non negem, tamen non vere genuinam particularum vim exprimit, nam quod in versione quadrat, & concedi debet interpreti, ne tironum in morem verbatim omnia reddendo in soloecismum incurrat; id non statim veram alicujus vocis significationem exhibet: id quod, si unquam alias, certe in particulis ejusmodi usu venit. Utraque igitur particula suam notionem & vim retinere debet. Et καὶ quidem seu τε conjunctio suo copulandi fungitur officio: particula vero δὴ non tantum probat vel confirmat praecedentia, quod in fine hujus sectionis ostendetur; sed etiam nescio quid addit & auget. V. G. si quis roget: *Visne post hanc vitam beatissima sorte frui?* Et respondeat quis: Καὶ δὴ, vel, Καὶ δὴ καὶ διώκω μάλιστα, explebunt illae particulae partes particularum οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ. q. d. Οὐ μόνον βούλομαι, ἀλλὰ καὶ διώκω μάλιστα. altero illo καὶ non abundante, sed significante *etiam.* Porro ob vim suam ἐπιδοτικὴν, qua superioribus aliquid addit, solet haec particula frequenter sequi post nomina superlativa, ut asserit Stephanus ad locum Thucyd. l. 1. c. 18. Inter alia, quae profert exempla, est illud quod extat eodem libro. c. 1. Κίνησις γὰρ αὕτη ΜΕΓΙΣΤΗ ΔΗ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο. *Hic maximus profecto motus inter Graecos fuit.* Adjungo, non tantum solere hanc particulam sequi post nomina superlativa, sed etiam superlativorum naturam habentia, atque ubi increscit oratio, perinde ac apud Latinos, *Tum demum. Tum vero.* Exemplum habet idem eodem libro c. 91. ubi postquam narravit, quomodo Themistocles Ephoros, qui Athenienses, muros aedificantes, impedire conabantur, continua temporis procrastinatione & fallaciis eluserit, tandem nam hic oratio increscit, & ad summum quasi fastigium venit) subjungit. Καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονί-

raro duplici καὶ includitur: ut, καὶ δὴ καὶ ἀνόσιον τοῦτό γε· id est, *& impium sane id fuerit:* ubi alterum καὶ παρέλκειν videtur [47].

VII. Interdum aliquid inter καὶ & δὴ, majoris elegantiae causa, inseritur: ut, Τοῦτο ἄρα τῷ ἐλευθέρῳ πρέπει, καὶ τῷ δικαίῳ δή· id est, *Hoc profecto liberalem hominem decet, & vero etiam justum.*

Eodem pertinent ista, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, sine ullo verbo, id est, *Quodque maximum est.* Sic, καὶ τὸ δὴ προὐργιαίτατον. *Quodque potissimum*, vel *maximum operae pretium est*; vel, *quod-*

οις, ἐνταῦθα ΔΗ' φανερῶς εἶπεν. *Et Themistocles adiens Lacedaemonios tunc demum aperte dixit.* Solent, inquam, Latini adhibere, *Tum vero.* Liceat mihi subjungere exempla, majorem lucem huic Graecae structurae datura. Continuo crescentem orationem habemus in Curtio, qui, postquam l. 3. c. 11. descripserat praelium Alexandri contra Darium, & eo pervenerat, ubi cominus pugnare coeperunt, addit: *TUM VERO multum sanguinis fusum est.* Paulo post increscente cadentium numero: *TUM VERO similis ruinae strages erat.* Deinde jam ad fugam inclinante Darii exercitu: *TUM VERO caeteri dissipantur metu.* Et tandem toto jam exercitu profligato: *TUNC VERO impotentis fortunae species conspici potuit.* Eodem modo Ovidius l. 1. trist. el. 3. ubi describit miseram rerum suarum conditionem, quam extremum tempus, quo sibi in Urbe manere licitum erat, adtulit: cum autem eo pervenit, ut domo egrederetur & a sua uxore divideretur, ait:

*TUM VERO exoritur clamor*
*gemitusque meorum,*
*Et feriunt moestae pectora*
*nuda manus.*
*TUM VERO conjux humeris*
*abeuntis inhaerens,*
*Miscuit haec lacrymis tristia*
*dicta suis.*

In ejusmodi occasionibus Graece dicas, τότε δὴ, vel τότε δὴ τότε, ut loquitur in simili occasione Aristides, Orat. pro Quatuorviris, pag. 320, init. & Cyrillus contra Julianum, lib. X, pag. 341. Ubi Christianos & Judaeos defendit contra criminationes Juliani, quasi sepulcris advolverentur, & incantationibus fidem haberent. Ac Judaei quidem, inquit, dum verum Deum colebant, hujus criminis omnino fuerunt immunes: postquam autem falsos Deos coluerunt, ΤΟ'ΤΕ ΔΗ' καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις μνήμασιν ἐνδιαιτώμενους, καὶ τῆς δι' ὀνείρων μαντείας γεγονότας ἐραστὰς κατίδοι ἄν τις αὐτούς. *Tunc vero, tunc & in impuris sepulcris versantes, & divinationi illi per somnia deditos illos videas.*

47 Vel potius sit ἐπιδοτικόν.

48 Vide

*quodque maxime urget*: & similia, in quibus praepositivus τὸ, sumitur pro subjunctivo ὅ [48].

VIII. Δὴ praefixum particulae πυ, vel πυθὲν, significat *videlicet*, *nimirum*, *opinor*, idque tam serio, quam joco. Serio, ut, μέμνησθε γὰρ δήπυ, *meministis enim*, *opinor* [49]. Joco autem, Σὺ δήπυ τηλικῶτος ὢν, καὶ τῶν ἀνδρειοτάτων ἂν περιγένοιο: id est, *Tu videlicet hac aetate*, *fortissimos etiam superare poteris*. Δήπυ, δήπυθεν, *nimirum*.

IX. Interdum vel incitando, vel concedendo, sumitur, pro *sis*, *vero*, *porro*. Incitando quidem: ut Φέρε δὴ; ἴθι δή. id est, *Age sis*, *age vero*. Sic Δεῦρο δή· id est, *Huc age*. Concedendo autem, ut Εἶεν δὴ ταῦτα· *Sint ista vero*. Φέρε δὴ, *age vero*.

X. Post adverbium ἐνταῦθα videtur commodo reddi, *enimvero* [50]: ut, Ἐνταῦθα δὴ ὗτος δεινόν τι παθών· id est, *Tum*, vel, *hic enimvero graviter commotus*.

XI. Saepissime praefigitur particulae ποτέ, tuncque aut παρέλκει, aut ejus significatio cum vocis illius significatione confunditur. Reddi enim debet, *tandem*, vel *demum*: ut Τί δή ποτέ σε ὗτωσὶ παροξύνει; *Quid tandem usque adeo te commovet* [51]? Τί δήποτε; *quid tandem?*

XII. Οὕτω δὴ, non raro verti potest, *atque ita*: ut, Οὕτω δὴ, πάντα διειργασμένος, ᾤχετο χαίρων· *Atque ita confectis omnibus exsultans abiit*. Οὕτω δὴ, *atque ita*.

XIII. Ironice quoque per sese ponitur: ut, Ὑμεῖς ἄρα, φιλομαθεῖς δή τινες ὄντες, ἄσμενοι ἂν τῆς παιδείας ἕνεκα πάνθ' ὑπομένητε· id est, *Vos nempe doctrinae tam studiosi*, *ejus caussa nihil non feratis*. Δὴ, ironicum.

XIV. Aliquando uni tantum elegantiae servit: ut Αὐτίκα δὴ μάλα, id est, *Subito admodum*, vel *continuo*. qua in acceptione, non raro, vel sequitur particulam δέ, ut ἐὰν δὲ δὴ, *quod si*: vel cum particulis similitudinem aut accessio- Δὴ, abundat.

48 Vide Cap. I. Reg. 13.

49 Verba sunt Demosthenis de fals. leg. citata a Bud. pag. 487. Adi ep. Pauli ad Hebr. II, 16. Οὐ γὰρ δήπυ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. *Non enim videlicet angelos adsumit*, *sed semen Abrahami adsumit*. Et Demosthenem de Classibus: Ἐκεῖνό γε δήπυθεν ἅπαντες ἐπίστασθε. *Illud utique omnes novistis*.

50 Aliquando tamen, ut liquet ex loco, modo ex Thucydide citato.

51 Et hic eandem vim habere, quam reg. 6. modo innui, contendo.

cessionem indicantibus conjungitur, ut, Καθ' ὃ δὴ, ὥσπερ δή· sic, Καθ' ὃ δὴ πρότερον· id est, *Quemadmodum etiam ante factum idem est*, ubi fungitur vice particulae ἂν, de qua postea. Imo & cum ea quoque conjungitur, ut, καθάπερ ἂν δὴ, eodem sensu.

XV. Sed notandum hic primo, non initio periodi hoc loquendi genus usurpari [52]. Erraret enim, qui orationem inchoans hac similitudine, *Quemadmodum ferociens quidam leo*; sic eam Graece redderet, Ὥσπερ δὴ vel δὴ ἂν λέων τις ἄγριος. sola enim particula ὥσπερ, aut similis adhibenda tum est.

Notandum secundo, cum mediis in periodis usurpatur, indicari, placere admodum ac probari comparationem illam, vel accessionem, ideoque latere significationem adverbii *etiam*, vel *utique*, aut alterius similis [53].

S E-

52 Hinc patere potest hanc conjunctionem non esse superfluam, sed superiora vel confirmare, vel ad ea aliquid addere, vel denique, ut Noster ait, comprobationis esse notam.

53 Atque ita solet haec particula quam vehementissime assertionem stabilire, ut si dicas: *Si unquam alias, nunc utique Resp. in periculo magno versatur.* Sic Graece: Εἴπερ ποτε, νῦν γε δὴ μέγαν κίνδυνον τὰ τῆς πόλεως κινδυνεύει. Nam particula γε solet fere addi. Aristid. serm. sacr. 1. pag. 506. in fine. Καὶ ἐδόκει αὐτοῖς, νῦν γε δὴ πάντως δεῖν τομῆς. *Et videbatur illis, nunc utique omnino sectione opus esse.* Utriusque particulae vice fungitur non raro sola particula καὶ. ita Εἴπερ ποτε, καὶ νῦν. Sic Xenoph. Κύρ. παιδ. lib. V. pag. 115. lin. 24. Εἴτις καὶ ἄλλος ἀνὴρ, ΚΑΙ ὁ Κῦρος ἄξιός ἐστι θαυμάζεσθαι. *Si quis alius, Cyrus utique admiratione dignus est.*

54 Nun-

# SECTIO VI.

*De Conjunctionibus* εἰ, ἤν, ἄν, ἐάν, *& adjacentibus particulis.*

## REGULA I.

Εἰ & ἤν, quemadmodum, ἄν, & ἐάν, per ſe ſolae promiſcue uſurpantur in vulgari acceptione, qua ſignificatur Latinum *ſi*. Latius tamen patet uſus conjunctionis εἰ, quam caeterarum, ut conſtabit ex ſequentibus: ubi tum de caeteris quoque monebimus, cum idiotiſmus aliquis aequaliter illis omnibus conveniet.

II. Εἰ per ſe ſolum [54], aliquando ſumitur pro εἴθε· id eſt, *utinam!* apud Poëtas quidem ſaepius, rarius apud Oratores. Homerus Odyſſ. γ. verſ. 205. Εἰ, *utinam.*

Εἰ γὰρ ἐμοὶ τοσσήνδε Θεοὶ δύναμιν περιθεῖεν.

*Utinam tantum mihi facultatis & virium Dii concederent.* Xenoph. παιδ. 6. Εἰ γὰρ γένοιτο, ἔφη ὁ Ἀράσπας, ὅτι ἐγώ σοι ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην αὖ χρήσιμος· id eſt, *Utinam vero, inquit Araſpas, exiſtat aliquid, in quo tibi rurſum uſui eſſe poſſim.* Ita forte ſumendum illud Virgil. AEn. 6. verſ. 187.

*Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus*
*Oſtendat nemore in tanto.*

Saepius jungitur cum ὤφελον, ἔφη, id eſt, *utinam vero, inquit!* quibus in locis particula γὰρ, aut omnino vacat, aut reddi debet, *vero:* ut δὲ ſaepe ſignificat *enim.*

III. Εἰ, aliquando ſumitur pro ὅτι, *quod*; ac fere poſt aliquod verbum affectum aliquem animi ſignificans, ut ſunt θαυμάζω, *miror*; χαίρω, *gandeo*; ἄχθομαι, *doleo*; δακρύω, Εἰ, *quod.*

54 Nunquam, quod ſciam, per ſe ſolum, ſed conjunctum cum particula γὰρ, ut ex exemplis ſubjectis patet, ut & Lucian. in Prometh. ſub finem: Εἰ γὰρ γένοιτο ταῦτα· *Utinam haec fierent!* & Hom. Il. Β, vſ. 371.

Αἳ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον,
Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν.

*O utinam, ô Jupiter, & Pallas, & Apollo, tales decem mihi conſiliarii eſſent Achivorum!*



Digitized by Google

κρύω, *lugeo*; κλαίω, *fleo*, & simil. Demosthen. de Falsa Legat. Καὶ τοὺς Ἀρκάδας ὑμῖν ἀπήγγειλεν, ὡς ἔχαιρον, εἰ περιέχει τοῖς πράγμασιν ἤδη ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις· id est, *Arcadas etiam eo vobis laetari nunciavit, quod jam Athenienfium civitas rerum satageret.* Synes. Ἔκλαιον, οὐχ εἰ τεθνήξοιμην. *Flebam, non quod paulo post moriturus essem.*

Isocr. Θαυμάζω τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυναστευόντων, εἰ προσήκειν αὐτοῖς ἡγοῦνται μέγα φρονεῖν· id est, *Miror equidem civitatum principes, quod efferri suum esse putent.* Oenomaus apud Eusebium Praeparat. 6. Ἐμοὶ δὲ θαυμάζειν ἔπεισιν, εἰ τοιαῦτα λέγων, οὐκ ᾐσθάνετο τῆς ματαιολογίας τῆς ἑαυτοῦ. *Mihi vero plane mirari subit, ipsum dum ista diceret, quam inania quamque frivola diceret, non sensisse.*

*Utrum.* IV. Aliquando idem est, quod πότερον, *utrum*, *an*, *num*, dubitando potius, quam interrogando. Plutarch. Lycurgo, Εἰ καλῶς κείμενοι νόμοι τυγχάνουσι, ἠρώτησε· id est, *Rogavit, num rite constitutae leges essent.* Quod etiam, raro licet, aliquando tamen Latini auctores imitantur [55]. Hic vero notandum est, hac in acceptione, non raro, εἰ μὲν, & εἰ δὲ μὴ, inter sese opponi. Xenoph. παιδ. 8. [56]. Εἰ μὲν ἂν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω, εἰ δὲ μή, καὶ παρὰ τῶν προγεγενημένων μανθάνετε· id est, *Utrum ego vos satis doceam, nec ne, ex senioribus etiam intelligite* [57].

V.

55 Sic enim Ter. Heaut. 1, 1. 117. *Visam, si domi est.* Et Adelph. 4, 2, 10.

*Nunc redeo: si forte frater redierit, viso.*

56 Pag. 237. in fin. Alium tamen, quo regula firmetur, locum desidero, quia non satis perspicuum est, particulam εἰ ibi obliquam interrogationem aut dubitationem inferre, ac non potius oppositas conditiones, quarum prior sit elliptica, ut mox ad reg. IX. dicetur: ita ut verba sic reddantur: *si itaque satis vos doceo, [recte habet]; sin minus* &c. Quomodo paulo ante εἰ μὲν & εἰ δὲ μὴ opposuerat, sed plenius: ΕΙ ΜΕΝ οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα, ὥσπερ ἐγὼ οἴομαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδούμενοι ποιεῖτε, ἃ ἐγὼ δέομαι· ΕΙ ΔΕ ΜΗ οὕτως &c. *Si ergo haec ita se habent, ut ego arbitror, & anima corpus relinquit, meam quoque animam reverentes facite, quae peto: sin minus, &c.*

57 Alias, cum in dubitatione diversa membra proponuntur, εἰ & ἢ sibi invicem respondent. Paus. in Achaicis pag. 420, prop. fin. Οὐδὲ οἶδα, ΕΙ ἀφικόμενος ἐς Ῥώμην ὠφέλησεν ἄν τι Ἀχαιούς, Ἢ κακῶν σφισιν ἐγένετο μειζόνων ἀρχή. *Nec satis scio, utrum, si Romam pervenisset, Achaeis aliquo modo profu-*

V. Eadem conjunctio proprium id habet, ut per se sola imperfecto & aoristis, aliquando etiam, licet multo rarius, cum perfecto conjungatur sine conjunctione ἂν [58]: Quibus tamen in locis idem sensus est, ac si vel adhiberetur ἂν, vel optandi modus usurparetur. Plena exemplis omnia. Clarum illud ex Demosthen. Philipp. I: quam sic orditur: Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο λέγειν· verbatim, *Si de communi quodam negotio propositum esset dicere:* vel, *si novum argumenti genus ad dicendum esset propositum.*

Item Olynth. I. [59] Εἰ γὰρ τὴν αὐτὴν παρειχόμεθα ἡμεῖς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν προθυμίαν· *Si enim eandem in nostra ipsorum caussa alacritatem ostendissemus:* ubi imperfectum pro aoristo positum est.

Item Olynth. 2. [60] Σφόδρα ἂν ἡγούμην φοβερὸν εἶναι τὸν Φίλιππον, εἰ τὰ δίκαια πράττοντα ἑώρων αὐτὸν ηὐξημένον· id est, *Philippum equidem valde metuendum putarem, si eum justis actionibus crevisse cernerem.*

Similiter de Aoristo judicandum. Idem Olynth. I. [61] Εἰ μὲν γὰρ ὑφ' ἡμῶν πεισθέντες, ἀνείλοντο τὸν πόλεμον· pro ἀνείλοντο ἄν· id est, *Si enim a nobis persuasi, bellum hoc suscepissent.* Ibid. [62] Εἰ τότε τούτων ἑνὶ τῷ πρώτῳ προθύμως ἐβοηθήσαμεν αὐτοῖ· *Si tunc uni eorum, cui primum libuisset, alacriter opem tulissemus:* pro ἐβοηθήσαμεν ἄν [63].

VI. Εἰ καὶ, verbatim *si &*, significat *& si*; quod etiam dicunt, καὶ εἰ· sed fere interposito γὰρ, *nam:* καὶ γὰρ εἰ significat *etsi enim.* Εἰ ἄρα, εἴγε, εἴπερ, εἰ δὴ, εἴ που· vel ἤν, & ἐὰν cum iisdem particulis sumuntur pro *si modo*, vel *si quidem*, vel *si forte:* quae postrema significatio saepius

*profuturus, an majorum calamitatum caussa fuisset.* Nam ἤ hoc modo etiam reddendum esse *an*, supra docuit Noster Cap. praecedenti Sect. 7, reg. 2.

58 Confer sect. 3, reg. ult.

59 Pag. 2, lin. 18.

60 Pag. 6, lin. 44.

61 Pag. 2, lin. 11.

62 Pag. 2, lin. 26.

63 Praeterea observanda est βραχυλογία, qua post hanc conjunctionem aliquid subaudiendum relinquitur. Tale est illud Xenophontis Hist. Gr. lib. IV. pag. 532. Ἐδέοντό τε, εἰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλὰ τοσοῦτόν γε χρόνον καταμεῖναι αὐτόν &c. *Orabant, si nihil aliud, ut saltem tam diu maneret.* Ubi intellige vel ex persona rogati, ποιεῖν sive ἐπιτρέπειν ἐβούλετο· vel ex personis rogantium, ἄλλο πράττεσθαι ἐδύναντο, vel simile quid.

 64 Pag.

pius cadit in εἴπω, ἤπω, ἐάνπω· vel *sicubi*. Quarum acceptionum trita sunt exempla.

Εἰ δὲ, *quod si.* VII. Εἰ δὲ, & ἐὰν δὲ, aliquando significant *quod si*; nunquam enim dicitur, ὅτι εἰ· Qua in acceptione, vel plena oratio, ut, Εἰ δὲ κἂν τοῦτο λίαν σοι δόξειεν, id est, *Quod si hoc etiam nimium tibi videatur*: vel aliquid ad justum integrumque sensum desiderat. Demosthen. in Midiam [64]. Θάῤῥει, φήσειέ τις ἄν; οὐ γὰρ ἔτ' οὐδὲν ὑβρισθήσῃ· ἐὰν δὲ, τότε ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφέντες; id est, *Bono es animo; dicat aliquis: nec enim ullam amplius injuriam accipies: quod si*, vel potius *quid si*; (supple ἔτι ἂν ὑβρισθήσομαι, *novam aliquam injuriam accipiam:*) *num vos ei tum demum succensebitis, quem nunc impune dimiseritis?*

Εἰ μὴ, *nisi.* VIII. Εἰ μὴ, vulgo quidem significant *nisi*: aliquando tamen apud Atticos, qui vocum & sententiarum trajectione gaudent; voces illae simul conjunctae, significationem istam amittunt, quod ad sententiae totius explicationem, verbum aliquod inter eas interjici debeat. Tunc autem reddi possunt, *si non jam*. Thucydid. lib. I. Καὶ συγγνώμη, εἰ μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον, ἁμαρτίᾳ τῇ πρότερον ἀπραγμοσύνῃ, ἐναντία τολμῶμεν· id est, *Et venia quidem*, (supple *dari nobis possit*,) *si non jam improbitate quadam, sed potius cum gloria superioris negligentiae peccato contraria moliamur* [65]. Hinc enim τολμῶμεν inseri debet inter εἰ & μὴ, ut sensus clarior habeatur [66].

Εἰ μὴ, *si non jam.*

Εἰ δὲ μὴ, *sin minus.* IX. Εἰ δὲ μὴ, & aliquando εἰ δὲ οὐ communiter verti debet, *sin minus*: ut, Ἀλλ' ὅπως εἰς τὔπιὸν μετριώτερος ἂν φαίνοιο, εἰ δὲ μὴ, πικρῶς ἄν σοι προσφέροιτο· id est, *Sed vide sis*,

64 Pag. 415, lin. 50.

65 Locus est lib. I, cap. 32. in fine, ab Auctore minus recte distinctus, nec adeo recte versus. Tu post ἁμαρτίᾳ distingue, non autem post ἀπραγμοσύνῃ, & redde: *Et venia danda est, si, non malo animo, sed opinionis potius errore superiori nostrae quieti contraria molimur.* Corcyraei enim, quorum institutum fuerat nullis sociorum bellis se immiscere, sed, illis praeliantibus, quiescere, nunc ipsi ad angustias redacti, aliorum auxilio indigentes opem petunt.

66 Est & ubi adverbium ἐκτὸς praemissum habet, quod tum abundare videtur. Ita ut ἐκτὸς εἰ μὴ simpliciter notet *Nisi*. Ita Plut. in Vit. Demosth. pag. 850. lin. 21. Ἐκτὸς εἰ μὴ νὴ Δία πρὸς τὸ ὑπὲρ Ἀλοννήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης καὶ τοῦτο πέπαιχεν. *Nisi sane ad orationem de Halonneso Antiphanes etiam hic allusit.*

67 Est-

*sis, ut majorem in posterum modestiam probes; sin minus acerbe tecum acturus ille est.*

Aliquando tamen illae voces magis ἐλλειπτικῶς usurpantur Demosthen. de Falsa Legat. Ὁ ὑπὲρ ὑμῶν γράψας μὴ ἄγειν ἐν τῷ πολέμῳ πρὸς τὸν Φίλιππον ὅπλα· εἰ δὲ μὴ, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, ἀπώλωλε, καὶ ὕβριςαι. id est, *Qui vestra causa decretum ediderat, ne quis ad Philippum belli tempore arma deferret, sin minus* (id est, *qui secus faceret*) *mulctaretur: is nunc periit, foedeque tractatus est.* Hic post εἰ δὲ μὴ supplendum videtur, Τίς τῷ νόμῳ πειθαρχήσῃ; id est, *Legi quis paruerit*[67]. Εἰ δὲ μὴ defective.

X. Εἰ δ' ἄγε, apud Poëtas saepius, rarius apud Oratores etiam κατ' ἔλλειψιν usurpantur; reddique possunt, *quod si non credis*, vel, *non creditis*, *age:* tuncque illud *age*, ad Εἰ δὲ ἄγε, defective.

67 Estque hoc perpetuum, cum praecedit vox negativa; sic eadem elliptica oratione utitur Matthaeus c. IX. 17. Οὐ δὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς. ΕΙ ΔΕ ΜΗΓΕ, ῥήγνυνται οἱ ἀσκοί. *Neque injiciunt vinum novum in utres veteres: alioqui rumpuntur utres.* Hic post εἰ δὲ μήγε subaudi εὐλάβειαν ἔχωσι. *Cautionem adhibeant*, vel simile quid. Vide & Epict. Enchir. cap. 39. Est & ubi oratio ellipsin patitur ante εἰ δὲ μή. Ita apud Thucyd. lib. III. cap. 3. Καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα· εἰ δὲ μὴ, Μιτυληναίοις εἰπεῖν, ναῦς τε παραδοῦναι καὶ τείχη καθελεῖν. Verbatim: *Et si succederet conatus. Sin minus, Mitylenaeos juberent, & naves tradere & demoliri muros.* Quae oratio ut sit integra, post ἡ πεῖρα subaudi καλῶς ἂν εἴη. ut sit sensus plenior: *Et si hic conatus succederet, bene se res haberet.* Dignissimus, qui super hac re consulatur L. Bos, sub finem vere aurei libelli, quem de Ellips. Gr. conscripsit. Eleganter Plato in Gorg. pag. 516. lin. 41. post εἰ μὴ omittit sequentia, quae ab attento lectore interseri debent. Ita enim: Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο, καὶ ΕΙ ΜΗ διὰ τὸν Πρύτανιν, ἐνέπεσεν ἄν. *Miltiadem illum, qui in campo Marathonio* (scil. victoriam reportavit, de qua Ellipsi vide supra ad cap. I. §. 19. n. 2.) *in Barathrum conjiciendum decreverunt, & nisi per Prytanim*, verbatim, vel *nisi Prytanis obstitisset, injectus fuisset.* Eodem modo Thucydides, lib. 2. cap. 18. Ἐδόκουν οἱ Πελοποννήσιοι ἐπελθόντες ἂν διὰ τάχους, πάντα ἔτι ἔξω καταλαβεῖν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκείνου μέλλησιν. *Videbantur Peloponnesii, si celeriter invasissent, omnia quae extra urbem erant, occupare potuisse, nisi propter illius cunctationem.* supple: *prohibiti fuissent.* vel, *nisi illius cunctatio ipsis in mora fuisset.* Confer Aristidem sacr. serm. I, pag. 509.

68 E-

ad sequentia potius pertinere videri possit, Homer. Il α. vers. 524. Εἰ δ' ἄγε, τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς. *Quod si dubitas; age, tibi jam capite annuam, ut fidem adhibeas.*

Aliquando tamen, ad idem ἄγε, pertinet εἰ δὲ, tumque, tria illa verti possunt, *age vero*; vel, *nunc autem age sis.* Theocrit. in Pharmaceut. vers. 95. Εἰ δ' ἄγε, Θέστυλί, μοι χαλεπᾶς νόσω εὗρέ τι μᾶχος· id est, *Age vero, Thestyli, gravis morbi remedium mihi aliquod excogita* [68]. Hic enim τὸ μᾶχος, posuit pro τὴν μηχανὴν· id est, *Artem aliquam & machinam, qua morbus ille pellatur.*

Εἰ βύλει δὲ. XI. Εἰ βύλει δὲ, vel εἰ δὲ βύλει, verbatim, *si vis autem*, eleganter & Attice; pro, *vel si mavis, atque adeo.* Gregorius de Athanasio, Τὺς μὲν ἐν λόγῳ δεινὺς, τῇ πράξει, τὺς πρακτικὺς δὲ, τῷ λόγῳ νικήσας· εἰ βύλει δὲ, λόγῳ μὲν τὺς εὐδοκίμυς ἐν λόγῳ, πράξει δὲ τὺς πρακτικωτάτυς ὑπερβαλών· id est, *Qui eloquentia praestantes, agendi laude: in agendo excellentes, oratione superavit: vel, si mavis*, imo vero, *& dicendo eos qui praestarent eloquentia, & eos qui agendo excellerent, agendo vicit* [69].

Εἴπερ, *siquidem.* XII. Εἴπερ, praeter eum usum, quem Regul. 6. observavimus, tres alios habet. Primus est, ut sumatur pro *siquidem*, instituendo comparationem inter diversa: tuncque particulas illas sequitur καὶ in opposito membro. Demosthen. in Timocr. Ἄξιον δὲ, εἴπερ περὶ τοῦ καὶ ἄλλυ, καὶ περὶ τῦδε διελθεῖν· id est, *AEquum autem est, si de quoquam alio, certe de hoc etiam dicere*: ubi prius καὶ abundat.

Εἴπερ, *quoniam.* Secundus est, ut significet ἐπεὶ, vel ἐπειδὴ, vel ἐπειδήπερ, vel ὅτι δὴ, id est, *quandoquidem.* Aristotel. 6. Politic. Εἴπερ τοῦ δύλυ ὄντος [70], τὸ ζῆν μὴ ὡς βύλεται. id est, *Quandoquidem servi hoc proprium est, ut non vivat quomodo voluerit.*

Εἴπερ, *sic.* XIII. Tertius usus rarior est, ut sumatur pro *sic*: quod mirandum potius videtur, quam imitandum. Aristid. in Pana-

68 Editio certe Wintertoni habet: Εἰ' ἄγε. unde Latinorum *Eia age*, adhortandi formula. Hesychius tamen εἰδ' ἄγε explicat per ἄγε δή. Adi L. Bos, Ellips. Gr. qui eadem exempla citat, in V. βύλεσθαι. & Budaeum pag. 526.

69 Ex Budaeo pag. 526.

70 Supple ex praecedentibus ἔργον ἐστιν. Integriorem locum habet Budaeus, ut & superiorem Demosthenis, pag. 526.

71 Ob-

Panathen. ubi Athenas, & Athenarum Acropolim, terrarum umbilicum esse ait. Ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἀσπίδος, inquit, κύκλων εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκότων, πέμπτος εἰς ὀμφαλὸν πληροῖ διὰ πάντων ὁ κάλλιστος· εἴπερ ἡ μὲν Ἑλλὰς ἐν μέσῳ πάσης τῆς γῆς· ἡδὲ Ἀττικὴ, τῆς Ἑλλάδος· τῆς δ' αὖ πόλεως, ὁμώνυμος, (legendum videtur ἡ ὁμώνυμος. Ἀκρόπολιν enim Athenarum intelligit, quae ut ipsemet ait, & certum est, πόλις vocabatur) id est, *ut enim in clypeo, ita circuli aliis alii imponuntur, ut quintus inter omnes pulcherrimus justum compleat umbilicum:* (hic enim εἰς abundare videtur, aut πληροῖ, pro πληροῦ) positum est.) *Sic Graecia in medio universae terrae sita est; Attica Graeciae; Urbs Atticae; Urbis demum in medio, cognominis ejusdem Acropolis collocata est.* Hic εἴπερ, respondet τῷ ὥσπερ [71].

XIV. Εἴπερ ἄρα, in medio fere periodi membro, (nunquam orationis initio) ἐλλειπτικῶς usurpatur. Tunc autem, quod integrae orationi deest, ex superioribus fere membris suppleri debet. Synesius Epistol. Τοῦτο μὲν οὐκ ἔτι φιλίαν ἀπειπεῖν, ἀλλ' ἔχθραν ἀνειπεῖν, ἤρκει γὰρ, εἴπερ ἄρα, τὸ μὴ συναλγῆσαι· τὸ δὲ καὶ προσεπηρεάσαι, πόῤῥω δεινόν· id est, *Hoc quidem, non jam amicitiam renuntiare est: sed inimicitias denuntiare: alioqui satis erat, non simul dolere; at dolorem etiam addere, atrox prorsus atque indignum est.* Hic εἴπερ ἄρα, commode verti potest, *alioqui.* quod autem — Εἴπερ ἄρα, defective.

71 Obscura omnino ratio, quam tamen mihi videor planiorem reddere posse, si dicam, τὸ εἴπερ hoc loco retinere suam significationem τοῦ ἐπειδήπερ, & similitudinem imperfectam sua ἀποδόσει carere; quae ita suppleri possit, si sequantur, τὸν αὐτὸν τρόπον διὰ πασῶν καλλίστη ἐστί. Suspicionem enim ἀποσιωπήσεως injiciunt sequentia: Ἀλλ' ἐντεῦθεν μὲν ἡμᾶς ὁ λόγος παρήνεγκε τῆς ἀεὶ προσπιπτούσης ἀκολουθίας ἐχόμενος· ἐπιστρεπτέον δὲ πάλιν &c. Et conjunctio ἀλλὰ est nota corripientis μακρολογίαν quamdam, in quam se fingit incidisse orator; quae tamen ipsi arrisit, sed quam verbo adtigisse satis habuit. Integer itaque sensus erit: [*Eodem plane modo,*] *quoniam Graecia in meditullio orbis terrarum sita est, Attica Graeciae, urbs Atticae, Urbis demum in medio cognominis ejusdem Acropolis collocata est,* [*haec inter omnes est pulcerrima,*] *sed haec perpetua rerum incidentium serie me abripuit oratio: quare redeundum est* &c. Quae si ita sint, evanescet nova haec τοῦ εἴπερ significatio. Locus Aristidis extat pag. mih. 171. tom. I.

tem deest, ita suppleri possit: Εἴπερ ἄρα μόνον ἦν ἀπειπεῖν· id est, *Siquidem tantum id esset amicitiam renuntiare.*

Aristotel. 10. de Coelo, Τὰ πάντα, καὶ τὸ πᾶν, καὶ τὸ τέλειον, ἐ κατὰ τὴν ἰδέαν διαφέρουσιν· ἀλλ', εἴπερ ἄρα, ἐν τῇ ὕλῃ. id est, *Universum, & perfectum, forma non differunt, sed materia tantum.* ubi in εἴπερ ἄρα, supplendum tantum est, διαφέρουσι.

Oenomaus apud Eusebium Praeparation. 6 Ὁ δὲ Ζεὺς ἔτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη, τί ἡμᾶς τίνυται, ἀλλ' οὐκ, (εἴπερ ἄρα) ἑαυτὸν, ὅτι τοιαύτην κατέδειξεν εἶναι τὴν ἀνάγκην; id est, *Nam iste quidem Jupiter, illa, inquam, necessitatis vestrae necessitas, quorsum in nos, ac non potius (quando poenas libet exigere,) in seipsum animadvertit, qui ejusmodi esse necessitatem ostenderit?* ubi post, Εἴπερ ἄρα, subauditur, τίνυσθαι χρή τινα, id est, *Siquidem punire aliquem oporteat.*

Diogenianus ibid. p. 265. εἰ ἄρα, pro εἴπερ ἄρα posuit: Πῶς τοίνυν δι' αὐτῶν σημαίνεται τὰ πάντα ἀπαξαπλῶς καθ' εἱμαρμένην εἶναι· καὶ μὴ εἰ ἄρα, ταῦτα μόνον, ὧν ἐστιν εἱμαρμένη; *Quomodo tamen omnia prorsus fato fieri significant, ac non potius; si qua nominum istorum vis, ea tantummodo, quae fati lege teneantur?*

Εἰ δ' ἄρα, non absimili modo, ab Atticis usurpatur: nisi quod, εἰ δ' ἄρα, membri sequentis initio collocatur, non autem in medio, ut εἴπερ ἄρα. Quare verti potest, *sin vero*, vel *alioqui*, supplendo tamen, quod justae orationi deest, ex praecedentibus. Demosthen in Midiam: Ἐπεὶ περιαιρεθεὶς ἔτος τὰ ὄντα, ἴσως μὲν οὐκ ἂν ὑβρίζοι, εἰ δ' ἄρα, ἐλάττονος ἄξιος ἔσται τοῦ μικροτάτου παρ' ὑμῖν· id est, *Is enim facultatibus suis spoliatus cum fuerit, nulli forte amplius injuriam faciet: sin vero, tum vilior sane fuerit homine apud vos despicatissimo.* ubi in εἰ δ' ἄρα, suppleri potest, ἔτι καὶ ὑβρίζοι, *injuriam facere perget.*

SECT.

Digitized by Google

# SECTIO VII.

## *De Conjunctione* καὶ, *cum particulis adjacentibus.*

## REGULA I.

Καὶ, praeter ea, quae de hac particula superius obiter attigimus, sequitur saepissime particulam τε, tuncque ambae reddi commode possunt, per *cum*, & *tum*, vel duplex *&*, ut, Ἀνὴρ ὀξύς τε τὴν διάνοιαν, καὶ σῶμα ἐῤῥωμένως ἔχων. *Vir cum acuto ingenio, tum robusto corpore.* Τὲ καὶ, *cum* & *tum*.

[72] Aliquando tamen, ac praesertim apud Thucydidem τε solum reperitur, ut *que* apud Latinos: quod tamen Poëtis longe frequentius est. Thucydid. lib. 2. [73] Τά τε ἔξω ἔλεγον αὐτοῖς μὴ ἀδικεῖν· id est, *Ac simul ipsis denuntiarunt, ea ne laederent, quae foris essent.* Apud Iones autem, aliquando τε vacat, quemadmodum τι· Herodotus lib. 2. Ἀλλ' ὅσον τε ἡμερέων τεσσάρων ἀνάπλουν, στεινή ἐστιν· id est, Τὲ, solum. Τά τε que.

*Sed*

72 Apud Poëtas particula τε bis vel pluries repeti solet, non sequente καὶ. Exemplis apud Homerum & alios nihil tritius. Sic Il. Α vs. 38.

Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις.

Rarius in soluta oratione. Exempla haec sunto. Apud Platonem in Phaedro pag. 267, lin. 6. Τισίαν τε, Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν. *Tisiamque, Gorgiamque dormire sinamus.* Et apud Athenaeum lib. Deipnosoph. XIII. pag. 584. Σέ τε γὰρ λέγουσι διαφθείρειν τοὺς ἐντυγχάνοντάς σοι, ἐμέ τε ὡσαύτως. *Teque enim ajunt perdere eos, qui te cum versantur, meque eodem modo.* Adde Xenoph. Κυρ. παιδ. lib. 1. Ἐπιλέλησθε δὲ παντάπασι, σύ τε, ὅτι βασιλεὺς ἦσθα, οἵ τε ἄλλοι, ὅτι σὺ ἄρχων. *Obliti fuistis prorsus, & tu, te regem esse, & caeteri, te ipsis imperare.*

73 Locus extat cap. 5. Ibidem tamen conjunctio ὅτε praecedit, ad quod illud τε refertur, atque ita potius repetitur, quam solum invenitur. Verba sunt: Κήρυκα ἐξέπεμψαν παρὰ τοὺς Θηβαίους λέγοντες, ὅτι οὔτε τὰ πεποιημένα ὁσίως δράσειαν, ἐν σπονδαῖς σφῶν πειραθέντες καταλαβεῖν τὴν πόλιν· τά τε ἔξω &c.

74 Lo-

*Sed ita angusta est, ut quatuor circiter dierum navigatione ambiri possit.* ubi ὅσον τε, pro ὅσον τι [74].

Καὶ, etiam. II. Καὶ, plerumque usurpatur pro *etiam*, non modo cum ἀλλὰ conjunctum, (quod nemo nescit,) sed etiam, quod raro tirones advertunt, per sese solum. Itaque cum occurrit, nec sensus patitur, ut reddatur per &, statim cogitent sumi pro *etiam*. ut, Καὶ ἀναίτιος δίκην ὑπέμεινε. *Etiam innocens poenas dedit.* Exempla passim. Demosthen. pro Corona, Ἐμοὶ τὴν εὔνοιαν καὶ νυνὶ παράσχεσθε. *Etiam nunc vestram mihi benevolentiam concedite.*

Καὶ, sed, at. III. Καὶ, in parenthesi, cum aliquid postea vehementius pressuri sumus, commode reddi posse videtur, *sed*, *at*. Demosthen. de Cherson. Αἴτιον δὲ τούτων· (καί μοι πρὸς Θεῶν, ὅταν ἕνεκα τοῦ βελτίστου λέγω, ἔστω παῤῥησία.) id est, *Istorum autem caussa haec est: (sed per Deos, liceat mihi, ubi de re utilissima dicendum est, fidenter loqui.)*

Καὶ, an vero? IV. Aliquando, initio membri, vel periodi, aut interrogantis [75] est, aut saltem dubitantis. Lucian. in Charonte:

74 Locus Herodoti est cap. 8. Frequens est hujus particulae adjectio post ὅσον. Hom. Od. Λ, vs. 25.

Βόθρον ὄρυξα ὅσον τε πυγούσιον.

*Scobem fodi cubitalem.* De vocula ὅσον, quantitatem notante vid. ad Cap. III. sect. 9, r. ult. Post οἶος, ἀντὶ τοῦ δύναμαι, fere perpetua est. V. ibid. s. 8, r. 9. Dein post praepositionem εἰς. Cap. seq. Sect. 2, r. 14. Post ipsam etiam conjunctionem cognatam καί. Pauf. in Achaicis pag. 401. Ἐχόντων δὲ αὐτὴν ὁμοῦ τοῖς Κρησὶ Λυκίων καὶ, Κάρων τε καὶ Παμφύλων. *Tenentibus eam [urbem] simul cum Cretensibus, Lyciis, &, Caribusque & Pamphyliis.* Caeterum, quo sensu id accipiendum sit, cum abundare aliquam vocem dico, exposui ad Cap. 6. Sect. 2. §. 1. Nam & in his Pausaniae verbis tantum abest, ut pleonasmum purum putum agnoscam, ut contra, hic aliquid deesse plane censeam, quod ita supplendum est: *Lyciis, & praeter hos quoque Caribus*, &c. Ita ut planus sensus sit, Cretenses & Lycios praecipuos fuisse urbis ejus incolas, sed cum his quoque habitasse duos alios populos, Carasque & Pamphylios. ideoque post priorem conjunctionem καὶ omnino distinguendum est. Sed levius hoc, habentque cum Graecis commune Latini. Vide Virg. l. 1. AEn. vs. 50.

*Ast ego, quae Divum incedo regina Jovis QUE*
*ET SOROR, ET conjux.* - - -

alibique crebro.

75 Ita tamen, ut ipsum καὶ non interroget, sed interrogantis verba praecedat. Planius ex Plat. Theaetet. pag. 188. lin.

ronte: Καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ' ὄντες, ἀράμενοι τὸ Πήλιον, καὶ τὴν Ὄσσαν; *An vero, Mercuri, cum duo tantum simus, Pelio & Ossa sublatis, id poterimus?* Gallice, *Et pourrions-nous bien?*

V. Apud Iones aliquando subauditur, ut apud Herodotum, cujus oratio interdum hiatus habet. Sic lib. 2. Εἰ δὲ ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων, καὶ τοῦ οὐρανοῦ· τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστᾶσι, ταύτῃ μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ στάσις· id est, *Quod si & tempestatum, & coeli stata ratio mutaretur; ita ut, ubi nunc boreas hyemsque consistunt, ibi austri situs esset.* ubi τῇ μὲν νῦν, pro καὶ τῇ μὲν νῦν. Καὶ, subauditur.

VI. Contra saepe καὶ apud Atticos vacat; maxime post particulas τί ποτε· Xenoph. 2. [75] Ἑλληνικ. Τί ποτε καὶ καλέσαι χρή; id est, *Cum quo tandem nomine appellari decet?* ubi plane abundat καί. Καὶ, Attice vacat.

VII. Aliquando deest ποτὲ; & sola particula τί; vel similis interrogans eodem sensu adhibetur: ut, Τί χρὴ καὶ λέγειν; *Quid attinet dicere?* &, Ὑμῖν δὲ πῶς ἄν τις καὶ χρήσαιτο; *Vobis autem quo modo tandem uti quis posset?* Demosthen. pro Coron. Τί γὰρ καὶ βουλόμενοι, μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; id est, *Quorsum enim illos evocassetis eo tempore?* verbatim, *Quid enim & volentes*, &c. [77].

VIII. Καὶ, interdum significat *atque*, sed eo sensu quo apud Latinos, *atque* respondet adverbiis *aeque*, vel *perinde*: tuncque apud Graecos praecedunt, fere κατὰ ταὐτὰ, vel κατὰ ταὐτὸ, *secundum eadem*, vel *idem*; vel ἴσα adverbialiter, pro ἴσως, *aequaliter*, vel ὁμοίως, *similiter*. Pausanias in Atticis, Κατὰ ταὐτὰ οὗτός τε ἤχησε, καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα· id est, *Is perinde resonare solet, atque*, vel, *ut cithara pulsata.*

Gregorius Nazianz. Πάσης τυχὼν παρ' αὐτοῦ δεξιώσεως, ἴσα καὶ παίδων ὁ τιμιώτατος· id est, *Omnem ab eo benevolentiam consecutus, perinde ac si liberorum clarissimus fuisset.* Sic Οὐχ ὁμοίως διάκεινται τὴν ἕξιν, καὶ ὅτε ὑγίαινον· id est, *Non perinde habitu comparati sunt, atque cum bene habebant.* Hoc

lin. 37. Πῶς οὖν τί ἐροῦμεν, ὦ Θεαίτητε, ἐάν τις ἡμᾶς ἀνακρίνῃ· ΚΑΙ' τίς ἀνθρώπων τὸ μὴ ὂν δοξάσει; *Quomodo igitur [vel] quidnam dicemus, ô Theaetete, si quis nos interroget: Quisnam hominum id, quod non est, opinetur.*

76 Praeter hunc locum alios cumulat Budaeus pag. 213, & 483.

77 Verba sunt pag. 316, lin. 17.



78 Ver-

Hoc Tullius imitatus est. Tuscul. 5. *Pythagoram*, inquit, *respondisse*, *similem sibi videri vitam hominum*, & *mercatum eum*, *qui habetur maximo ludorum apparatu*. Graece, Ὁμοίως πῶ ἔχειν τόν τε βίον τ ἀνθρώπινον, καὶ ἀγοράν τινα, &c.

IX. Interdum postponitur pronominibus ἕτερος & ἄλλος, eodem modo quo Latine *ac*, vel, *atque*, pronomini, *alius*. Aristoteles 1. Politic. Ἔστι γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιστικὴ, καὶ ὁ πλοῦτος, ὁ κατὰ φύσιν· id est, *Ars enim quaestuaria*, *alia est ac divitiae*, *quae tales suapte natura sunt*.

X. Interdum etiam duplici καὶ, nomen τις indefinite sumptum, aut particula γὰρ includitur; tuncque posterius καὶ vacat. Pausanias in Laconicis: Καί τινες καὶ ἀπώλοντο τ στρατιωτῶν κεραυνωθέντες· id est, *Et aliqui ex militibus fulmine icti occubuerunt*. Tametsi reddi tum possit, *etiam*, vel *quoque*. Sic, Καὶ γάρ καὶ αὐτὸς ταλαντεύομαι τὴν γνώμην [78], id est, *Nam animi pendeo ipse quoque*. sic enim reddi debet nomen αὐτὸς praecedente καὶ ut κἀγὼ, vel καὶ ἐγὼ, significat *ego quoque* [79].

XI Κἂν unica voce, pro καὶ ἂν, cum jota subscripto: apostrophe & accentu acuto: (nam cum sola apostrophe & jota subscripto, est καὶ ἐν, & cum dativo jungitur;) interdum ut simplex καὶ, significat *etiam*, interdum *etiamsi*. ut, Κἂν παντάπασιν ἀπαίδευτος ᾖ, τοῖς κομιδῇ πεπαιδευμένοις

78 Verba Gregorii citata a Budaeo p. 483. ubi & Pausaniae aliorumque verba affert.

79 In temporis mentione, καὶ pro ὅτε poni solet, quando scilicet temporis species praecedit. Thucyd. lib. I. cap. 50. Ἤδη δὲ ἦν ὀψὲ, ΚΑΙ οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης πρύμναν ἐκρούοντο. *Jam serus erat dies*, *quum repente in puppim remigare coeperunt Corinthii*. Consentit Xenophon. Κύρ παιδ. lib. I, cap. 26. Καὶ οὐδέπω πολλὴν διεληλύθεσαν αὐτοῖς, ΚΑΙ ὁ Μῆδος ἥκειν πάλιν. *Neque longe processerant*, *cum Medus reverteretur*. Confer Act. Apost. c. V, comm. 7. Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, ΚΑΙ ἡ γυνὴ αὐτοῦ μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς εἰσῆλθεν. *Et factum est post trium horarum intervallum*, *ut uxor ejus*, *quid factum esset*, *ignara*, *intraret*. Huc revoca, quae supra notavi in nomine μέσος· Νὺξ ἐν μέσῳ, καί. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καί. Latini etiam non raro conjunctioni suae & hunc significatum dederunt. sic Virg. AEn. l. VI, vs. 499.

*Vix adeo agnovit pavitantem*, *& dira tegentem*
*Supplicia*, *ET notis compellat vocibus ultro*.

80 Exem-

Digitized by Google

μένοις ἑαυτὸν ἀντιπαραβάλλει· id est, *Etiam*, vel *etiamsi imperitus*, *sese tamen cum eruditissimis comparat.*

[ —— minus recte nam scribi debet sine ι subscripto. In hujusmodi enim vocibus κἂν pro ϗ ἂν, κἂν pro ϗ ἐν, κἀκεῖνος pro ϗ ἐκεῖνος, κἀκεῖ pro ϗ ἐκεῖ, κἀγὼ pro ϗ ἐγὼ &c. —— primo fit thlipsis τοῦ iota subjunctivi vocalis: deinde crasis: nec facta crasi amplius admittitur jota, sed prorsus exteritur. In κἀγὼ igitur & similibus contractio non fit ex αι & ε: sed extrito prorsus jota fit crasis vocalium α & ε in α longum: ut κἀγώ· jota vero nullo modo subscribi potest, nisi supponamus praeter crasin, synaeresin etiam: nulla autem est synaeresis: jota enim in praedictis non subjungitur crasi factae (subjungi autem oportuit, ut fiat synaeresis, nam quod subscribitur posterius est eo, cui subscribitur, ut apparet in omni diaeresi, quae synaeresi opponitur, ubi ι subscribitur, ut Νηρηΐδες—Νηρῇδες.) Sed medium locum occupat inter α & ε ante crasin factam. At si contra eveniat, ut ex aliqua monophthongo praecedente & diphthongo διὰ τοῦ ι sequente fiat crasis, jota tum subscribitur: unde in hujusmodi contractis existit triplex passio: ut ϗ εἶτα per thlipsin τοῦ ι--κα εἶτα: per crasin vocalium αε-κᾶτα: & per synaeresin α vocalis longae ex contractione factae cum subjunctiva vocali ι κᾆτα: Sic κῆπε Dorice pro ϗ εἶπε: κῷνος pro ϗ οἶνος.]

XII. *Plane*, interdum in re vel insolenti, vel dubia, asseverandi caussa ponitur, ut, Πάντων μοι ἀντιστάντων κἂν ἐπεχείρησα τῷ πράγματι· id est, *Vel invitis & repugnantibus omnibus, rem tamen omnino aggressus essem* [80]. Interdum est, *quod si*; Gall. & *si*. Demosthen. pro Coron. Κἂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο, μὴ λέγω τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ. *Quod si, ut pudori consulam meo, res ab me gestas non dixero.* Ibid. pro *si*, Ἄλλως τε κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ· *Praesertim si hoc ab hoste quisquam patiatur* [81]. Κἂν, *plane.* *quod si.*

XIII.

80 Exemplum habet Plato, Euthyd. pag. 279. lin, 38. Τοῦτο δέ ὁ κἂν παῖς γνοίη. *Hoc vel puer sciret.* Conferatur Marc. VI, 56. Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται. *Et orabant illum, ut vel fimbriam vestimenti ipsius tangerent.*

81 At ϗ in his verbis non ad particulam ἂν, sed ad praecedens ἄλλως τε referendum est, ut fiat ἄλλως τε ϗ, ἄν.

Κἂν εἰ. quod si. XIII. Aliquando κἂν εἰ, simul conjunguntur & significant *quod si*, vel *etiamsi autem*. Demosthen. de Falsa Legat. Κἂν εἰ ταῦτα πάντα ὑπῆρχεν. *Quod si omnia in illo essent*. Aliquando sumuntur pro *si*, voce quoque alia inter utramque posita. Ibid. Κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγινώσκῃ τις τῶν πεπρεσβευμένων αὐτῷ. id est, *Si quis ejus legationem impietatis damnet*.

Aliquando κἂν εἰ & κἂν sibi mutuo respondent, pro εἴτην, & εἴτε, id est, *sive*, geminato. Aristotel. Εἰ γὰρ ἀστέρες, κἂν εἰ οἱ μείζους, κἂν ἐλάττους φαίνωνται. *Stellae enim sive majores, sive minores appareant*. Κἂν εἰ μὴ, *Etiamsi non*.

Καὶ δὴ, & quidem. XIV. Καὶ δὴ, vel καὶ δὴ καὶ, vel καὶ δῆτα, vel καὶ δῆτα καὶ ut plurimum significant: *Et quidem*, & *certe*, *quinetiam* ut, Καὶ δὴ καὶ σου ἡδέως ἂν πυθοίμην. *Et vero*, vel *quinetiam libenter ex te quaesierim* idque fere periodorum, aut membrorum initiis. Trita passim exempla [82].

Καὶ δὴ, continuo. XV Aliquando καὶ δὴ, praeter notata superius, reddi potest, vel *continuo*, vel *ideo*, vel *jamjam*. Demosthen. pro Coron. Ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴποι τὰ προσόντα ἑαυτῷ, περὶ ἄλλου, καὶ δὴ ταῦτα οὕτως ἔχοντα· id est, *Quasi si quis ea prior objecerit, quorum ipse sibi conscius est, ea continuo talia esse oporteat*. Sic, Τοσοῦτον ὑπειπὼν, ἐπ' αὐτὸν καὶ δὴ τρέψομαι· [84] id est, *Ubi hoc unum dixero, jam jam ad eum me convertam*. Sic usurpatum est, *atque*, à Virgilio Georgic. I.

*Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum*
*Remigiis subigit; si brachia forte remisit,*
*Atque illum in praeceps prono rapit alveus amne.*

hic enim *atque*, significat *continuo*.

Καὶ, Interrogat. XVI. Alias vero, καὶ, sequentib. γε δὴ, videtur interrogare potius, quam affirmare. Plato sub initium Convivii, Apollodorum illum, quem μανικὸν, id est, *furiosum*, vocabant, ita loquentem introducit: Καὶ δῆλόν γε δὴ, ὅτι οὕτω διανοούμενος, καὶ περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ περὶ ὑμῶν, μαίνομαι; *Ex eo ne vero insanire me constat, quod de me simul ac de vobis ita sentiam?*

Καὶ μὴν, enimvero. XVII. Καὶ μὴν (nam καὶ μὲν, sine voce aliqua interjecta [85], vel

82 Haec & plura vide apud Bud. p. 498.

83 Vide, quae diximus ad Sect. 5, reg. 6.

84 Verba Gregorii citata a Bud. p. 484.

85 Vel *adjecta*, ut καὶ μὲν δή.

86 Pag.

vel nunquam, vel raro admodum reperias:) Primo, reddi potest. *Enimvero*, *Et vero*, & *sane*. Demosthen. pro Coron. Καὶ μὴν, εἴ τι τῶν ἄλλων, ὧν νυνὶ διέβαλλε, ἢ διεξῄει, ἢ ἢ ἄλλ' ὅ, τιοῦν ἀδικοῦντά με ὑμᾶς ἑώρα· id est, *Enimvero*, vel, & *sane*, *si quid in aliis*, *quae jam jam dicendo criminabatur*, *aut alind quidlibet abs me contra vos peccari videbat*. Ibid. [86] Καὶ μὴν εἰ τὸ κωλῦσαι τὴν τῶν Ἑλλήνων κοινωνίαν ἐπεπράκειν ἐγὼ Φιλίππῳ· id est, *Enimvero*, vel, & *quidem*, *si operam Philippo meam*, *ad impediendam Graecorum societatem vendideram*. Ibid. Καὶ μὴν, τὴν εἰρήνην ἐκεῖνος ἔλυσε, τὰ πλοῖα λαβών· id est, *Enimvero*, *pacem ille tum violavit*, *cum haec navigia cepit*.

XVIII. Secundo, idem est, quod *profecto*, vel *certe quidem*. Ibid. Καὶ μὴν, οὐδὲ τοῦτό γε οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν τολμήσειεν· id est, *Nec illud profecto dicere quisquam andeat*. Καὶ μὴν, *profecto*.

Tertio significat *porro*, vel *jam vero*, vel *caeterum*. Ibid. Καὶ μὴν, ὅτι πολλοὺς μὲν ἐστεφανώκατε ἤδη τῶν πεπολιτευμένων, ἅπαντες ἴσασι· id est, *Porro*, *plerosque jam Reipubl. administratione perfunctos*, *a vobis coronatos esse*, *norunt universi*. *porro*.

XIX. Quarto, cum prima persona junctum, verti possit *Equidem*. Plato sub initium Convivii. Καὶ μὴν ἔναγχός σε ἐζήτουν. *Equidem modo te quaerebam*. *equidem*.

Quinto ἢ μὴν ἢ valent, *quin etiam*. Ibid. Καὶ μὴν ἢ κατ' αὐτὸ τοῦτο, ἄξιός εἰμι ἐπαίνου τυχεῖν· id est, *Quin etiam*, *laude sum hac in parte dignus* [87]. Καὶ μὴν καὶ, *quin etiam*.

Sexto, Καὶ μὴν γε *At saltem*, *at vero*. Ibid. Καὶ μὴν, τῷ γε μὴ διαφθαρῆναι χρήμασι κεκράτηκα Φιλίππου· id est, *At eo saltem Philippum vici*, *quod pecuniis ab illo corrumpi minime potuerim*. Καὶ μὴν γε, *at saltem*.

XX. Καὶ, cum particula τοι enclitica, significat primo, *atqui*, ut, Καί τοι ὅστις ἂν τὰ τῆς πατρίδος ἀτυχήματα καρπώσαιτο, οὗτος ἂν ἀπολωλέναι δίκαιος γένοιτο [88]· id est, *Atqui dignus* Καί τοι, *atqui*.

86 Pag. 316.

87 Num haec Platonis verba sint, dubito; quae sequuntur certe, ex eodem allata, non sunt Platonis, sed Demosthenis de Corona pag. 348, lin. 15. Ejusdem significationis sunt Καὶ μὴν δὴ & Καὶ μὴν δὴ καὶ Utrumque apud Plat. in Phaedr. pag. 233. Ita tamen, ut alterum καὶ *etiam* notet.

88 Et haec, paucis commutatis, Demosthenis verba sunt, de Corona pag. 341, lin. 49. Καίτοι ὅτῳ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἀτυχήματα ἐνευδοκιμεῖν ἀπέκειτο, ἀπολωλέναι μᾶλλον οὗτος ἐστι δίκαιος, ἢ κατηγορεῖν ἑτέρου. *Et sane*,



Digitized by Google

*dignus profectò est, qui pereat, quisquis patriae calamitatem felicitatem putat suam.* Demosthen. pro Coron. Καί τοι πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις, οἷς ἄν εἰπεῖν τις ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἔχοι, καὶ τοῦτο ἔμοιγε δοκεῖ καὶ μάλα εἰκότως ἄν λέγειν· *Atqui praeter caetera jura*, (id est defensionis capita,) *quae Ctesiphontis in causa proferri possunt, hoc etiam existimo, & quidem summa cum aequitate urgeri posse* [89].

Καί τοι, at. XXI. Secundo, significat *verum*, vel *at*, idque fere cum dubitatione vel indignatione. Demosthen. pro Corona: Καί τοι πόσα χρήματα τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν οἴεσθέ μοι διδόναι; *At quantum pecuniae, sodalitatum mihi principes daturos putatis?* ubi διδόναι, pro διδόναι ἄν, id est, δώσειν. Sic Tullius ultima Verrina. *At quemadmodum ipse sese induit prima actione?* Graece, Καίτοι ποῖον αὐτός γε τρόπον περιέβαλεν ἑαυτὸν ἐν τῇ προτερολογίᾳ [90];

Καί τοι, etiam. XXII. Tertio, rarius sumitur pro κἄν, id est, *etiam*. Gall. *voire mesme*, affirmando. Eusebius lib. 3. Praeparation. pag. 106. Εἰ δή τις εἴη δυνατὸς ψυχῆς ἄγαλμα, καὶ μορφὴν ἐν εἰκόνι τεκτήνασθαι, δύναιτ᾽ ἄν οὗτος καίτοι τῶν κρειττόνων· id est, *Quare si quis animi simulacrum ac speciem fingendo architectari posset, idem quoque posset superiorum ac coelestium mentium imaginem aliquam fabricari.* nisi forte legatur καί τι, supple ἄγαλμα, pro καί τοι.

Καί τοι, quanquam. XXIII. Quarto, redditur, *quanquam*, vel *tametsi*, in correctionibus maxime rhetoricis: ut, Καίτοι, σύ γε οὕτω σοφὸς ὤν, οὐδὲν τῶν παρ᾽ ἐμοῦ δεήσῃ λόγων [91]. id est, *Quanquam tu, qui tantum prudentia vales, oratione mea non indigebis.*

Quo sensu addunt plerumque particulam γε. Gregor. Nazianz. ubi se dixit, ex Juliani apostatae vultu & incessu, qualis futurus esset cognovisse, addit, Καίτοι γε οὐ τῶν

*ne, cui Graecorum calamitates ad nominis celebritatem reservantur, hic dignus est, qui pereat potius, quam alterum accuset.* Citat locum Budaeus pag. 482.

89 Hoc sensu additur aliquando particula γε. Sic Plat. Phaedr. pag. 241, lin. 36. Ubi Socrates dixisset, se ad finem orationis suae pervenisse, respondet Phaedrus: Καίτοι γε ᾤμην γε μεσοῦν αὐτόν· *Atqui putabam ad dimidiam ejus partem tantum perventum esse.* Ubi alterum illud γε denotat *tantum*.

90 Ita Bud. l. c.

91 Luciani locus apud Bud. l. c.

92 Vid.

Digitized by Google

τῶν εὖ πεφυκότων περὶ ταῦτα εἰς ὤν [92]· id est, *Tametsi ex iis non sim, qui artis hujus admodum periti sunt.*

XXIV. Quinto significat, *& quidem*, *& vero*, initio periodi. Plutarchus in Caesare: Καίτοι ϗ λόγον τινὰ κατέσπειραν εἰς τ̃ δῆμον· id est, *Et quidem rumoris aliquid in populum sparserunt.* ubi notandum illud τοι duplici ϗ, inclusum ac tectum esse. Eodem sensu dicunt, interdum ϗ μὴν καί [93]. Demosthen. pro Coron. [94] Καίτοι, δυοῖν αὐτῶν ἀνάγκη θάτερον. *Et vero, & sane, e duobus alterum fateatur necesse est.* Καίτοι, *& quidem.*

XXV. Sexto redditur, *proinde*, vel, *ita*, apud Isocratem saepe, ut; Καί τοι, τί χρὴ νομίζειν, ποιεῖν ἂν τ̃ τοιοῦτοις ἐπιχειροῦντα; *Proinde quid eum facturum putemus, qui talia conetur* [95]? *proinde.*

Septimo, καίτοι εἰ, vel, ἄν, idem est quod εἰ δὲ, *quod si*, ut, Καίτοι, εἰ πρὸς αὐτὸν οὕτω πως διέκειτο· *Quod si hoc modo adversus eum affectus eras.* *quod.*

XXVI. Octavo, idem est, quod, *& tamen*, Gall. *Et cependant.* Demosthen pro Coron. Καίτοι σύγ᾽ ἔφησθά με ταῦτα λέγοντα, εἰς ἔχθραν ἐμβαλεῖν τουτουί· *Et tamen, hoc me orationis genere, inimicitias istas conflare dicebas.* *Et tamen.*

Nono, ϗ γάρ τοι, significat *etenim.* Ibid. Καὶ γάρ τοι πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐδείξατε ἐκ τούτων· *Etenim Graecis omnibus ita demum ostendistis* [96]. *etenim.*

XXVII. Καὶ οὐ. rarius quidem, aliquando tamen, pro ἀλλ᾽ οὐ, id est, *non autem.* Demosthen. pro Coron. Φαίνομαι τοίνυν ἐγὼ χάριτος τετυχηκὼς τότε, ϗ οὐ μέμψεως, οὐδὲ τιμωρίας· *Atqui tum gratiam palam consequutus sum, non reprehensionem aut poenam retuli.* Ita etiam ϗ μὴ, *usurpatur*, ut Gallice, *& non.* Diogenianus apud Euseb. Praeparat. 6. Καὶ μὴ ταῦτα μόνα, ἃ ἐστιν εἱμαρμένη; *Non autem ea duntaxat, quae fati lege teneantur?*

SECT.

92 Vid. Bud. p. 483. qui & sequentia Plutarchi verba citat.

93 Vel καί τι ϗ, apud Arrian. lib. II, cap. 22.

94 Pag. 333, lin. 20.

95 Ita ferme ex Isocrate Bud. p. 483.

96 Pro eodem dicitur & ϗ γὰρ οὖν, vacante οὖν. Lucian. Dem. Encom. pag. 920. Καὶ γ̃ οὖν ὑπογραφέας παρεστησάμην. *Etenim adhibui, qui dicta exciperent.*

# SECTIO VIII.

## *De Conjunctionibus* μὲν, & δὲ, *cum adjunctis particulis.*

## REGULA I.

Particulas iſtas uſu conjunctiſſimas etiam tractatione conjungimus. Primum igitur, μὲν cum particula γοῦν, ornatus cauſa ſolum adhibetur, quia μὲν γοῦν, idem quod γοῦν, ſignificant. At per ſe ſolum, rarius licet, aliquando tamen, eodem modo vacat, ut *quidem*, apud Latinos. Atque id Platoni frequentius eſt. Sic 8 de Republ. Ὅταν ἦν δ' ἐγὼ, πρῶτον μὲν τῆς μητρὸς ἀκούῃ ἀχθομένης· id eſt, *Cum, inquam, primum quidem matrem moleſte ferentem audiet.* Ibi enim, δὲ non ſequitur [97].

Μὲν, vacat.

Nominatim autem obſervandum, vix unquam reperiri ὃς μὲν, abſolute poſitum, ut *qui quidem*, Latine [98]. Graeci enim potius dicunt, ὅστις, ὅσπερ, ὃς δὴ, ὅς γε. Poëtae vero etiam ὅτε, ut paſſim Homerus.

II. In membrorum diverſorum, quae tamen ad ſeſe mutuo referri poſſint, initiis, fere, ſemper μὲν & δὲ collocantur: Latine autem rariſſime, *quidem*, *vero*, quod Latini diſſolutiones ament [99], Itaque dum Graeca Latine red-

97 Sed ſubauditur in ſequentibus poſt ἐπειδὰν. Verba ſunt pag. 549, lin. 28. Ὅταν, ἦν δ' ἐγὼ, πρῶτον μὲν τῆς μητρὸς ἀκούῃ ἀχθομένης, ὅτι οὐ τῶν ἀρχόντων αὐτῇ ὁ ἀνήρ ἐστι, καὶ ἐλαττουμένης διὰ ταῦτα ἐν ταῖς ἄλλαις γυναιξίν· ἔπειτα ὁρώσης &c. *Quod maritus inter magiſtratus non recenſeatur, ſeque ob id ipſum inter reliquas mulieres parvi pretii eſſe: deinde videntem.* &c.

98 Vide ſupra, Cap. 2. R. 5.

99 Patet hoc cum innumeris locis, tum perquam clare ex illo Platonis, de Rep. lib. 2. pag. 359. Τοῦτον δὲ ἄλλο ΜΕΝ οὐδὲν, περὶ ΔΕ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν. *Hunc autem nihil aliud quam aureum annulum in manu geſtare.* Vitioſe enim verteres: *Hunc autem aliud quidem nihil, in manu vero aureum annulum geſtare.* Eſtque haec familiaris Graecorum elegantia pro οὐδὲν ἄλλο ἢ, vel οὐδὲν ἀλλ' ἢ reponere ἄλλο μὲν οὐδὲν,

Digitized by Google

redduntur, μὲν & δὲ, ut plurimum omitti debent, alioqui putidam saepe Latinitatem efficient: tuncque, commode ablativus absolutus in priore membro usurpari poterit: ut, Τὸν μὲν ἐχθρὸν κατέβαλεν, αὐτὸς δὲ ἀραρότως ἔστη. *Ipse, afflicto jam hoste, presso gradu constitit.*

Contra, cum Graece Latina vertuntur, saepe adhibendae sunt illae particulae membris illis diversis, quae Latine nulla conjunctione copulantur. Quod si plura essent illa membra, tum subinde addendum fuerit, καὶ vel πρὸς δὲ, vel πρὸς δὲ τούτοις, id est, *praeterea*, initio membrorum, ante particulam ipsam μέν.

III. Monendi quoque tirones sunt, licet voculae istae tam crebro usurpentur, nunquam tamen simul usurpari, quin absolute reddi possint, per *quidem vero:* ut, Οὗτος μὲν ἡμᾶς φενακίζει, ἡμεῖς δὲ ὑπ' εὐηθείας, αὐτὸν ὑπερσπουδάζειν ἡμῶν οἰόμεθα· id est, *Ille quidem fucum nobis facit, nos vero prae simplicitate, rebus eum nostris studere arbitramur.*

IV. Monendi praeterea, conjunctionibus illis partes etiam dissimiles conjungi posse: ut, Πῆ μὲν διὰ ἔχθραν, πῆ δ' ἐφαπτόμενος τοῦ καιροῦ. *Partim ob inimicitias, partim occasionem arripiens.* sed tamen prioris membri participium, cum posterioris verbo committi non debere. v. c. male dice-

οὐδὲν, sequente particula δὲ. Addam aliud ex Aristide exemplum, de Smyrna, pag. 292. Ἐλείπετο δὲ ἄλλο ΜΕΝ οὐδὲν, θεοὺς ΔΕ καὶ ὑμᾶς καλεῖν. *Nec aliud quidquam erat reliquum, nisi ut Deos & vos invocarem.* Nec est, quod verbatim vertas illud ejusdem in Orat. pro Quatuorviris, pag. 298. Θετταλοὶ δὲ ὑπ' ἀνάγκης ΜΕΝ, ὅμως ΔΕ ἐμήδιζον. *Thessali autem, quanquam necessitate coacti a Medorum partibus stabant.* Estque haec locutio Graecis non minus familiaris, qua μὲν & δὲ ita construuntur, ut alterum per *quamvis*, alterum per *tamen* sit reddendum Latine. E. C. in illo Sophoclis, Trachin. vs. 62.

- - - Ἡ δὲ γὰρ γυνὴ
Δούλη ΜΕΝ εἴρηκεν Δ' ἐλεύθερον λόγον.

- - - *Haec enim mulier*
*Quamvis serva, liberum tamen sermonem locuta est.*

Alia in vertendo cautio est adhibenda, siquidem μὲν & δὲ faciunt ad celeritatem indicandam. Ita apud AElian. V. H. lib. 1. cap. 2. de aranea celeriter praedam in telam cadentem arripiente. Τὸ ΜΕΝ, inquit, ἔπεσεν, ἡ ΔΕ ἔχει δαῖτα. *Vix aliquid incidit, quin illa hoc sibi in epulas rapit.*

diceretur: Τοὺς μὲν πολεμίους ἐκβαλὼν, ἔπειτα δὲ τὴν πατρίδα ἠμυνάμην. nam, aut δὲ tollendum est, aut pro ἐκβαλὼν, dicendum ἐξέβαλον· id est, *Propulsatis hostibus, patriam defendi.*

V. Eleganter etiam id exprimunt, quod Latine dicimus, *cum*, *tum*; qui usus cum apud caeteros, tum praesertim apud Isocratem longe frequentissimus: ut ipso statim cohortationis ad Demonicum exordio. Quod igitur habet Tullius initio orationis pro Dejotaro: *Cum in omnibus caussis gravioribus, C. Caesar, vehementius commoveri soleo; tum in hac caussa ita me multa perturbant.* Graece reddi potest, Παρὰ μὲν ἄλλους τοὺς ἀγῶνας, Γάϊε Καῖσαρ, ἐμπαθέστερον εἴωθά που διακεῖσθαι, περὶ δὲ τουτονὶ, πλείστοις ὅσοις οὕτω πως διαταράττομαι.

Demosthen. pro Corona initio, Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ', Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα· id est, *Et quidem cum AEschine, hac in caussa, multis sum rebus inferior, tum duabus potissimum, iisque permagnis.*

VI. Μὲν, δὲ, serviunt etiam enumerationibus rerum, aut hominum, diversorum quidem, sed tamen eodem spectantium: tunc vero ridiculum esset, *quidem*, *vero* Latinis auribus inculcare: ut apud Xenophontem: Ἐπαίνου ἕνεκα πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομένειν· id est, *Laudis gratia labores omnes, omniaque pericula sustinere.* Sic apud Gregorium, Ἐθεράπευε μὲν τὰ σώματα, ἐθεράπευε δὲ τὰς ψυχάς· id est, *Corpora simul animosque curabat.* dici potuit: ἐθεράπευε δὲ καὶ τὰς ψυχάς.

VII. Attice quoque saepius repetuntur, crebris negationibus illigatae, ita ut & membra membris opponantur, nec commode satis, Latinitate donentur. Insigne hoc in genere est illud Demosthen. pro Coron. Οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ· οὐδ' ἔγραψα μὲν, οὐκ ἐπρέσβευσα δέ· οὐδ' ἐπρέσβευσα μὲν, οὐκ ἔπεισα δὲ Θηβαίους· Quae particulis *ita ut*, subinde iteratis, hoc modo vertas: *Neque vero haec ita dixi, ut eadem non proscriberem: nec ita proscripsi, ut in obeunda legatione non dicerem: nec in legatione sic dixi, ut ea Thebanis non persuaderem* [1].

VIII.

1 Locus est pag. m. 339. lin. 10. quem imitatur Cicero, sive is est Cornificius, qui ad Herennium scripsit, lib. IV, cap. 25. *Non sensi hoc, & non suasi; neque suasi, & non ipse statim facere coepi; neque facere coepi, & non perfeci; neque perfeci, & non probavi.*

2 Pag.

Digitized by Google

VIII. Frequentissimus est hujus oppositionis usus, cum uno aut pluribus omissis, aliquid aliud fieri significatur: tuncque prius membrum per ablativum absolutum, & passivum reddi debet, etiamsi Graece infinitivus utrobique habetur. Demosthenes pro Corona. [2] Οὐ τὸ μὲν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνίζεσθαι παραλείπειν, ἑτέρῳ δ' ὅτῳ κακόν τι δώσομεν, ζητεῖν id est, *Non mutua disceptatione omissa, quendam alium, quem laedamus, quaerere*: ubi observandum, membri prioris infinitivum παραλείπειν mutari posse in accusativum participii παραλιπόντας. quod si fiat, μὲν & δὲ omitti oportebit.

IX. Nec raro tamen unicum μὲν plurima δὲ consequuntur [3]: quae si Latine omnia redderes, barbarus fieres.

2 Pag. 315, lin. 5.

3 Videlicet, si oratio eodem tenore procedit, ut in addito exemplo, estque hujus idiomatis maximus usus in recensionibus, fitque eleganter per Anaphoram: ut ex Epicuro Athenaeus lib. Deipnos. VII, pag. 280. Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν, (ita ὁ πάνυ Casaubonus pro χειλῶν) ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. *Ego enim, quid sit bonum intelligere non possum, demtis ex sapore, demtis ex re Venerea voluptatibus, demtis, quae ex auditu, demtis, quae ex pulcritudinis adspectu sentiuntur, dulcibus motionibus.* At in divisionibus, ubi frequentissimus harum particularum usus est, quoties alterutrum oppositorum novam patitur partitionem, legitime in priori membro de integro particula μὲν dominatur. Atque ita fit, ut grata vice particulis illis sibi respondentibus, non injucunda nascatur orationis variatio. Exemplum pete ex Tabula Cebetis, ubi haec verba: Τίνες εἰσὶν οὗτοι οἱ δοκοῦντες ἐκεῖθεν ἀπὸ τοῦ βουνοῦ παραγίγνεσθαι; καὶ οἱ ΜΕ'Ν αὐτῶν ἐστεφανωμένοι ἔμφασιν ποιοῦσιν εὐφροσύνης τινὸς, οἱ ΔΕ' ἀστεφάνωτοι, οἱ ΜΕ'Ν ἀπεγνωσμένοι καὶ τὰς κνήμας, καὶ τὰς κεφαλὰς δοκοῦσι τετρῖφθαι, κατέχονται ΔΕ' ὑπὸ γυναικῶν τινων. Οἱ ΜΕ'Ν ἐστεφανωμένοι, σεσωσμένοι εἰσὶ πρὸς τὴν Παιδείαν, καὶ εὐφραίνονται τετυχηκότες αὐτῆς. Οἱ ΔΕ' ἀστεφάνωτοι, οἱ ΜΕ'Ν ἀπεγνωσμένοι ὑπὸ τῆς Παιδείας, ἀνακάμπτουσι κακῶς καὶ ἀθλίως διακείμενοι· οἱ ΔΕ' ἀποδεδειλιακότες καὶ ἀναβεβηκότες πρὸς τὴν Καρτερίαν, πάλιν ἀνακάμπτουσι καὶ πλανῶνται ἀνοδίᾳ· i. e. *Quinam sunt hi, qui videntur illinc a tumulo advenire, quorum alii coronati speciem cujusdam laetitiae praebent, alii carentes coronis repudiati cum crura & capita videntur habere attrita, tum detineri a mulieribus quibusdam. Qui coronati sunt* (inquit) *inco-*

Digitized by Google

res. Ita Dio Chryſ. orat. 12. Ἔνθα δ' ὁρᾷς πανταχοῦ μὲν ξίφη, πανταχοῦ δὲ θώρακας, πανταχοῦ δὲ δόρατα, πάντα δὲ ἵππων, πάντα δὲ ὅπλων, πάντα δὲ ὡπλισμένων ἀνδρῶν μεστά. *Hic porro videas, ubique gladios, ubique loricas, ubique haſtas; omnia equis, armis, atque armatis hominibus plena omnia* [+].

**Δὲ poſt μὲν, ſed.** X. Δὲ poſt μὲν, ſaepiſſime reddi debet, *ſed:* ita quidem ut membrum, in quo locum habet, priori adverſetur: ut, Σὺ μὲν ἀκούεις, οὐ συνίεις δέ· id eſt, *Audis tu quidem, ſed non intelligis* [5].

**Μὲν δὴ, & quidem.** XI. Μὲν δὴ praemiſſa voce aliqua, periodorum ac membrorum initiis, aliquando ſignificat, *& quidem.* Demoſthen. pro Coron. Περὶ μὲν δὴ τῶν ἰδίων, ὅσα λοιδορούμενος βεβλασφήμηκε περὶ ἐμοῦ· id eſt, *Ac de privatae quidem vitae rationibus, quaecunque demum in me maledicta contumelioſe contulerit.* Alias μὲν δὴ, id eſt, *Igitur* [6].

XII.

*incolumes verſantur cum Eruditione, & geſtiunt, quod illa potiti ſint. At vero ex his qui coronis carent, alii repudiati ab Eruditione recedunt male ac miſere adfecti: alii timore ignavi, ubi ad Tolerantiam acceſſerunt, retro pedem referunt, & oberrant, ubi nulla eſt via.* In hiſce verbis ſi poſt unicum μὲν, plurima δὲ conſequerentur, omnia eſſent confuſa, nec ſibi conſtaret quidquam. Praeterea hic obiter obſervetur, nominativos οἱ δὲ ἀστεφάνωτοι, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι pro genitivis poni, τῶν δὲ ἀστεφανώτων, οἱ μὲν ἀπεγνωσμένοι &c. Vide ſupra Cap. I. R. 4.

4 Poſtremo, in hoc genere obſervandum eſt, Conjunctionum μὲν & δὲ eleganter alteram in fine, alteram in initio inveniri, ubi ab una ad aliam orationis partem transgreſſio fit. Ita Iſocrates, cum multa de ſe ipſo praefatus fuerat in Panegyr. nunc de Rep. dicturus ita claudit primam orationis partem: Περὶ μὲν οὖν τῶν ἰδίων ταῦτά μοι προειρήσθω. *De me ipſo quidem haec a me praedicta ſunto.* Dein, ubi alteram orationis partem inchoat, ait: Περὶ δὲ τῶν κοινῶν &c. *De rep. autem,* &c. Et Thucydides, lib. 2. poſtquam in praecedentibus capitibus deſcripſerat morbum Athenis graſſantem, his verbis finit caput 54. Ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὴν νόσον γενόμενα. *Atque haec quidem, quae de morbo facta ſunt.* Dein caput ſequens incipit ita: Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι &c. *Peloponneſii vero poſtquam campum vaſtarunt:* & quae ſequuntur. Confer. Plut. in Demoſth. pag. 851. Demoſth. ep. 3, pag. 117. & alibi.

5 Hoc ſenſu aliquando μὲν deficit. Vide ſis Jacobi epiſt. cap. II, 11. Εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δέ. *Quod ſi non moechaberis, ſed occides.*

6 Eſt & particularum μὲν δὲ uſus

Digitized by Google

XII. Μὲν τοι, primum in responsionibus, aut iis simili orationis genere adhibetur, approbandi atque assentiendi caussa, ut apud Latinos, *vero*, *sane*, *utique*, *omnino*. Cicero Tusculan. [7] 5. *Quid igitur contra Brutum me dicturum putas?* respondet Atticus, *Tu vero, ut videtur, nam praefinire non est meum.* Graece ita possit, Τί δὴ ποτ' ἐμὲ ἂν οἴει καλειπεῖν τῷ Βρούτῳ; Σὺ μὲν τοι ὅπως ἄν σοι δοκῇ· τὸ γοῦν προδιορίζεσθαι τι, οὐκ ἐμόν γε, vel οὐ πρὸς ἐμὲ, vel κατ' ἐμέ· Sic apud Xenophontem [8], huic interrogationi, Ἦ καὶ ἐμὲ ἂν, ἔφη ἡ γυνὴ, δεήσει ταῦτα ποιεῖν; *An vero, inquit mulier, haec etiam me facere oportebit?* subjicitur, Δεήσει μέν τοι, ἔφην ἐγὼ, ἔνδον μένειν· id est, *Te vero, inquam, intus manere oportebit.* Dionysius Halicarnass. lib. 4. [9] ubi Servius Tullius, postquam ex Tarquinio quaesivit, num quod sibi ex variis, quae recenset, criminibus objicere possit, ita concludit, Δίκαιον μέντ' ἂν, εἴ τί μοι τοιοῦτον ἡμάρτηται, τῆς ἀρχῆς τε ἅμα καὶ τῆς ψυχῆς ἀποστερηθῆναι· id est, *Justum* Μὲν τοι, vero.

usus in orationum clausulis. Herodian. sub finem libri VI. Τέλος μὲν δὴ τοιοῦτον κατέλαβεν τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν μητέρα. *Hunc exitum quidem habuerunt Alexander ejusque mater.* Unde illud Platoni familiarissimum, Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. *Et haec quidem hactenus.* Pro quo & dicunt, Περὶ μὲν οὖν τούτων ταῦτα· ταῦτα μὲν ταύτῃ. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς. Est & contra earundem particularum usus in initiis, cum scilicet ad dicendum, vel narrandum accingimur; non tamen nisi praemissis quibusdam προλεγομένοις. Hoc modo Xenophon, postquam praefatus erat, se, quae de Cyro cognoverat narraturum, ita incipit: Πατρὸς ΜΕΝ ΔΗ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου. *Patre itaque Cambyse natus dicitur Cyrus.* Latini *ergo* utuntur. Sic Horatius descripturus vitae rusticae delicias ita infit:

*ERGO aut adulta vitium propagine*
*Altas maritat populos.*

Earundem particularum usus est, ubi continuatur oratio, & tum non raro redditur, *porro.* Arrian. de Exp. Al. lib. 1. pag. 31. [10] Ἦι δὲ Ἀλέξανδρον αὐτὸν καθεώρων. . . . κατὰ τὸ εὐώνυμον μὲν σφῶν ἐπέχοντα, ταύτῃ πυκνὰς ἐπέταξαν τῇ ὄχθῃ τὰς ἴλας τῶν ἵππων· Χρόνον ΜΕΝ ΔΗ ἀμφότεροι τὰ στρατεύματα ἐπ' ἄκρῳ τοῦ ποταμοῦ ἐφεστῶτες . . . . ἡσυχίαν ἦγον. *Qua vero parte Alexandrum ipsum conspicabantur ad sinistrum eorum cornu sese conferentem, in ea densas equitum turmas in litore statuunt. Aliquandiu porro uterque exercitus ad summam fluminis ripam subsistens quiete se tenuit.*

7 V. Budaeum p. 480.
8 V. Bud. l. c.
9 Pag. 239, lin. 17.
10 Pag.

At. *stum sane fuerit, si quid hujusmodi commissum abs me fuit, me regno simul, vitaque spoliari.*

XIII. Secundo, significatione superiori contraria, sumitur pro *at*, *verum*, *veruntamen*, aut absolute *tamen* quemadmodum supra diximus de πλὴν ἀλλὰ Sect. I. R. 9. Dionysius Halicarnass. lib. 4. [10] ubi Servius cum quaesiisset, num superbe se gereret: Τίς μέν τοι τῶν πρὸ ἐμοῦ βασιλέων οὕτω μέτριος ἐν ἐξουσίᾳ διετέλεσε; *At quis ex praecedentibus regibus tam in summo imperio moderatus fuit?* Xenophon: Τοῦτο μέν τοι εἰδὼς οὐδὲν μᾶλλον ἐπίσταμαι, ὅπως δεῖ γεωργεῖν id est, *Veruntamen, ut hoc norim, nihilo magis novi, quemadmodum arare oporteat.* Quo sensu nonnunquam ἐλλειπτικῶς ponitur. Plato in Gorg. [11] Σὺ δὲ ὡμολόγεις τῶν γε νῦν οὐδένα, τῶν μέντοι ἔμπροσθεν· id est, *Tu vero fatebare, ex iis saltem, qui nunc vivunt, ejusmodi fuisse neminem: verumtamen ex iis, qui prius:* id est, *Sed tamen ex iis, qui superiori tempore vixissent, nonnullos fuisse dicebas*, ἔφασκες γενέσθαι τινάς.

Μέντοιγε, pro μέν τοι. XIV. Aliquando μέντοιγε, & μέντοιγοῦν, unica voce proparoxytona, pro μέν τοι ponuntur, in utraque significatione. Sunt qui addant, μέντ᾽ ἂν, eodem modo usurpari, sed meo judicio illud ἂν, ad verbum suum pertinet, non ad μέν τοι· sed μέντ᾽ per apostrophen. Demosthen. pro Coron. Ἐμὲ δὲ, τὸ τίνος φρόνημα λαβόντα, ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα ἔδει; τὸ τούτων ἀνάξια ἐροῦντος; δικαίως μέντ᾽ ἂν ἀπέθανον· *Me autem, quo tandem sensu conscendere suggestum oportuit? an ejus, qui his indigna dicturus esset? at juste sane periissem* [12]: ubi manifeste ἂν pertinet ad ἀπέθανον.

Μὲν οὖν, & quidem. XV. Μὲν οὖν, raro admodum significat *igitur*; multo minus, *quidem igitur*. At primo commode reddi potest, *& quidem*, *& vero*, *enimvero*: maxime in periodorum initiis: praemissa tamen semper alia voce, ut, Οὕτω μὲν οὖν πρὸς τὴν πόλιν διακείμενος ἀεὶ διετέλεσεν· id est, *Et quidem eo semper fuit in rempublicam animo.* nunquam enim reperitur, καὶ μὲν, pro, *& quidem*; nec καὶ δὲ, pro *& vero*; nisi apud Poëtas. Demosthen. pro Coron. Πειράσομαι μὲν οὖν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιεῖν· *Equidem*, vel, *ego vero id, quam modestissime fieri poterit, praestare conabor.* Praeceden-

10 Pag. 239, lin. 22.

11 Locus est pag. 517, init. quem citat Budaeus p. 481.

12 Magis placet Lambini versio: *Cujus hominis mente suscepta, cujus spiritu sumto, cujus induta persona.* Locus est pag. 343, lin. 16.

13 Cap.

Digitized by Google

cedente autem particula εἰ, verti etiam poteſt, *quod ſi*, vel, & *quidem ſi*. Idem ibid. Εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον, κατηγόρησεν Αἰσχίνης· id eſt, *Quod ſi AEſchines, quibus de rebus actionem inſtituebat, in iis tantum accuſandis verſatus eſſet.*

XVI. Secundo ſignificat *quidem certe*, vel *ſane*: Gal- *Certe.*
li fere dicunt, *au moins*, vel, *pour le moins*: interdum, & *à la verité*: ut ea quae ſequuntur ad aliquam priorum confirmationem utcunque pertineant. Thucyd. lib. I. [13] cum dixiſſet nonnullos eſſe, qui ſcriberent quendam in Aſia periiſſe, ſubdit ejus opinionis hoc argumentum; Μνημεῖον μὲν οὖν ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ Ἀσιανῇ. Id eſt, *Et ſane hujus monumentum extat Magneſiae, quae Aſiae civitas eſt.*

XVII. Tertio, redditur *porro*, vel, *caeterum*, vel, *Porro.*
*jam vero*, in iiſdem periodorum initiis [14]: ut, Αὐτὸς μὲν οὖν τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν, πάντα ὑπεκίνησεν· id eſt, *Caeterum accepto imperio cuncta mutavit.* Demoſthen. pro Coron. [15] Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ' ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα. *Porro, vel, jam vero, Athenienſes hac in cauſſa, cum aliis pleriſque rebus deteriori conditione ſum, quam AEſchines, tum vero duabus praecipue, iiſque permagnis.* Quo ſenſu, καθ' ὑποφορὰν, id eſt, *per ſubjectionem*, uſurpatur explicandi alicujus cauſſa, quod praemiſſum eſt; ut ſi, cum dixiſſes aliquid eſſe inutile, ſubjungeres, Ἄχρηστον μὲν οὖν φημι ἔγωγε πᾶν, ὅ, τι μηδὲν εἰς ἀρετὴν συντελεῖται [16]· id eſt, *Porro inutile autem id eſſe dico, quod nihil ad virtutem juvat.*

XVIII. Quarto, ſignificat *imo vero*: ut Xenophon *Imo vero.*
quae-

13 Cap. 138.

14 Maximus harum particularum uſus eſt, ubi ab una ad alteram orationis partem tranſitio fit. Exempla ubique obvia. Conſulatur omnino Devarius. Aliquando etiam, quemadmodum μὲν δὴ, quum ad narrandum accingimur, praemiſſa qualicunque praefatione. Ita de Macrobiis multa praefatus Lucianus ſic tandem incipit: Ἀργανθώνιος ΜΕΝ ΟΥΝ, Ταρτησσίων βασιλεὺς, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται. *Ergo Arganthonius, Tarteſiorum rex, CL annos vixiſſe dicitur.*

15 Paulo poſt principium.

16 Ita fere Ariſtoteles, quem citat Henr. Stephanus ex Budaeo: Ἄχρηστον μὲν οὖν λέγω, ἀφ' ἧς μηδὲν συντελεῖται ἐπὶ τὴν φύσιν.

17 Sic

quaerenti, Οἱ παῖδές σοι τούτων οὐδὲν ἐπίστανται ποιεῖν; id est, *Nihilne tui rerum istarum facere norunt?* respondet, Πάντα μὲν οὖν, ἔφη, *Imo vero inquit, omnia.* Quod etiam dicunt, μὲν οὖν γε, vel una voce, vel tribus distinctis. Ita Lucae 11. 28. ei mulieri, quae beatam Christi matrem praedicabat, Christus ipse respondet, Μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· id est, *Quin imo*, vel *imo vero, beati qui audiunt verbum Dei.* Quae tamen voculae, membrorum aut periodorum initiis aliquando significant *enimvero*, ut ad Rom. XI. 20. Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; id est, *Enimvero, o homo, tu quis es, qui Deo respondes?* Hic autem notandum μενοῦνγε, toti membro initium dare posse, nulla voce praemissa, quod non possunt μὲν οὖν, sine γε.

**At enim.** XIX. Quinto, ac postremo μὲν οὖν significant *at enim*, serviuntque potissimum occupationibus rhetoricis. Demosthen. Olynth. 1. Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν, inquit, ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον, καὶ παντὸς εἶναι· Ubi male, meo judicio, qui vertunt, *igitur*, vel, *quamobrem:* sensus enim est, *At enim dicat fortasse quispiam, reprehendere facile admodum, & cujusvis esse.*

**Ὦν & νυν enclitic. pro οὖν.** XX. Observandum hic obiter, apud Iones, ὦν & νυν encliticum, pro οὖν usurpari: ut μὲν ὦν & μέν νυν, pro μὲν οὖν. Herodot. lib 2. Τοῦτο μέν νυν τὸ ὄρος τοιοῦτόν ἐστι. id est, *Et quidem hic mons ejusmodi est.* Ibid. paulo post, Πέφυκε μὲν ὦν ἡ χώρη αὐτὴ οὕτω· id est, *Atque hic nativus est illius regionis situs.*

**Ὦν, vacat.** XXI. Apud eundem particula ista, ὦν, saepissime vacat: nam altera νυν raro sine μὲν reperitur. Imo, praepositiones a verbis, quorum partem constituerent, interjecto fere ὦν, dirimuntur. Ita lib. 2. Οἱ δὲ φέροντες ἐς τὴν ἀγορὰν, ἀπ' ὦν ἔδοντο, pro ἀπέδοντο· id est, *Ii deferentes in forum, ibi vendere consueverunt.* Ibid. Κατ' ὦν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε, *operuit.* Ibid. Ἐν ὦν ἐπάκτωσαν, pro ἐνεπάκτωσαν, *connectere & colligare solent.*

**Δὲ enclit.** XXII. De particula δὲ, seorsim haec notanda. Primum illam encliticam esse non modo, cum demonstrat: ut in Ὅδε, ἥδε, τόδε· sed etiam dum coalescit in unam vocem, cum τοῖος, *talis*, τόσος, *tantus*, τηλίκος, *tantus*; tuncque unicus est accentus in penultima Τοιόσδε, τοσόσδε, τηλικόσδε. Postremo, cum fungitur vice praepositionis εἰς, aut similis, ut in οἴκαδε pro εἰς τὸν οἶκον, *domum:* quo etiam utuntur Oratores, & in aliis quibusdam magis Poëticis:

Digitized by Google

ticis: ut, ἀγορήνδε, id est, εἰς ἀγορὰν, *in forum* [17], & similibus.

XXIII. Secundo, apud Aristotelem, Platonemque potissimum, aliosque magis Atticos significare *sed*, aut *verum*: quemadmodum ante diximus, ἀλλὰ, interdum pro δὲ, usurpari. Aristotel. Ethic. 8. Ἡι μὲν δοῦλος, inquit, οὐκ ἔστι φιλία πρὸς αὐτόν· ᾗ δ' ἄνθρωπος· id est, *Quatenus ille servus est, nulla cum eo amicitia esse potest: sed tantum quatenus homo est* [18]. Quod orationis genus eo nonnunquam obscurius est, quo nonnulla subintelliguntur ex praecedentibus repetenda. Plato in Gorgia, Ἡ μὲν ὀψοποιητικὴ οὔ μοι δοκεῖ τέχνη εἶναι, ἡ δὲ ἰατρική· id est, *Condiendorum ciborum ars mihi nulla videtur esse, at medicina*; (supple, *ars videtur.*) Sic Tullius ad Lentulum; *Non meum monumentum*, inquit, *monumentum vero senatus*: ubi *monumentum vero*, posuit, pro, *sed monumentum*; Graece Οὐκ ἐμόν γε μνημεῖον, τῆς δὲ βουλῆς [19].

Δὲ, *sed*, *aut*, *verum*.

XXIV.

17 Sic apud Hom. Il. Α. vs. 54.

Τῇ δεκάτῃ ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς.

*Decimo die ad concionem vocavit populum Achilles.*

Sic κλισίηνδε, Φθίηνδε, apud eundem, lib. eod. Est & ubi citra necessitatem repetitur, nisi metri gratia. Ita Hesiodus in Scuto Herculis, vs. 38.

- - - Ἀφίκετο ὅνδε δόμονδε.

*Rediit domum suam.*

Similiter apud Hom. lib. Odyss. Α.

Νοστῆσαι Ὀδυσῆα δαΐφρονα ὅνδε δόμονδε,

*Redire Ulyssem prudentem suam domum.*

18 Eleganter in hac occasione particula δὲ periodum claudit. Sic Plat. in Theag. pag. 130. Ἐγώ σοι ἐρῶ ἄπιστον μὲν, νὴ τοὺς Θεοὺς, ἀληθὲς δέ. *Ego tibi dicam, per Deos, incredibile quidem, sed quod tamen verum est.* Simili modo apud Diog. Laërt. lib. V. Ἔφη δὲ, τὸν σοφὸν μὴ εἶναι μὲν ἀπαθῆ, μετριοπαθῆ δέ. *Dixit autem, sapientem non quidem adfectibus omnino carere, sed illis mediocriter agi.*

19 Frequens hoc in genere est, quod particula δὲ praecedentia subaudiri postulet post οὐ μόνον, sequente ἀλλὰ καί. Ita in Ceb. Tab. ubi ait, Fortunam solere δοῦναι πολλαπλάσια, αὖθις δὲ ἀφελέσθαι, ἃ δέδωκεν. ΟΥ' ΜΟ'ΝΟΝ ΔΕ', ἀλλὰ καὶ τὰ προϋπάρχοντα. *dare hominibus multa, iterumque adimere, quae dedit. & hoc non solum, sed etiam, quae antea habuerunt.* Similiter in ep. Pauli ad Rom. V, 3. Καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. ΟΥ' ΜΟ'ΝΟΝ ΔΕ', ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. *Gloriamur spe gloriae Dei: nec hoc solum, sed & gloriamur in adflictionibus.*



Digitized by Google

Δὲ pro γάρ.

XXIV. Tertio, δὲ sumitur aliquando pro γάρ, apud Homerum saepissime, aliosque Poëtas: apud quos particula haec, ut hoc obiter dicam, praecipuam carmini venustatem afferre putatur: adeoque altero quoque versu inculcatur: quod apud Latinos vitium esset turpissimum. Imo etiam in soluta oratione est ubi δὲ, reddi potius debeat *enim*, quam, *vero*. Demosthen. Olynth. 3. Τοῦτ' οὖν δεῖ προσεῖναι· τὰ δ' ἄλλα ὑπάρχει. *Hoc igitur accedat oportet: nam caetera quidem adsunt.*

Δὲ, pro δή.

XXV. Quarto, non raro cum aliqua emphasi ponitur, pro δὴ, ut apud Latinos, *vero*, pro *utique*, vel *omnino*. Tullius: *Quod me rogas, ut in bonam partem id accipiam; ego vero in optimam.* Graece, Ὅτι μὲν οὖν παρακαλεῖς ἐμὲ, εὐγνωμόνως ἀκούειν τοῦτο, (vel λαβεῖν, δέχεσθαι τοῦτό γε.) ἐγὼ δὲ καὶ μάλιστα. Plato in Phaedone [20], Οἳ δ' ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν, τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν τάρταρον· id est, *Qui autem videntur insanabilibus vitiis laborare, eos vero suum cujusque fatum in tartarum detrudit.*

Δὲ, pro δὴ, obscurat orationem.

XXVI. Hac in acceptione obscuram interdum efficit orationem. Plato 10. de Legib. [21] cum dixisset, Νῦν δὴ χαλεπὸν οὐδὲν ἔτι διαῤῥήδην εἰπεῖν, ὡς ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐστι περιάγουσα ἡμῖν πάντα· id est, *Nunc ergo nihil amplius est, quamobrem aperte dicere vereamur; quandoquidem animus is est, qui circumagit omnia:* subdit, Τὴν δὲ οὐρανοῦ περιφορὰν ἐξ ἀνάγκης περιάγειν φατέον· id est, *Eundem certe animum ipsius quoque coeli conversionem efficere dicendum esse.* Quo loco, τὴν δὲ, omnino posuit, pro τὴν δὴ, vel τήν γε, vel ἐ τὴν, & φατέον abundat: satis enim erat εἰπεῖν, sic tamen, ut sequeretur περιάγει, pro περιάγειν, & ἡ δὲ, pro τὴν δὲ, in nominandi casu efferretur.

Δὲ pro δὴ, cum significat ἔτι.

XXVII. Sumitur etiam pro δὴ, cum significat ἔτι [22] vel omnino

20 Pag. 113, lin. 44. citante Bud. pag. 487.

21 Pag. 898.

22 Haec, ut pleraque ex Budaeo. v. pag. 487. Recte pro ἔτι poni, ait Auctor, sed nunquam, quod sciam, nisi post conjunctionem καὶ, vel rarius post cognatum ἔτι, neque in hac occasione vacat, sed significat, *Praeterea*, vel simile quid ἐπιδοτικόν. Ita AEschines, Epist. V. Καὶ γὰρ οἰκίαν παρεσκεύασέ μοι δημοσίᾳ δοθῆναι, καὶ χωρίον ἐν Καμείρῳ, ΚΑΙ' αὐτὸς ΔΕ' ἔπεμψεν ἡμῖν τὰ ἐπιτήδεια καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἄφθονα. *Etenim curavit, ut mihi publice aedes darentur, & fundus Camiri, atque ipse praeterea misit nobis commeatum in annum etiam sufficientem.* Quae locutio Xenophonti admodum

omnino vacat. Demosthen. Εἰ ῥήτωρ ἐστὶν, οἷος ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε· id est, *Si ejusmodi Rhetor est, cujusmodi nonnullos ego, ac vos etiam videtis.* Thucyd. Δίκαιον γὰρ αὐτοῖς, καὶ πρέπον δὲ ἅμα, τὴν τιμὴν ταύτην δίδοσθαι, *Aequum enim est, & vero etiam decet, hunc ipsis honorem haberi.*

modum familiaris est. Discant interim tirones, inter καὶ & δὲ semper interponi voculam aliquam. Arrian. de Exp. Al. lib. 3. cap. 2. Ubi Hegelochus post multa, quae de felici armorum successu Alexandro renunciat, subjungit, ΚΑΙ` Μιτυλήνην ΔΕ` Χάρητα ἔχοντα ὅτι ἀφείλετο. *Ad haec Mitylenen, quam Chares obtinebat, esse recuperatam.* Adde AElian. V. H. lib. IX. cap. 9. in fine. Ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι ἐθελάζοντι τὴν τρίχα &c. ΚΑΙ` τοῖς ἄλλοις ΔΕ` ἐχρῆτο ἀλείμμασι. *Dabat operam, ut pulcer videretur, comens capillos &c. aliisque praeterea utebatur unguentis.* Confer Joann. XV, in fin. Act. Apost. III, 24.

# S E C T I O IX.

## *De Conjunctionibus* ὅτι & τοίνυν.

## R E G U L A I.

Ὅτι, *quod*, praeter observata superius, Graece eleganter ac vulgo usurpatur cum nominativo ac verbo proprio, ubi Latini accusativum cum infinitivo conjungunt. Xenoph. Ἑλληνικῶν 6. Εἶπεν ὅτι βούλεται, *Dixit quod vult*, id est, *Dixit se velle*: sed hoc ejus usu nihil contritius [23]. Ὅτι, quod.

II.

23 Mirum, quam liberi in varianda verborum structura sint Graeci, qui cum accusativo orationem obliquam incipiunt, & deinde, mediante ὅτι, in finitivam desinunt: & contra, quamvis ὅτι orationem incipiat, tamen quandoque sententiam claudunt infinitivo, praecedente accusativo. Prioris exemplum est in Euang. Joan. cap. VIII. 54. Ἔστιν ὁ Πατήρ μου ὁ δοξάζων με, ὋΝ, ὑμεῖς λέγετε, ὍΤΙ ΘΕΟ`Σ ὑμῶν ἘΣΤΙ. Pro Θεὸν ὑμῶν εἶναι. *Est pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quod Deus vester sit.* Pro, *Deum vestrum esse.* Alterius exemplum est apud Lucam in Act. Apost. XXVII. 10. Ἄνδρες, θεωρῶ, ὍΤΙ μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας οὐ μόνον τοῦ φόρ-

**ὅτι, quam.** II. Ὅτι, cum superlativo tam nominis, quam adverbii, videtur quandam adverbii rationem induere, idemque valere, quod apud Latinos *quam*; ut ὅτι βέλτιστα, *quam optime*, ὅτι τάχιστα, *quam celerrime*, ὅτι πλεῖστοι, *quam plurimi* [23]. Quo sensu etiam cum substantivis quibusdam conjungitur; ut, ὅτι τάχος, *quam celerrime* [25].

**τί ὅτι; cur?** III. Aliquando interrogationi servit, *cur? quamobrem?* tuncque fere praecedit τί, & subauditur verbum ἐστίν. In Euangelio B. Marci cap. 9, 28. Τί [26] ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό. *Quid quod*, id est, *Quid est quod*, vel, *quamobrem ipsum non potuimus ejicere?*

Pro τί ὅτι; Aristophanes dicit, ὅτι τί δή; pro quo mavult Plato [27], ὅτι δὴ τί; addito etiam μάλιστα, id est, *cur tandem* [28]? saepius tamen ὅτι, (*quia*) responsioni servit, ut sexcentis exemplis patet.

IV.

του ἀλλὰ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν ΜΕΛΛΕΙΝ ἔσεσθαι ΤΟΝ ΠΛΟΥ͂Ν. Pro, μέλλει ἔσεσθαι ὁ πλοῦς. *Viri, video, cum periculo & multo damno non solum oneris & navis, sed etiam capitum nostrorum futuram navigationem.* Adde sis Steph. Byzant. de Urbib. in Τρεμιθοῦς. Φασὶ δέ, ΟΤΙ, ἐπιβάσης Ἀφροδίτης εἰς τὸν τόπον, διὰ τῆς παρουσίας τῆς Δαίμονος ὑπὸ τρόμου ΔΙΑΣΑΛΕΥΘΗ͂ΝΑΙ, διὸ καὶ ΤΡΕΜΙΘΟΥ͂ΝΤΑ ΚΛΗΘΗ͂ΝΑΙ. *Ajunt vero, hunc locum, postquam Venus eo accesserat, ob Divae praesentiam vehementer fuisse concussum, & hinc Tremithuntem adpellatum esse.* Si quis plura hujus Syntaxeos exempla requirat, adeat doctiss. Viri Georg. Raphelii adnotationes in N. T. ex Polybio & Arriano collectas, ad loca Joannis & Lucae modo citata, H. Stephanum ad al. script. de Dial. Att. pag. 77. & Act. XVI, 3. Caeterum quam variis, & a Latina consuetudine diversis modis Graeci orationem obliquam sive infinitam adornent, varient & mutent pro lubitu, notavimus supra ad Cap. V, sect. 3, reg. 9.

24 Sic ὅτι μέγιστος apud Thucyd. lib. I, cap. 126. Ὅπως σφίσιν ΟΤΙ ΜΕΓΙΣΤΗ πρόφασις εἴη τοῦ πολεμεῖν. *Ut quam maxima illis esset belli gerendi caussa*

25 Ita Hippocrat. in epist. ad Hystanem, Hellesponti praefectum. Γράφων ὅτι τάχος. *Scribens quam primum, quam celerrime.*

26 In meis editionibus abest vocula τί.

27 De Rep. lib. 1, pag. 343.

28 Pro eodem dicit Aristophanes Ὅτιη τί; *Quid quod quid?* i. e. *Quae est ratio? Quamobrem?* Et Lucianus Ὅτι τί; vid. in Charonte pag. 141.

29 In

Digitized by Google

IV. Ὅτι, *quod*, non raro abundat, cum alicujus verba referuntur. Demosthen. in Leptin. Οὐδὲ γὰρ εἶχε καλῶς εἰπεῖν, ὅτι, ἀλλ' ἔχουσιν ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα· id est, *Nec enim honeste diceretur, illum & illum jam habere:* vel Graeco propius: *Atqui jam ille, & ille habent.* Quae loquendi ratio, si verba tantum singula cogitentur, alienum plane sensum efficiet, ut Apocalyps. III, 17. Ὅτι λέγεις, ὅτι πλούσιός εἰμι verbatim, *Quia dicis, quod dives sum*, id est, *te divitem esse:* cum verba sonare videantur, eum de quo loquitur, dicere, Christum ipsum esse divitem, non se. Quo tamen loco, & aliis plerisque, recte ac pie noster Interpres, nativum illum Graecae dictionis candorem exhibuit [29]. — Ὅτι, abundat.

V.

29 In sermonibus τῶν διαλεγομένων saepe periodum claudit Particula ὅτι, & tunc intelliguntur verba ejus, qui prior locutus fuerat. Plat. Gorg. pag. 475. lin. 38. Σωκρ. Οὐκοῦν κακῷ ὑπερβάλλον τὸ ἀδικεῖν κάκιον ἂν εἴη τοῦ ἀδικεῖσθαι. Πωλ. Δῆλον δὴ, ὍΤΙ. Scilicet τὸ ἀδικεῖν κάκιον ἂν εἴη τοῦ ἀδικεῖσθαι. *Socr. Igitur id, in quo plus est mali, injuriam scilicet facere, pejus erit, quam pati. Pol. Perspicuum est, quod.* Supple *haec sint vera.* Eodem plane modo apud eundem, lib. de Rep. 2 p. 381. Ἀλλ' ἄρα αὐτὸς αὐτὸν μεταβάλλει ἂν καὶ ἀλλοιοῖ; Δῆλον, ἔφη, ὍΤΙ, εἴπερ ἀλλοιοῦται. *Sed fortasse se ipse mutat & alium facit. Scilicet, inquit, siquidem mutatur.* Nec aliud quid notant unico vocabulo scriptae particulae δηλονότι, quam δῆλον, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει. *Perspicuum est, haec ita se habere.* Estque hic loquendi mos perpetuus in εὖ ἴσθι, ὅτι, & εὖ οἶδ', ὅτι, de quibus supra, cap. 5. sect. 8. reg. 16, & 17. Est & alia in hac vocula ellipsis observanda, ubi praecedentia verba non quidem repetenda sunt, sed quae praemitti debuissent, plane desiderantur: Quod Demostheni admodum est familiare in citandis testimoniis. E. G. In Oratione adversus Pantaenetum, pag. 628. lin. 23. Ἀλλὰ μὴν, ὍΤΙ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τούτων τοὺς μάρτυρας. *Atque, (ut constet) haec me vera dicere, voca mihi, qui testentur.* Eodem modo in orat. adversus Phorm. pag. 589. lin. 39. Καὶ ὍΤΙ ἀληθῆ λέγω, λάβε μοι τήν τε μαρτυρίαν καὶ τὸν νόμον. *Et (ut constet) haec a me vere dici, cape mihi & testimonium & legem.* Integer sensus est: Ἵνα δῆλον ᾖ, ὅτι ἀληθῆ λέγω &c. Simili modo apud Platonem in Euthyph. pag. 3. lin. 15, Ubi, postquam Socrates questus fuerat, se a quodam exagitari, quasi novos Deos induxisset, respondet Euthyphro: Μανθάνω, ὦ Σώκρατες, ὍΤΙ δὴ σὺ τὸ δαι-

Διότι, pro ὅτι. V. Aliquando διότι, unica voce paroxytona, pro simplici ὅτι ponitur, licet positum etiam videri queat pro διʼ ὅ, τι· sed quantum ad usum, perinde est. Polybius Histor. I. [10] Οἴμαι πάντας ὁμολογήσειν, διότι καὶ λίαν πολύ τι τῆς ἀληθείας ἀπελείποντο πρόσθεν· id est, *Confessuros omnes existimo, se admodum a rei veritate prius abfuisse*: ubi vel λίαν, vel πολύ τι, videtur abundare. Ibid. [11] Διότι δὲ ταχέως ὑφʼ αὐτοὺς ποιήσονται τὴν Σικελίαν, προφανὲς ἦν. *Quod autem brevi Sicilia potituri essent, res per sese manifesta erat* [12].

Ὅτι μὴ, nisi. VI. Ὅτι μὴ, (*quod non*,) passim pro εἰ μὴ, id est, *nisi*, accipitur. Aristid. Panathen. Ἐν Ἐπιστολαῖς ταῖς Ἑλληνικαῖς οὐδὲν ἦν, ὅτι μὴ Ἀθῆναι· id est, *In Epistolis Graecis nihil erat, nisi Athenae*.

Ὅτι μὴ ἢ, nisi quod. At ὅτι μὴ καὶ, duobus praecipue modis reddi possint, Primo, *nisi quod*, vel, *nisi quod etiam*, vel, *quin etiam*, vel, *imo vero*. Gregor. Nazianz. I. contra Julian Τοὺς ἐλέγχους δὲ οὐ διέφυγεν, ὅτι μὴ καὶ μᾶλλον τούτοις ἑαυτὸν ὑπέθετο ἐγνώσεσθαι· id est, *Quo minus tamen deprehenderetur, effugere non potuit: imo vero imprudens licet, quo certius deprehenderetur, effecit.* Postrema verba sic Budaeus vertit, *Nisi quod non intellexerat, hoc facto se diffidentiam suam prodere* [13].

Po-

δαιμόνιον φῂς, σαυτῷ ἑκάστοτε γίγνεσθαι. *Intelligo, Socrates, quia tu genium tibi quotidie ais adesse.* Hic aliquid deesse, quis non videt? Scilicet hoc vel simili modo id, quod desideratur, supple: *Intelligo, Socrates, qua ratione haec ita ab illo fingantur, nempe, quia tu genium tibi* &c.

30 Pag. 4. in fin.

31 Pag. 9. in fin.

32 Disputantibus frequentia sunt τὸ ὅτι & τὸ διότι, praemisso articulo, quorum prius notat *Exsistentiam rei*; posterius, *caussam*. E. C. Apud Aristot. Ethic. lib. I. cap. 4. sub finem: Ἀρχὴ γὰρ ΤΟ ὍΤΙ· καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει ΤΟΥ ΔΙΟΤΙ. *Principium enim* (seu, *fundamentum omnis doctrinae*) *est: Rem esse; quod si satis constet, porro non opus erit ipso, Cur aut quamobrem.*

33 Pag. 479. Caeterum Πλὴν γʼ ὅτι καὶ est ἐπανορθωτικὸν, redditurque, *si non*, *nisi quod*, vel, si quid his simile. Aristid. orat. pro Quatuorviris, pag. 305. Ὥστʼ ἔμοιγε δοκεῖ τῷ Τερπάνδρῳ μᾶλλον ἂν εἶναι μυστικῶς εἰκάσαι, ΠΛΗΝ Γʼ ὍΤΙ ΚΑΙ παρεληλύθει. *Ita ut mihi videantur posse potius cum Terpandri Musica comparari, si non*, vel, *nisi quod etiam eam praecellunt.*

34 At

Potest etiam ὅτι μὴ ϗ reddi, *quanquam*, *tametsi*. Idem Gregor. orat. 20. ubi de profana scientia: Ὅσον δὲ εἰς Δαίμονας φέροι, διεπτύσαμεν, ὅτι μὴ κἀκ τούτων εἰς θεοσέβειαν ὠφελήμεθα· id est, *Quidquid autem ad Daemones raperet, id totum exsecrati sumus: quanquam ex iis quoque rebus multum in divino cultu profecimus* [34]. *Ὅτι μὴ ϗ, quanquam.*

VII. Τοίνυν, quod initio quidem periodi ponitur, sed tamen vocem aliquam sequi debet, hos praecipue usus habet. Primo, vel per se solum (quod vulgare admodum est) vel, quod rarius, praecedente μὲν, significat *igitur*. Demosth. pro Corona: Τὸ μὲν τοίνυν ἐν τῇ πρεσβείᾳ πρῶτον· id est, *Quod ergo primum ea in legatione contigit.* *Τοίνυν, igitur.*

Secundo, idem est, quod δὴ, *utique*, *videlicet*. Ibid. [35] cum dixisset duo esse, in quibus deteriori, quam AEschines, conditione uteretur, subdit, Τούτων τοίνυν, ὃ μὲν ἐστι πρὸς ἡδονήν, τούτῳ δέδοται, ὃ δὲ πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐνοχλεῖ, λοιπὸν ἐμοί· id est, *Ex iis videlicet, quod delectationem afferre solet, huic tributum est: quod autem universis, ut verbo dicam, molestum est, id mihi restat.* *Τοίνυν, utique.*

VIII. Tertio valet, μὲν οὖν, *& quidem*, *& vero*, *atque*. Demosthen. ibid. [36] Πάντα μὲν τοίνυν τὰ κατηγορημένα ὁμοίως ἐκ τούτων ἄν τις ἴδοι, οὔτε δικαίως, οὔτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα· id est, *Et quidem accusationis hujus capita omnia, ex istis similiter quivis intelligat, nec juste allata esse, nec ullo modo cum veritate conjuncta.* Sequitur, Βούλομαι δὲ ϗ καθ' ἓν αὐτῶν ἕκαστον ἐξετάσαι· id est, *Unumquodque tamen excutere sigillatim volo.* Sic, quod Latini dicunt, *Atque ut omnes intelligant*, Graece reddi potest, Ὡς τοίνυν ἅπασι φανερὸν γένοιτ' ἄν. *Τοίνυν, & quidem.*

34 At οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ redditur, *Tantum non*, vel, *Parum abest, quin*. Arrian. de Exp. Al. pag. 42. lin. 23. Οἱ δὲ, ὕδατός τε σπάνει, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ πολιορκούμενοι ἐν ταῖς ναυσὶν, ἐς Σάμον ἀπέπλευσαν. *At illi, aquae caeterarumque rerum necessariarum inopia tantum non in navibus obsessi, in Samum navigaverunt.*

35 Paulo post principium. Sed cur ibi non debeat reddi *igitur*, non video.

36 Pag 315, lin. 7. Ubi denuo *igitur* redde sine periculo. Neque illud ὁμοίως mea quidem sententia, recte vertit auctor, cum ad τὸ δικαίως & ἐπ' ἀληθείας sit referendum: malim: *aeque injusta, & a veritate aliena.*

IX.

**Τοίνυν, jam vero.** IX. Quarto, in transitionibus oratoriis locum habet, significatque *jam vero.* Isocrates in Panegyr. ad publicos & solennes conventus, ab Atheniensibus institutos accedens, Τῶν τοίνυν, inquit, τὰς πανηγύρεις καταστησάντων, δικαίως ἐπαινουμένων, &c. id est, *Jam vero, cum ii suo jure laudentur, qui publicas celebritates instituerint.* Demosthen. pro Coron. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην ἡ πόλις, ἐνταῦθα πάλιν σκέψασθε, τί ἡμῶν ἑκάτερος προείλετο πράττειν· id est, *Jam vero, postquam Respublica pacem fecisset, hic mihi rursus attendite, quam uterque nostrum agendi rationem sequi statuerit.* Ibid. Οὐ τοίνυν, οὐδὲ τὴν ἧτταν, εἰ ταύτῃ γαυριᾷς, ἐν οὐδενὶ τῶν παρ᾽ ἐμοὶ γεγονυῖαν εὑρήσετε τῇ πόλει· id est, *Jam vero*, vel *caeterum, porro, ne cladem quidem istam, ulla ex re, quae commissa mihi fuerit, in urbem redundasse, reperietis.*

**Τοίνυν, at.** X. Quinto in iisdem transitionibus, reddi potius debet, *at, verum, sed.* Demosthen. ibid. propius accusationi responsurus, Βούλομαι, inquit, τοίνυν ἤδη, καὶ περὶ τῆς γραφῆς αὐτῆς ἀπολογήσασθαι. id est, *At jam ipsimet accusationi respondere volo.* Ibid. Βούλομαι τοίνυν ἐπανελθεῖν ἐφ᾽ ἃ τούτων ἑξῆς ἐπολιτευόμην. *Sed volo ad ea jam redire, quae deinceps in Republica gessi.* Et, Οὐ τοίνυν μόνον τῷ μὴ καθυφεῖναι ταῦτα σεμνύνομαι· *At non eo tantum mihi placeo, quod hoc in genere nihil remiserim.* Dixit enim καθυφεῖναι ταῦτα, eodem sensu, quo καθυφεῖναι περὶ τούτων, de quo in cap. de Verbo diximus.

**Τοίνυν, & tamen, atqui.** XI. Sexto, significare videtur, *& tamen*, vel, *atqui.* Demosthen. ibidem [37], cum dixisset AEschini, eo tempore accusationem instituendam fuisse, quo Demosthenes ipse Rempublicam laederet; subdit, Οὐ τοίνυν ἐποίησας οὐδαμοῦ τοῦτο· id est, *Et tamen*, vel, *atqui nusquam id fecisti.* Ibid. Φαίνομαι τοίνυν ἐγὼ χάριτος τετυχηκὼς τότε, καὶ οὐ μέμψεως, οὐδὲ τιμωρίας· *Atqui me tum gratiam ex eo retulisse constat, non reprehensionem, aut poenam.*

**Ἐγὼ τοίνυν, equidem.** XII. Septimo, cum pronomine primae personae, adjuncto fere μὲν, commode verti potest, *equidem.* Demosthen. ibid. [38] Ἐγὼ μὲν τοίνυν ἔγραψα, βουλεύων ἀποπλεῖν τὴν

37 Pag. 316. Ubi tamen etiam potest reddi, *jam vero* vernacule: Wel nu dat hebt gy niet gedaan.

38 Pag. eadem, ubi commode haberi possit signum prolixioris orationis, & vix differt a μὲν δὴ, & μὲν οὖν, de quibus supra.

39 Ma-

Digitized by Google

τὴν ταχίστην τὰς πρέσβεις· *Equidem ejusmodi decretum edidi, quo auctor eram, ut legati quam celerrime fieri posset, navigarent.*

## SECTIO X.

### *De Conjunctione ὡς, cum adjunctis particulis.*

### REGULA I.

Ὡς, ὥστε, ἵνα, ὅπως.

De Conjunctionibus ὡς & ὥστε primum hoc tirones moneo; usurpari eas posse, ubicunque *ut* Latinum potest: si tres usus excipias, in quibus ὥστε locum non habet, de quibus paulo post; cum ἵνα, locum ibi tantum habeat, ubi, *ut*, significat [39]. Lucian. Nigrin. Εἰ γάρ τοι, ἔφη

39 Magna hic editionum discrepantia. In Parisiensi omnia, quae ab hoc Luciani loco usque ad Callimachi versum in regula 4. citatum, continentur, frustra quaeres. Contra habet eadem editio, quae in Leidensi desiderantur. Quare haec nostris animadversionibus inserere visum est. Post haec Auctoris verba: „ *Ubi Ut* „ *significat*, habes sequentia. „ *Afin que:* (tametsi apud Poë„ tas significet etiam ὅπου, „ *ubi.*) ὥσπερ vero, tum dum„ taxat, cum *ut* significat „ *quemadmodum.* Barbarus igi„ tur esset, qui haec Latina, „ *ut enim gravius nihil est*, „ Graece verteret, ἵνα γὰρ δει„ νότερον ἐστι μηδέν: aut qui „ haec alia, *ut ergo facilius id* „ *nobis sit*, ὥσπερ ἂν ῥᾷον ἂν „ ἡμῖν τοῦ γένοιτο· utrumque „ autem per ὡς & ὥστε, recte „ verteretur.

„ Secundo, ὡς, ὥς γε, ὡς „ δή, ὡς ἄν, ὡς γοῦν (non au„ tem ὥστε, ὥσπερ, ἵνα) sumi „ possunt eo sensu, quo *ut* „ Latinum, significans *quate-* „ *nus*, vel, *quomodo.* Thucy„ did. libr. 4. Ἦν δὲ οὐδὲ ἀ„ δύνατος, ὡς Λακεδαιμόνιος, „ εἰπεῖν· id est, *Neque vero* „ *dicendi facultate carebat, uti* „ *Lacedaemonius:* Gallice, *pour* „ *un Lacedemonien.* Sic, *Ho-* „ *mo satis, ut illa quidem aeta-* „ *te, urbanus ac politus*, Ἀνὴρ, „ ὡς δὴ τότε, κομψὸς πῶς καὶ „ ἀστεῖος ἱκανῶς. Sic, τοὔργον „ ἐξηκρίβωσεν, ὥς γε, vel ὡς „ δὴ κατ' ἄνθρωπον. id est, *o-* „ *pus hoc, ut humanus quidem* „ *captus est, ad amussim exe-* „ *git.*

 „ Ter-

ἔφη (ſcilicet *Momus*) τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, παρ' αὐτὴν, ὡς οἷόν τε, τὴν ἀναπνοὴν, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς. *Nam ſi violarum & roſarum odore delectantur, ſub naribus potiſſimum eos coronari oportebat, juxta ipſam, quantum fieri poteſt, reſpirationem, ut voluptatis inde quamplurimum attraherent.*

Accuſabat ſcilicet eos, qui coronas geſtabant, quod locum neſcirent, ubi eas adhibere deberent. Ubi notandum ἵνα, cum indicativo conſtrui: idque fit (uti Budaeus loquitur) [40] ubi de praeterito ſermo eſt, ſive ſit παρατατικὸς, ſive ἀόριστος, ſive παρακείμενος· ἀνέσπων vero pro ἀνεσπῶσιν.

II.

„ Tertio, *ut* Latinum ſignificans *cum*, vel, *ut primum*, „ reddi etiam poteſt per ὡς „ (non ὥστε vel ὥσπερ) vel „ cum indicativo, vel cum in„ finitivo: ut, ὡς ἴδε, vel ὡς „ ἰδεῖν ἐπικείμενον, *ut imminentem vidit*. Quomodo, praeſertim Poëtice, geminatur „ illud ὡς, ut apud Theocrit. „ ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, *ut vidit*, „ *ut inſaniit*. Virgil. *ut vidi*, „ *ut perii*. Ὡς ἴδον, ὡς ἀπόλωλα. Galli particulam, *comme*, eodem ſenſu accipi„ unt. Quod enim Demoſthen. v. g. oratione pro „ Corona, dicebat, ὡς δ' οὐκ „ ἤθελον, χαρακώματα βαλόμενος πρὸς τῇ πόλει, καὶ „ μηχανήματ' ἐπιστήσας ἐπολιόρκει. Gallus diceret: *Mais comme ils ne le voulurent pas, il planta ſon camp devant la ville, & ayant dreſſé ſes machines, commença à la battre.*

„ Quarto, alium etiam uſum particulae *ut*, pro *utinam*, vel *utinam vero*, vel, „ *atque utinam*, apud Poëtas „ maxime Comicos frequentiſſimum, eadem particula „ ὡς (non ὥστε, vel ὥσπερ) „ repraeſentat, non in ſtricta „ modo, ſed etiam in ſoluta „ oratione. Sic illum Callimachi verſum,

Ὦ Ζεῦ, ὡς Χαλύβων &c.

40 Pag. m. 504. Adde omnino Devarium de hac particula, & H. Steph. in Append. pag. 137. At conjunctio ἵνα in verbis Luciani (qui locus exſtat pag. 64, tom. 2.) commode per ὅπου explicari poteſt, id eſt, *ubi*, quia agitur de loco, ubi adhibendae coronae. In qua ſignificatione, hac conjunctione non ſoli Poëtae, ſed & ſolutae orationis ſcriptores utuntur, quanquam minus ſaepe. Obiter hic nota, ἵνα τί; vel una voce, ἱνατί; vel, interpoſita vocula δὴ, ἵνα δὴ τί; interrogationi inſervire, & ſignificare, *Quamobrem? cur tandem?* Matth. XXVII, 46. Ἱνατί με ἐγκατέλιπες; *Cur me deſeruiſti?* Ariſtoph. Nub. vſ. 1194. Ἵνα δὴ τί τὴν ἔνην προσέθηκε;

*Cur*

Digitized by Google

II. Ὡς & ὥστε infinitivum postulant. Plato in Prot. [41] Ἡμεῖς ἔτι νέοι, ὥστε τοσοῦτον πρᾶγμα διελέσθαι, *Nos adhuc juvenes, ut quidem est tantae rei explicatio & judicium.* Attice tamen etiam cum indicativo junguntur. Gal. 2. 13. Ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη τῇ αὐτῶν ὑποκρίσει· *Ita ut Barnabas eorum simulatione abductus fuerit* [42]. Cum infinit. Et cum indic.

III. Notandus est elegans iste usus particulae ὡς [43] cum par- Cum partic.

*Cur tandem veterem adposuit?* Confer. Ezech. XVIII, 31. 1 Cor. X, 29.

41 Apud Bud. pag. 590.

42 At, quando cum imperativo construitur, commode redditur, *Itaque*, *Ergo*. Epict. Enchir. cap. 69. ὯΣΤΕ, κἂν περὶ θεωρήματός τινος ἐν ἰδιώταις ἐμπίπτῃ λόγος, ΣΙΩ'ΠΑ τὸ πολύ. *Itaque, si de praecepto aliquo inter imperitos incidat sermo, taceto maxima ex parte.* Et Sophocl. Electr. vs. 1175.

Θνητοῦ πέφυκας πατρὸς, Ἠλέκτρα, φρόνει.
Θνητὸς δ' Ὀρέστης· ὯΣΤΕ μὴ λίαν ΣΤΕ'ΝΕ.

*Mortali nata es patre, Electra, memento.*
*Mortalis quoque Orestes. Itaque ne nimium gemas.*

Adde Plat. de Rep. lib. 2. pag. 362. Οὐκοῦν ἦν δ' ἐγὼ, τὸ λεγόμενον, Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη· ὯΣΤΕ καὶ σὺ, εἴ τι ὅδε ἐλλείπει, ἘΠΑ'ΜΥΝΕ. *Igitur, inquam, ut est in proverbio, Frater adesto viro. Itaque tu, si quid hic praetermisit, adjuva.* Porro de locutione τὸ λεγόμενον, consule Nostrum supra cap. 1. R. 17. Vel quando subsequitur vocula interrogativa. Ut apud Aristidem, Orat. pro quatuorviris, pag. 452. init. ὯΣΤΕ ΠΩ͂Σ ἐκείνους ἀπολύει τῆς αἰτίας; *Ita ut, quomodo*, pro, *Quomodo ergo illos absolvit?* Et paulo post: ὯΣΤΕ ΠΩ͂Σ ἐκείνους μὴ πρὸς τὸ βέλτιστον λέγειν αἰτιᾶται; *Quomodo ergo eos accusat quasi ad id, quod optimum est, non retulerint orationem suam?*

43 Aliquando particula ὡς omittitur. Locum e Demosthene supra citavimus, ad Cap. VI. Sect. 2. in fine. n. 12. Οὐδένα δ' οἴονται αἰσθήσεσθαι, τυραννίδων ἀντὶ δημοκρατιῶν καθισταμένων καὶ τῶν πολιτειῶν καταλελυμένων. *Neminem autem putant animadversurum, Tyrannidas pro Democratiis constitui, & Respublicas dissolvi.* In alia acceptione particula ὡς i. e. *quomodo*, eodem modo construitur, nempe cum genitivo absoluto participii cujuscunque temporis, sed ut plurimum praesentis: Latini utuntur *quomodo* cum subjunctivo, & in sequenti membro particula *Cum*; vel aliter circumloquuntur. Illustrent hoc verba Isocratis, de Bigis, pag. 689. Ἔτι δὲ πρότερον (s. ἀναμνήσθητε,) ὩΣ ἘΧΟ'ΝΤΩΝ ΤΩ͂Ν ΠΡΑΓΜΑ'ΤΩΝ, οὕτω κατεδέξασθε. Ad verbum: *Sed prius in memoriam revocate, quomodo sese rebus haben-*

Digitized by Google

participio, quod enim Latini exprimunt per praeteritum vel futurum infinitivi praecedente accusativo, Graeci efferunt per participium aoristi aut futuri praecedente ὡς cum genitivo absolute sumpto. v. c. *Thaidem Clitarchus ait in causa fuisse, ut exureretur regia Persepolitana.* Περὶ Θαΐδος φησὶν ὁ Κλείταρχος ὡς αἰτίας γενομένης τῦ ἐμπρησθῆναι τὰ ἐν Περσεπόλει βασίλεια [44]. *Dimanavit rumor quidam, nos inimicorum exercitum confestim insecuturos.* Φήμη τις ἐξῆλθεν ὡς ἡμῶν αὐτίκα δὴ μάλα ἀκολυθησόντων τῷ τῶν ὑπεναντίων στρατῷ.

'Ως, utinam. IV. Ὡς per se posita in oratione stricta nonnunquam idem valet quod *utinam*. Ὦ Ζεῦ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος. Catullus pene ad verbum reddit: *Jupiter, ut Chalybon omne genus pereat.* At in soluta, crebro adjunctum habet εἴθε γε, (tuncque ὡς abundat, cum εἴθε per se sit *utinam*,) vel γε solum, ac fere post aliam vocem interjectam. Lucian. Ὡς εἴθε γε ἐξεμέσαι δυνατὸν ἦν. *Atque utinam evomere liceret.* Synesius epistola quadam: Ὡς εἴη γε τῦτον ἡμῖν εἶναι τῶν παρ' αὐτῦ πώποτε στρατηγῶν εὐσεβέστατον· id est, *Utinam vero contingat, hunc omnium, quos ab illo unquam accepimus, religiosissimum nobis esse Ducem:* ubi εἴη, pro ἂν ἐνδέχοιτο, vel ἐγχωροίη. Ita Gallice, particula *que*, usurpari solet, cum dicitur, *que pleust a Dieu! que fusses tu bien loing d'icy!*

abundat.

quasi. V. Quinto, ὡς & ὥσπερ vel solae, vel cum particula εἰ sola, vel etiam praecedente ἂν, ita ut unicam aliquando tres illae vocem ὀξύτονον efficiant, sumuntur pro *quasi*, vel *tanquam:* tuncque adverbia potius esse, quam conjunctiones videntur. Dicunt igitur ὡσεὶ, ὡσπερεὶ, ὡσπερανεί· saepius tamen ὡς ἂν εἰ, & ὥσπερ ἂν εἰ, tribus distinctis vocibus: quod etiam οἱονεί dici posset. Male autem diceretur, ἱνεὶ vel ὥστε εἰ. Dicunt etiam, ὡς ἂν, & ὥσπερ ἂν, sine εἰ, non autem ὥστε ἄν. Exemplis nihil frequentius.

VI. Hic tamen observanda duo. Alterum est, quod absolute simul, & ironice Latini dicunt, *quasi vero*, his particulis exprimi vulgo non posse, sed aliis quibusdam, ut, ἀμέλει γάρ, πῶς γὰρ ὔ; μένυνγε, & similibus.

Alterum est, idem, *quasi vero*, in membrorum aut perio-

*bentibus, illum receperitis.* i. e. *Qua rerum conditione*, sive, *Qualis esset rerum status, cum illum recepistis.*

44 Verba Athenaei lib. XIII. pag. 576.

45 At-

riodorum initiis, reddi posse, Ὡς, ὥσπερ, ὡς ἂν, ὥσπερ ἂν, ὡς ἄρα, ὥσπερ ἄρα, ὡς ἀμέλει, ὥσπερ ἀμέλει, ὡς ἂν δηλαδὴ, ὡς ἂν δήπου, vel δήπουθεν, ὥς γε, ὡς οὖν, ὥσπερ οὖν, ὡς ἂν δὴ, & ὥσπερ ἂν δή· tuncque particula εἰ vix unquam adhibetur. e. c. *Quasi vero partium mearum esset genus omne calamitatis impedire.* Ὡς ἄρα τοῦ ἐμοῦ παντὸς τοῦ δεινοῦ κωλυτὴν φαίνεσθαι[44].

VII. Sexto ὡς, (non ὥστε, vel ὥσπερ,) idem est, quod ὅτι· qua in acceptione triplicem fere habet usum. Primus est, Gallico idiomati propior quam Latino; ut cum dicimus, *Je sçay fort bien que vous estes invincible.* Graece, Μάλ᾽ ἀκριβῶς οἶδ᾽ ὡς, vel ὅτι σύ γ᾽ ἀήττητος εἶ. Latine, *te invictum esse.* Ubi observandum, ὡς & ὅτι eleganter praemitti posse, ut *quod*, & *quam*, apud Latinos; *que* apud Gallos. Xenoph. Memorabil. 1. Πρῶτον μὲν οὖν, ὡς οὐκ ἐνόμιζεν, οὓς ἡ πόλις νομίζει Θεοὺς, ποίῳ ποτ᾽ ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ; *Ac primum quidem, quod non (vel quam non) eosdem ille, quos Respublica Deos habeat, qua tandem conjectura probarunt?* Quanquam adjuncta negatione, saepius verti debet, *quin*: ut, ὡς vel ὅτι οὐκ ἂν σὺ ποιήσειας, μηδαμῶς ἀμφισβητῶ· id est, *Non dubito, quin feceris*, vel, *quin non feceris.* — Ὡς, pro ὅτι.

VIII. Secundus est, cum adverbiis superlativi gradus, aut nominibus quibusdam eorum loco positis. Dicunt enim ὡς τάχιστα, vel ὅτι τάχιστα, vel ὡς, vel ὅσον τάχος, id est, *quam celerrime:* licet ὡς τάχιστα, sit etiam, *ut primum:* nam ὡς τάχιστα ἤκουσεν, id est, *ut primum audiit.* Polybius lib. 2. sub initium: Ὡς θᾶσσον (qui comparativus est, verbatim, *ut celerius*) eodem significatu posuit: Καρχηδόνιοι γὰρ, inquit, ὡς θᾶττον κατεστήσαντο τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, εὐθέως Ἀμίλκαν ἐξαπέστειλαν· *Carthaginienses enim, ut primum res in Africa composuissent, Amilcarem misere continuo.* — Cum ad. verb. superlat.

Tertius est, ut ὡς & ὅτι simul conjungantur[46], tuncque

45 Atque hoc sensu saepe accusativum participii post se habet. Vide, quae notavi supra ad Cap. 6. Sect. 1. R. 1. & Nostrum Cap. III, sect. 1. r. 1.

46 Exemplum habet Hermogenes de Xenophonte. Ἔστιν οὗτος ἀφελὴς μὲν ΩΣ ὍΤΙ μάλιστα. *Est hujus dictio quam maxime simplex.* In quibus verbis alterutrum non adeo abundat, sed significationem intendit. Et, ut maxime abundaret, in verbis Dionysii certe nequaquam, ubi ὡς ex usu primo pro ὅτι

que alterutrum παρέλκει· ut cum dicunt, ὡς ὅτι βέλτιστα, *quam optime:* ὡς ὅτι δριμύτατα, *quam acerrime.* Imo, sine adverbio nonnunquam ambae illae voces conjunguntur. Dionysius Halicarnass. lib. 9. pag. 571. Ἐπιγνοὺς ὡς ὅτι ἐν ἐσχάτοις εἰσὶν οἱ κατακλεισθέντες ἐν τῷ λόφῳ· *Ubi cognovisset, in extremo versari periculo, qui eo in tumulo conclusi tenebantur.*

**Cum adverb. positiv.** IX. Septimo, praemittitur etiam quibusdam adverbiis positivi gradus, quorum tamen ad significationem nihil addit. Adverbia illa usitatiora sunt, ἀληθῶς, *vere*, ἀτεχνῶς, *plane*; ἑτέρως, *aliter*. Demosthen. pro Corona, Ἧς (παιδείας) τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς τετυχηκότων, οὐδ' ἂν εἷς εἴποι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδέν· *Quam* (supp. *eruditionem*) *qui vere consequuti essent, horum nemo unquam de se ipso quicquam ejusmodi praedicaret.* Id. ibid. Ὧν κατορθουμένων, μεγίστοις ἀναμφισβητήτως ὑπῆρχεν εἶναι, ὡς ἑτέρως δὲ συμβάντων, τὸ γοῦν εὐδοκιμεῖν περίεστιν· id est, *Quae si prospere cessissent, absque ulla dubitatione maximis esse licuisset: nunc autem, cum ea secus evenerint, saltem praeclaram existimationem tueri superest.* Reperitur etiam ὡς ἀληθεστέρως, pro ἀληθεστέρως, vel ἀληθέστερον, *verius.* Aristid. in Panath. ὡς κυρίως ita conjungit: Δι' ἃ δὴ καὶ μόνῃ τῇ πόλει ὡς κυρίως ἄν τις φαίη συμβῆναι, &c. *Propter quae, soli etiam huic urbi proprie*, vel, *prae caeteris contigisse dixeris.* Dionys. Halicarn. lib. 11. pag. 723. ὡς καλῶς, id est, *praeclare vero*; ubi Centuriones quidam adversus Imperatores suos ita orationem ironice ordiuntur: Ὡς καλῶς ἡμῶν ἐστρατηγήκατε καὶ πρότερον, ἵνα καὶ νῦν λαβόντες ἐλπίδας ἀκολουθῶμεν ὑμῖν· id est, *Praeclaros vero Duces vos adhuc habuimus, ut nunc aliquam in spem erecti, vos sequamur.* Itaque non dubito, quin ὡς cum aliis adverbiis eodem modo conjungi possit.

X. Octavo, adverbiis itidem positivi gradus, sed ὑπερβολήν τινα, *excellentiam*, aut *excessum* aliquem significantibus, eleganter & ornate postponitur: cujusmodi praecipue sunt, θαυμαστῶς, θαυμασίως, *mirum:* ἀμηχάνως, *supra modum:* ὑπερφυῶς, *excellenter*, quasi *supra naturam:* quorum etiam loco neutra θαυμαστὸν, θαυμάσιον, ἀμήχανον, usurpari possunt; (vix tamen ὑπερφυές.) Tunc autem particula

ὅτι ponitur, ipsum autem ὅτι ex usu secundo, superlativo ἐσχάτοις praemittitur, quod quidem non est adverbium, sed suo tamen fungitur officio, cum adverbialiter possit exponi, ὡς ὅτι ἐσχάτως ἔχουσιν. *Ut in extremis versarentur angustiis.*

47 Sci-

ticula ὡς, vel Latine non vertitur, praesertim post ὑπερφυῶς, vel redditur, *ut quam*, *quantum*. Plato in Phaedro, Ὑπερφυῶς μὲν οὖν, ἔφη, ὡς βούλομαι· id est, *Ego vero*, inquit, *supra modum cupio*. Idem in Gorgia. Θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν, ἐπεὶ τὰ μέγιστα ἠδίκησε· *Mirum quam miser evaserit, postquam gravissima perpetravit*. Sic, Ἀμηχάνως ὡς σφόδρα ἐπιθυμῶ. *Dici non potest quam supra modum expetam*. Recte etiam diceretur θαυμάσιον, θαυμαστὸν, ἀμήχανον ὡς, vel ὅσον [47].

XI. Nono, quemadmodum ὅτι sic etiam ὡς, frequenter usurpatur, cum alterius orationem referimus, totidemque verbis utimur, quibus usus erat. Demosthen. pro Coron. insigne hoc exemplum suppeditat. Cum enim ista de Aeschine praemisisset, Τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες; id est, *Quaenam igitur hominis tum erat oratio?* subdit, ὡς οὐ δεῖ θορυβεῖσθαι τῷ παρεληλυθέναι Φίλιππον εἴσω Πυλῶν· ἔσται γὰρ ἅπανθ' ὅσα βούλεσθ' ὑμεῖς &c. quae, si particulam ὡς excipias verba sunt AEschinis, prout illo tempore loquebatur, quaeque Latini per infinitivum melius redderent: v. c. *Nihil esse, quamobrem turbaremini, quod Pylas ingressus Philippus esset: futura quippe omnia, quae velletis*. Pro ὅτι.

XII.

47 Scite etiam in eadem acceptione substantivis postponitur, addito, vel saltem intellecto, verbo ἐστί. Ita pro θαυμασίως ὡς, vel θαυμαστὸν ὡς, liceat dicere θαῦμα, vel θαῦμά ἐστιν ὡς. V. G. Θαῦμα ἐσθ' ὡς χρῆται τοῖς ἵπποις. verbatim: *Admiratio est; quomodo equos tractet*. i. e. *Mirum in modum*. Nos satis feliciter: 't Is een wonder / hoe hy met peerden omgaat. Plane eo modo loquitur Demosth. Philipp. I. pag. 17. lin. 32. Γέλως ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν. *Ridicule admodum res administramus*. Pro γελοῖον ὡς vel γελοίως ὡς. Neque particula ὡς in his vel similibus exemplis tam adverbiis vel nominibus illis postponitur, quam praecedit verbum, atque ita non pertinet ad prius, sed ad posterius. Nam si id, quod illam ὑπερβολὴν significat, est adverbium, intelligitur verbum ἔχω, si vero adjectivum, subauditur verbum substantivum E. G. Θαυμασίως ὡς χρῆται τοῖς ἵπποις. Est elliptica locutio, quam ita supple: Θαυμασίως ἔχει, ὡς χρῆται, &c. Sic pro θαυμάσιον ὡς, lege θαυμάσιόν ἐστιν, ὡς. Nihil planius. Nam si particula ὡς revera postponeretur, tunc accentu notanda esset, ut ostendam infra ad R. 21. De voculis ὅσος & ἡλίκος, cum adjectivis constructis, eadem dicta puta. v. supra Cap. III. Sect. 9. R. 7.

48 Par-

XII. Jam exemplum illud Demosthenis admonet, ὡς, significans ὅτι, saepius cum indicativo conjungi. Ait enim ὡς ἐ δεῖ, pro ὡς ἐκ ἂν δέοι. Quodque mirabilius etiam est, non tantum res praesens, sed etiam praeterita, & futura, hoc praesentis indicativi modo exprimitur [48]: AEschines enim quid deinceps agendum esset, indicabat. Dicere tamen potuit, ὡς, vel ὅτι ἐκ ἔδει θορυβεῖσθαι, per imperfectum. Imo saepe, nisi alterius verba referantur, imperfecto potius quam praesenti locus esse solet, v. c. *Equidem statueram, nihil ultra differendum esse*; Graece, Ἐγὼ μὲν ἐν ἐγίνωσκον, ὡς ἐκ ἔδει μηδεμίαν ἔτι ποιεῖσθαι τὴν ἀναβολήν· ubi ἐκ ἔδει, melius quam ἐ δεῖ.

XIII. Eadem significatione, ὡς apud Atticos trajectionem aliquando patitur, & proprio movetur loco Demosthen. Olynth. 3. Οὐκ ἔστιν ὅπως τοῖς μηδὲν ἐγὼ ποιοῦσι, τὰ τῶν ποιησόντων εἶπον, ὡς δεῖ νέμειν. Quae verba sic ordina, Οὐκ ἔστιν ὅπως ἐγὼ εἶπον, ὡς δεῖ νέμειν τοῖς μηδὲν ποιοῦσι τὰ τῶν ποιησόντων· id est, *Fieri non potest ut dixerim, iis qui nibil agant, res eorum, qui agere aliquid statuerint, esse tribuendas* [49].

XIV.

48 Particulam ὡς cum indicativo construi hoc loco, nihil mirum, quia tantum est nota orationis directae ejus, cujus verba referuntur. Quod Graeci per hoc praesens ἐ δεῖ rem futuram indicare solent, hoc cum illis nostrates commune habent, qui in tali occasione dicerent, Gyliede moet/ vel in imperfecto, moest u niet ontroeren. Sed illud hoc exemplo posse probari, non video. Videtur enim ex verbis Demosthenis (quae exstant pag. m. 317.) AEschines haec locutus esse, cum Philippus Pylas jam ingressus erat. Philippus scilicet subornaverat Atheniensium legatos, ut prius ex Macedonia non abirent, quam ipse expeditionem instruxisset, ut ipse jam intra Pylas esset, cum ex legatis rem cognoscerent Athenienses. Huc etiam facit ipsa Demosthenis accusatio, quod, antequam Philippus intra Pylas progressus erat, non monuerat Athenienses; quod si fecisset copias eduxissent; & Philippum introitu prohibuissent.

49 Verba Demosthenis sunt pag. 14, in fine. Minus intricatior est transpositio, quando ὡς significat *quemadmodum*, & cum particula καὶ construitur. Sic de Gelone Plutarchus in Apophth. Ἐξῆγε δὲ πολλάκις Συρακουσίους ὩΣ ἘΠῚ στρατείαν ΚΑῚ φυτείαν. Pro, Ἐξῆγε τοὺς Συρακουσίους ἐπὶ φυτείαν, ὡς ἐπὶ στρατείαν. *Eduxit autem saepe Syracusanos ad agriculturam, velut in militiam.* Idem patitur particula ὥσπερ, apud eund. ἐν Ἐρωτικ. init. Ἄγουσι γὰρ ἀγῶνα πεντασητηρικόν, ὩΣΠΕΡ

καὶ

XIV. Similiter, cum aliquid confirmandum eſt, praemiſſa voce argumentum ſignificante, ut τεκμήριον, σημεῖον, ἀπόδειξις, quae proprie demonſtratio eſt, ὡς cum indicativo adhibetur; ut, Ἀπόδειξιν δὲ παρεσησάμην, ὡς ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα εὐθὺς ἐκ παίδων ὁρμησάμενος, τὸ λοιπὸν ἀνάγωγος, καὶ παντάπασιν ἀκόλαστος ὢν διετέλει· id eſt, *Cujus rei certum inde proferebam argumentum, quod hic, & ille, cum ſtatim a pueritia orſus eſſet, contumax deinceps, omninoque refractarius perſtiterit.*

XV. Decimo. Contra vero, cum ſumitur pro *ut*, id *Quemadmodum.*
eſt, *quemadmodum* vel *quantum*, ſaepius cum infinitivo conjungitur, licet per indicativum explicari ſententia debeat. Ita dicunt, Ὡς vel ὅσα, vel ὅσον εἰκάσαι, τεκμαίρεσθαι, ὑπολαβεῖν, id eſt, *Quantum conjicere, vel ſuſpicari poſſum*, ὡς ἔμοιγε δοκεῖν, vel ὡς ſubintellecto, ἔμοιγε δοκεῖν, non minus recte, quam ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, *ut mihi quidem videtur* [50].

XVI. Undecimo, tritum eſt, ὡς ſumi ſaepiſſime pro *Pro εἰς.*
εἰς, vel πρὸς, cum accuſandi caſu, ſed perſonae; raro enim cum accuſativo rei cohaeret. Dixi raro, ne penitus eum excluderem. Sic enim Clemens Alexand. in Protrept. Ὡς δὲ τὸν πρᾶον, inquit, καὶ φιλάνθρωπον τῆς θεοσεβείας μετά-

καὶ ταῖς Μούσαις, ΚΑΙ τῷ Ἔρωτι. *Celebrant enim certamen quinquennale in honorem ſicuti Muſarum, ita etiam Amoris.* Pro, τῷ Ἔρωτι, ὥσπερ καὶ ταῖς Μούσαις. Nec tamen conjunctionis καὶ neceſſaria eſt acceſſio, & eſt, ubi non additur, ut in illo AEliani V. H. lib. I, c. 1. Οἱ τοίνυν ἰχθῦς προσνέουσιν, οἱονεὶ (i. e. ὥσπερ) τῇ πέτρᾳ, τοῖς πολύποσιν. Pro, τοῖς πολύποσιν, οἱονεὶ τῇ πέτρᾳ. *Piſces itaque ad polypodes, tanquam ad ſcopulum adnatant.* Caeterum, quemadmodum in relatis, οὗτος poſt ὃς ſequitur, ut oſtenſum eſt Cap. de Art. Subj. r. 13. ita etiam οὕτως poſt ὡς ſequitur. Vide ſis Apoſtolum ad Theſſalon. ſcribentem, ep. I, cap. V, 2. Ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου ΩΣ κλέπτης ἐν νυκτὶ, ΟΥΤΩΣ ἔρχεται. *Dies Domini, ut fur nocte, ſic veniet.* Nam ἔρχεται praeſentis tempore pro fut. effertur. v. ſupra Cap. V. Sect. 3, r. 11.

50 Sic ὡς εἰπεῖν. *Ut ita dicam.* Infinitivo autem illi poteſt praefigi accuſativus, qui per nominativum reſolvendus eſt. Herodot. Euterp. cap. 87. ΩΣ ΕΜΕ εὖ ΜΕΜΝΗΣΘΑΙ τὰ ὁ ἑρμηνεὺς μοι ἔφη. *Quantum bene memini ea, quae mihi dixit interpres.* Porro de infinitivo cum particula ὡς vide ſupra Cap. V, ſect. 3, r. 6.



Digitized by Google

*μετάγων ἡμᾶς ζυγόν· Sed nos ad mite ac suave pietatis jugum transferens* [51].

Pro ἐπεί. Duodecimo, notum etiam est, significare aliquando ἐπεί, καὶ γάρ, *etenim*; ac fere periodorum, aut membrorum initio. S. Chrysost. in cap. 6. epist. ad Roman. Ὡς νῦν γε οὐδὲν σου γένοιτ' ἂν εὐτελέστερον, ἐρήμην ἔχοντος τὴν ψυχήν. *Nam, te quidem hoc tempore, dum nudam ac desertam habes animam, vilius nihil esse possit.*

Ante ἕκαστος. XVII. Decimo tertio, ὡς praemittitur aliquando nomini ἕκαστος, solius, ut videtur, ornatus causa. Thucyd. lib. 1. p. 3. Οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες, κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν, καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες. *Itaque Graeci, cum seorsim singuli, tum qui oppidatim alii alios intelligebant, tum etiam universi, hoc deinceps nomine comprehensi.*

Ὡς μέν, ὡς δέ. XVIII. Decimo quarto, ὡς μὲν, & ὡς δὲ, in membris distinctis, ita nonnunquam opponuntur, ut τὰ μὲν, & τὰ δέ. S. Greg. Nazianz. orat. de S. Basilio, pag. 321. Ἔλαφοι τῶν λόφων ποθὲν ὑπερφανέντες ἀθρόοι, ὡς μὲν εὐμεγέθεις, ὡς δὲ πίονες, ὡς δὲ πρόθυμοι πρὸς σφαγήν· *Cervi turmatim summis e collibus apparentes, cum proceri, tum pingues, tum etiam ultro sese propriam ad caedem offerentes.*

Ὡς πρός, quantum attinet. XIX. Decimo quinto, ὡς πρὸς, sequente accusativo, vel personae, vel rei, significant, ὅσον, vel ὅσα πρὸς, *quantum attinet*, vel *caussa:* ut, Ὡς ἄρα πρὸς ἐμὲ [52], ἀδιάφορον τοῦτο

51 Eodem sensu etiam cum praepositione ἐπὶ construitur, & alterutrum παρέλκει. Arrian. de Exp. Al. lib. 1. pag. 15. lin. 13. Ἐπῆγεν Ἀλέξανδρος τούς τε Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας δρόμῳ ὩΣ ἘΠῚ τὸν ποταμόν. *Induxit Alexander Agrianas & sagittarios in flumen cursim.* Eodem modo lib. 2. cap. 6. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ προσῆγεν ὩΣ ἘΠῚ Δαρεῖόν τε καὶ Πέρσας. *Postero autem die profectus est contra Darium & Persas.*

52 Alio sensu ὡς πρὸς ἐμὲ illimitative sumitur, & notat comparationem, ut ex Luciano probat Devarius: Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὩΣ ΠΡῸΣ ἘΜΈ. *Lynceus ille coecus est, si mecum comparatur.* Limitativam illam vim obtinet etiam cum praepositione ἐπί. v. Thucyd. lib. VII. cap. 30, in fine. Τὰ μὲν δὴ [Ita placet pro τὰ μὲν. vide, quae supra notavimus ad Sect. VIII. reg. 11.] κατὰ τὴν Μυκαλησσὸν, πάθει χρησαμένων [sc. Μυκαλησσίων] οὐδενὸς, ὩΣ ἘΠῚ μεγέθει, τῶν κατὰ τὸν πόλεμον, ἧσσον ὀλοφύρασθαι ἀξίῳ, τοιαῦτα ξυνέβη. *Atque hujusmodi quidem*

Digitized by Google

τῦτό γε· *Nam mea quidem causa, perinde mihi est.* Clemens Alexandr. Strom. 4. Christianorum nomine iis respondens, quibus mirum videbatur, Christianos suis cruciatibus minime liberari: Τί γὰρ καὶ ἀδικύμεθα, inquit, ὡς πρὸς ἡμᾶς αὐτὺς, θανάτῳ ἀπολυόμενοι πρὸς τὸν Κύριον; *Quid enim detrimenti capimus, qui, quantum ad nos attinet, ad Dominum morte ipsa transmittamur?*

XX. Decimo sexto, ὡς sequente ἐκ τῶν δυνατῶν, vel ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, vel ἐκ τῶν ἐγχωρύντων, vel ἐκ τῶν ἀφορμῶν, *pro viribus, facultatibus, opibus*, omnino παρέλκει [53]. Exemplum ex Thucydide unum hoc sat erit. Sic enim ille lib. 2. pag. 100. Ἐπεὶ δὲ ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν ἕτοιμα ἦν. *Rebus autem, prout tum licebat, comparatis.* abundat.

XXI. Decimo septimo, ὧς cum accentu, apud Poëtas passim pro ὕτως, *sic*: & quidem etiam ἐλλειπτικῶς, ut apud Homer. Iliad. α, vers. 116. Ὧς, sic.

Ἀλλὰ καὶ ὧς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τό γ' ἄμεινον· *Sed etiam sic*, i. e. *etiamsi res ita se habeat, volo eam reddere, si quidem id praestat.*

Sic Il. π. vers. 363. Ἀλλὰ καὶ ὧς ἀνέμιμνε, id est, *sed etiam sic*, id est, *eo statu rerum, sustinuit*, vel, *perstitit.* Ita Thucydides non semel usurpavit, ut lib. 1. Ἐδόκει γὰρ καὶ ὁ πρὸς Πελοποννησίυς πόλεμος, καὶ ὧς ἔσεσθαι αὐτοῖς. *Iis enim videbatur bellum sibi cum Peloponnensibus futurum, etiam sic*: id est, *etiamsi eo modo sese gererent.* At ὐδ' ὧς, id est, *ne sic quidem* [54].

Alias

*quidem fuit clades, quam Mycalessus accepit, quae incolis, pro magnitudine urbis, non minus fuit deploranda quam ulla alia, quae in hoc bello acciderit.* Est & ubi nulla additur praepositio. Sic Gnathaenae meretricis elegantem jocum narrat Athenaeus, lib. XIII. Deipnosoph. pag. 584. cui cum quidam obtulisset parvulum villum, addens sedecim id esse annorum, respondit, Μικρὸς γε ΩΣ τοσύτων ἐτῶν. *Profecto parvulum pro aetate.* Vide omnino Devarium, qui Latinos suo *Ut* eo sensu usos etiam fuisse, demonstrat ex Cicerone. Nec aliter Corn. Nep. in Epam. cap. 5. *Satis exercitatum in dicendo, UT Thebanum scilicet.* Confer editionem Leidensem, quam adjeci, ad regul. 1.

53 Nisi mavis reddere *quantum.* Ut, *quantum pro viribus licuit.*

54 Ut apud Arrian. de Exp. Al. lib. 1. cap. 7. in fine. Ἀλέξανδρος δὲ ΟΥΔ' ὯΣ τῇ πόλει προσέβαλεν. *Sed ne sic quidem Alexander urbem oppugnavit.* Accentu praeterea notatur ὧς, quotiescunque postponitur,

Ὡς, *certo quodam modo.* Alias tamen, ὥς idem valet, ac πῶς [55], cum accentu, id est, *Certo quodam modo.* Aristot. Politic. 1. Ἔστι μὲν ὥς τοῦ οἰκονόμου καὶ τοῦ ἄρχοντος, καὶ περὶ ὑγιείας ἰδεῖν· ἔστι δ' ὥς οὔ, ἀλλὰ τοῦ ἰατροῦ· *Ad OEconomum & Principem certo quodam modo pertinet, valetudini prospicere; certo etiam modo non pertinet, sed potius ad Medicum.*

Ὡς pro *sic.* XXII. Decimo octavo, ὡς etiam absque accentu, interdum sumitur pro *sic*: ut apud Clem. Alexandr. in Protrept. Ὡς δ' οὐκ ἔστιν Θεὸς ἡ ἅλως, καὶ ὡς οὐκ ἔστι Θεὸς ἡ Ἶρις· *Ut autem Dea non est Area,* (meteorum intelligit,) *sic neque Dea Iris est:* nisi secundum ὡς, accentu notari debeat. Et Stromat. 6. Ὡς δὲ καὶ Ἰουδαίοις, διοιχθείσης τῆς παλαιᾶς γραφῆς, τὸ νέον καὶ εὐγενὲς ἐγκεντρίζεται τῆς ἐλαίας φυτόν· id est, *Sic etiam Judaeis, patefacta vetere scriptura, novus & generosus olivae surculus inseritur:* ubi etiam alii legunt, ὥς cum accentu [56].

XXIII. Dubium etiam est, utrum ὡς an ὥς scripserit Lucianus in Charonte, ubi Charon de Homero loquens, Ἐπεὶ γὰρ, inquit, ἤρξατο ᾄδειν, οὐ πάνυ αἴσιόν τινα ᾠδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδῶν συνήγαγε τὰς νεφέλας, καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον· id est, *Cum enim coepisset non valde laetum carmen navigantibus occinere, continuo Neptunus coëgit nubes, pontumque turbavit:* ubi ὡς vel ὥς, idem est, atque οὕτω δὴ, vel potius, ἅμα δὴ, *continuo, tum vero* [57].

C A-

nitur, id quod apud Poëtas frequens est: ut apud Hom. Od. Τ. ubi vergit ad finem:

> Οἳ δή μιν περὶ κῆρι, Θεὸν ὥς, τιμήσαντο.
>
> *Qui illum ex animo, ut Deum, honorabant.*

55 At non nisi cum ἐστι, quod semper antecedit, conjunctum. Quo pertinet regula, supra Cap. V. Sect. 6. de verbo εἰμί.

56 Sic posterius illud ὥς accentu notatum invenio in versiculo illo, qui extat apud Plat. Phaedr. pag. 241.

> Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', ὥς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί.
>
> *Ut lupus ipse agnum, puerum sic ardet amator.*

Nec dubito quin ὥς pro *sic* positum semper accentu notetur.

57 In verbis Luciani ὥς accentu notari debebit, dummodo relatum ad se habeat sequens illud ὥσπερ. Nam sequitur: ὥσπερ τορύνην τινὰ, ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν πάσας τὰς θυέλλας ἀνέθυνεν· adeo ut τορύνην & τρίαιναν per Adpositionem conjungantur, & sensus sit: *Sic pontum turbavit, tanquam immissa*

*missa quadam tudicula, tridente scilicet, omnes procellas excitaret.* Caeterum caput hoc claudat scita admodum adverbii ὥσπερ cum interrogativo τί constructio. Et ὥσπερ τί; verbatim, *Quemadmodum quid?* est formula exigentis exemplum praecedentis cujusdam propositionis. Latini dicunt, *Da* vel *profer exemplum.* Adi Platonem in Symposio, pag. 205. Ἀφελόντες τοῦ ἔρωτός τι εἶδος, ἀνομάζομεν τὸ τοῦ ὅλου ἐπιτιθέντες ὄνομα, ἔρωτα· τὰ δὲ ἄλλα ἄλλοις καταχρώμεθα ὀνόμασιν. ὭΣΠΕΡ ΤΙ; ἦν δ' ἐγώ. Ὥσπερ τόδε· οἶσθ' ὅτι ποίησίς ἐστί τι πολύ. &c. *Ablata amoris quadam specie, huic totius nomen imponimus, scilicet Amorem. In aliis autem utimur aliis nominibus. Proba exemplo, inquam ego. Hoc esto exemplum (ait ille.) Scis vocabuli* ποίησις *usum late patere.* &c.

# CAPUT NONUM. ET ULTIMUM.

## *DE PRAEPOSITIONE.*

## SECTIO I.

### *De Praepositionibus* ἀμφὶ, ἀνὰ, ἄνευ, ἀντὶ, ἀπό.

### REGULA I.[58]

Ut praecipuos tantum in quaque libemus idiotismos, (nam caetera Grammatici & Lexicographi dabunt:) Prae-

58 De praepositionibus illud in genere notandum, illas a scriptoribus Ionicis, & poëtis longe a casu, quem regunt, moveri. Herod. Erat. cap. 69. ἘΝ γάρ σε ΤΗΙ͂ νυκτὶ ταύτῃ ἀναιρέομαι· pro ἐν τῇ νυκτί. *Ea enim nocte te concepi.* Hom. Il. B. vs. 465.

——— ——— Αὐτὰρ ὙΠΟ' χθὼν
Σμερδαλέον κονάβιζε ΠΟΔΩ͂Ν αὐτῶν τε καὶ ἵππων.
- - - - - - - - *Sed terra*
*Terribiliter resonabat sub pedibus ipsorumque & equorum.*

Ubi ποδῶν Casum suum debet longe praecedenti Praepositioni ὑπὸ.



Digitized by Google

Praepoſitio ἀμφὶ, & Poëtice ἀμφὶς, apud Poëtas quidem, & Jonicos Scriptores, cum genitivo caſu, ſignificat *de*, *per*, & *propter*: cum dativo autem, *de*, *propter*, & *circum*: ſaepius tamen ἀμφὶς cum genitivo eſt, *ſine*, *ſeorſum*, *extra*.

**Ἀμφὶ, *circa*.** Apud alios ſolutae orationis auctores, fere cum accuſativo jungitur, idemque valet quod *circa*. Ac primo quidem eleganter dicitur, Ἔχειν ἀμφί τι, *In re aliqua verſari* [59]: Ἔχειν ἀμφί τινα, *Operam alicui navare*, aut, *cum eo verſari*: ἀμφὶ δεῖπνον ἔχειν, *eſtre au ſouper* [60]. Idem eſt, εἶναι ἀμφί τι. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 10. Ἐκείνην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα ὅλην, ἀμφὶ ταῦτα ἦσαν· i. e. *Et quidem toto illo die, ac ſequenti nocte integra, iis in rebus verſati ſunt.*

Hoc ſenſu dicebantur etiam νόμοι ἀμφί τι καθεστῶτες, id eſt, *leges aliqua de re conſtitutae.* Idem Dionyſius lib. 7. Ἕκαστον δ᾽ ὅτι κατὰ νόμους ἐγίνετο, τοὺς ἀμφὶ θυσίαν ὑφ᾽ Ἑλλήνων κατασταθέντας, ἐκ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως γνῶναι ῥᾴδιον· id eſt, *Singula vero ex legibus fieri ſolita eſſe, quas de ſacrificio Graeci ſtatuerant, ex Homerica Poëſi facile quivis intelligat.*

II.

ὑπὸ. His adde Theognid. in ſentent. vſ. 34.

> ἘΣΘΛΩ͂Ν μὲν γὰρ ἈΠ᾽ ἐσθλὰ μαθήσεαι.

Structura eſt: Μαθήσεαι μ. γ. ἐσθλὰ ἀπ᾽ ἐσθλῶν. *Diſces enim bona a bonis.* Ubi praepoſitio etiam caſui ſuo poſtponitur. Eadem ratio eſt apud Latinos Praepoſitionis *Per* in orandi formulis. Sic apud Terent. Andr. 3, 3, 6.

> *PER ego te DEOS oro.*

Et praepoſitionis *ab* apud Ovid. lib. III. de Pont. el. 3. verſ. 46.

> *DISCIPULO perii ſolus AB ipſe meo.*

Apud Atticos quoque ſcriptores hae particulae, μὲν, γὰρ, δὲ, οὖν &c. medium inter praepoſitionem & caſum ipſius locum obtinent. Ita dicitur. Ἐν μὲν εἰρήνῃ, & ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ. Ἐν δ᾽ οὖν τῇ πόλει. Ἐς οὖν τὰς Ἀθήνας. Et ſimilia.

59 Exemplum habet Arrian. de Exp. Al. cap. 11. non longe ab initio. Ubi mentio fit περὶ τῶν ποιητῶν ἐπῶν τε, καὶ μελῶν, καὶ ὅσοι ἀμφὶ ᾠδὴν ἔχουσι. *De poëtis carminum heroicorum, & Lyricorum, & quotquot circa odas verſantur.* i. e. *odis deſcribendis operam dant.*

60 Exemplum habet Xenophon. Κύρ. παιδ. lib. V. prope finem. Ὁ μὲν Κυαξάρης ἀμφὶ δεῖπνον εἶχεν. *Cyaxares coenabat.* Locorum mox ex Dion. Hal. citandorum alter eſt pag. 642. lin. 14. alter pag. 479. initio.

61 Pag.

Digitized by Google

II. Secundo, ἀμφὶ, cum eodem casu, est, *fere*, *circiter*, *admodum*. Dionys. Halicarnass. lib. 1. [61] Ἀπέχων τῆς Ῥώμης ἀμφὶ τοὺς τριάκοντα σταδίους· id est, *Roma distans, triginta circiter stadiis*. Et lib. 5. [62] Τῶν συμμάχων ἀπέθανον ἀμφὶ τοὺς μυρίους καὶ τρισχιλίους· id est, *Ex sociis periere circiter tredecim millia*. Idem lib. 10. [63] μάλιστα cum ἀμφὶ conjungens, Τῶν δὲ πολιτῶν, inquit, ἀμφὶ τοὺς ἡμίσεις μάλιστα διεφθάρησαν· id est, *Civium media fere pars eo morbo exstincta est*. Sic dicebant, Εἶναι ἀμφὶ δέκα ἔτη, id est, *Annum circiter decimum agere*. 'Αμφὶ, circiter.

III. Ἀνὰ, (Poëtice, ἂν sine accentu, ante consonantes:) cum dandi casu, est, *cum*, vel, *super*. At longe saepius apud Oratores simul & Poëtas, cum accusativo conjungitur. Ac primo significat *per*, ut, ἀνὰ πᾶν ἔτος, *per singulos annos*: ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, *per Graeciam*: ἀνὰ κράτος, *per vim*, id est, *totis viribus*. Dionysius Halicarnass. passim. [64] Ἐλάσας τὸν ἵππον ἀνὰ κράτος, παρῆν ἐπὶ τὸν χάρακα· id est, *Equo summa vi admisso in castra se recepit*: ubi nota, παρεῖναι ἐπὶ τὸν τόπον, id est, *ad locum aliquem pervenire*; Gallice diceretur, *il fut en son camp*. Sic, Ἀνὰ κράτος πολεμεῖν [65], & ἀνὰ κράτος πολιορκεῖν. *Totis opibus bellum gerere, obsidere*: Ἀνὰ κράτος τὴν πόλιν ἑλεῖν, *prendre une ville par force*. 'Ανὰ, per.

IV. Secundo, ἀνὰ cum eodem casu aliquando sumitur pro ἐν, ususque praecipuos habet duos. Alter est, ut dicatur, ἀνὰ στόμα ἔχειν, *in ore habere*, & ἀνὰ στόμα εἶναί τινι, *alicujus in ore versari*. Clemens Alexandr. Strom. 7. Οἱ τὰ μὲν λόγια τοῦ Θεοῦ ἀνὰ στόμα ἔχουσι. *Qui Dei quidem oracula in ore habent*. Alter est, ἀνὰ μέρος, pro ἐν μέρει, (de quo dictum est in nomine μέρος Cap. 3. Sect. 7.) id est, *per partes, sigillatim, vicissim*: ut, Ἀνὰ μέρος τοῖς μὲν ἀμφὶ πόλιν, τοῖς δὲ καθ' αὑτὸν ἐνασχολεῖσθαι· id est, *Vicissim reipublicae ac sibi vacare*. 'Ανὰ, ἐν.

V. Tertio, ἀνὰ, cum eodem casu, idem valet, quod *inter*. Xiphilin. in Domitiano, Συνομόσας ἀνὰ πρώτους, μετά τινων· *Qui primos, vel primarios inter, cum aliis quibusdam conjuraverat*. Inter.

Quar-

61 Pag. 73, lin. 5.
62 Pag. 310, lin. 18.
63 Pag. 677, lin. 4.
64 Lib. III, pag. 167, lin. 11. Repetit hanc loquendi formam pag. 190, lin. 24. & lib. XI, p. 707, lin. 33.
65 Ex eodem Dionys. lib. XI, pag. 703, lin. 38.

*Adversum.* Quarto, ἀνὰ τ̃ ποταμὸν, videtur potius esse, *contremont la riviere*, quam, *per fluvium.* Dionysius Halicarnass. lib. 5. Ἀπὸ θαλάττης ἀνὰ τ̃ ποταμὸν διεκόμισαν, id est, *A mari per adversum flumen advexerunt.*

*Ἀνὰ χρόνον, progressu temporis.* Quinto, ἀνὰ χρόνον, est, *progressu temporis, a traict de temps.* Idem lib. 1. Ἃς (πόλεις) ἀνὰ χρόνον ὑπὸ Τυῤῥηνῶν ἀφῃρέθησαν, id est, *Quas illis urbes Tyrrheni temporis progressu eripuerunt*, Idem lib. 2. Κατέσκηψεν ἀνὰ χρόνον εἰς πολέμους, τοὺς μὲν ἄλλους, εὐτελεῖς, ἕνα ἢ τ̃ πρὸς Σαβίνους, μέγαν καὶ χαλεπόν· id est, *Progressu temporis*, vel, *postea, in bella delatus est, partem quidem maximam, levia*, [ male enim vertunt πολέμους εὐτελεῖς, *bellum multiplex* ], *ex quibus tamen unum cum Sabinis gestum, & magnum fuit, & grave.*

*Ἀνὰ τ̃ αὐτὸν λόγον.* VI. Sexto, ἀνὰ τ̃ αὐτὸν λόγον, id est, κατὰ, *eodem plane modo*, ubi comparationem aliquam, aut analogiam instituimus. Clemens Alexandr. Strom. 1.[66] cum dixisset, unicam κατὰ δύναμιν, (id est. *vi & potestate*,) virtutem esse, quae diversis nominibus vocaretur, subdit. Ἀνὰ τ̃ αὐτὸν λόγον, καὶ μιᾶς οὔσης ἀληθείας, &c. *Eodem plane modo, cum una tantum sit veritas*, &c. Sic apud eundem ἀνὰ λόγον, id est, κατὰ λόγον, vel διὰ λόγου, *oratione*, vel *ratione.* In Protreptico[67], Ἀπογυμνώσω δὲ εὖ μάλα, ἀνὰ τὸν τ̃ ἀληθείας λόγον, τὴν γοητείαν, τὴν ἐγκεκρυμμένην αὐτοῖς· id est, *Ego vero praestigias illis* (mysteriis) *occultatas, ipsa veritatis oratione, egregie admodum illustrabo.*

VII. Septimo, cum rerum diversarum aequalem veluti distributionem significamus, eandem praepositionem adhibemus, idque triplici fere modo. Primus est, cum accusativo rei. Hinc a Medicis toties inculcatum, κινναμώμου, exempli causa, καὶ νάρδου ἀνὰ οὐγκίαν μίαν· verbat. *cinnamomi & nardi per unciam unam.* Hic ἀνὰ, pro ἑκατέρου, *utriusque seorsim unciam unam, une once de chacun.* Hinc & illud Xiphilini in Augusto. Ὥστε καὶ δωρεὰν τοῖς Ῥωμαίοις ἀνὰ πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς τελευτῶν καταλιπεῖν· id est, *Ut moriens, Romanis viginti quinque drachmas legati nomine viritim reliquerit.* Hic ἀνὰ, pro ἑκάστοις[68].

Se-

66 Pag. 318, lin. 15.
67 Pag. 9, lin. 31.
68 Eodem plane sensu occurrit in Euang. Matth. cap. 20. 9. Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἔλαβον ἈΝᾺ ΔΗΝΆΡΙΟΝ. *Et qui venerant circa horam undecimam*, vel, *quum*

Secundus est, cum accusativo personae; ut si dicamus, Τοὺς στρατιώτας ἐξιέναι κελεύει ἀνὰ πέντε· id est, *Milites quinos & quinos proficisci jubet: cinq à cinq.*

Tertius est, cum ἀνὰ jungitur cum ἕκαστος in alio etiam casu, quam accusativo, tuncque uni tantum ornatui servit. Sic Apocal. XXI. 21. Δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται· ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου· *Duodecim margaritae, singulae portae, singulis ex margaritis erant.*

VIII. Ἄνευ [69], cum solo gignendi casu non tantum est, *sine*: sed etiam aliquando, *praeter quam quod*, vel, *praeter*, idque saepe cum verbo nominis instar posito: quod etiam valet in praepositione χωρὶς, ut in ejus explicatione dicetur. v. c. Ἄνευ τοῦ τῆς προϋπαρξάσης ἀποπεσεῖν εὐδοκιμήσεως, καὶ μυρίοις ἑαυτὸν ἐνέβαλε τοῖς κινδύνοις· id est, *Praeter quam quod prioris existimationis jacturam fecit, infinitis quoque periculis seipsum implicuit* [70]. — Ἄνευ, praeter.

Aliquando significat *extra*. Plutarchus in Pompejo, ἐψηφίσαντο μηδένα Ῥωμαίων ἄνευ παρατάξεως ἀναιρεῖν. *Neminem Romanorum extra aciem occidere statuerunt.* — Extra.

IX. Ἀντὶ, cum solo item gignendi casu, saepissime est *pro*, (sed quatenus significat *loco*,) vel *instar* [71]: ut, Βασιλεὺς ἀντὶ μυρίων ἐστὶ στρατιωτῶν· *Rex sexcentorum militum instar est*: Ἀντ' ἀγάπης μῖσος εὑρεῖν· *Pro amore odium invenire*, id est, *referre* [72]. — Ἀντὶ, pro.

Quo

*quum venissent hi, qui circa b. u.* scilicet, *conducti fuerant, accipiebant singuli denarium.*

69 Malim inter adverbia recensere.

70 Potest etiam cum participio conjungi. Aristid. Orat. pro Quatuorviris, pag. 247. Μέγιστον δὲ κἀκεῖνο σημεῖον τῆς Περικλέους ὀρθότητος ΑΝΕΥ ΤΩΝ ΕΙΡΗΜΕΝΩΝ. *Praeter ea, quae superius diximus, Periclis integritatis firmissimum argumentum hoc est.* Ubi ἄνευ τῶν εἰρημένων, verbatim. *Absque* vel *sine dictis.*

71 Est ubi melius reddatur per adjectivum superlativi gradus, ut in illo Platonis: Ὃ ἐγώ φημι ἀντὶ πάντων τῶν ἐνθάδε ἀγώνων εἶναι. *Quod ego dico prae omnibus, id est, omnium certaminum praestantissimum esse.*

72 Cum verbo εἶναι conjungit Hom. Il. I. vs. 116.

——— Ἀντί νυ πολλῶν
Λαῶν ἐστιν ἀνὴρ, ὅντε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ.

*Is, quem Jupiter charum habet, est instar multarum copiarum.* Hunc usum servat etiam in compositione, ut in ἀντάξιος apud Hom. Il. Λ, vs. 514. qui Machaonem laudans ait:

 Ἰητρὸς

Digitized by Google

Quo sensu crebro jungitur cum verbis, ἀγαπᾷν, *amare*; αἱρεῖσθαι, *deligere*; δέχεσθαι, *accipere*; ἀλλάττειν, *permutare*; τίθεσθαι, *ponere*, vel potius, *ducere*, id est, *existimare*: tuncque, non raro verti potius debet, *prae*, quam *loco*, ut, Ἀντὶ κακῶν ἁπάντων, κἂν ἀγαθὸν ἕνα τιθείμην, id est, *Prae omnibus improbis, vel probum unum optaverim.* Dionys. Halicarnass. lib. 10. Φίλων τε καὶ συγγενῶν ἀντὶ παντὸς ἀγαθοῦ τιθεμένων, ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα εὐπορεῖν· *Cum amici ac propinqui omni bono potius ducerent, hominem illum opibus abundare.*

Propter. X. Aliquando tamen ἀντὶ, commodius redditur, *propter*, vel *gratia.* Demosth. pro Coron. Εἶτα μ' ἐρωτᾷς ἀντὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιῶ τιμᾶσθαι· *Deinde, vel, & tamen quaeris ex me, cujus tandem virtutis gratia, honoris aliquid obtinere velim.* Sic, Ἀνθ' ὧν τὴν ἐπαρχίαν ἐκάκωσε, τιμωρίας ὑπομένειν τὰς ἐσχάτας δίκαιός ἐστιν· *Propter calamitates, quibus provinciam pessum dedit, dignus est qui extremas poenas sustineat.*

XI. Ἀπὸ, cum solo etiam gignendi casu, praeter vulgarem acceptionem, qua respondet Latinis Praepositionibus *A*, *Ab*, *E*, *Ex* sequentes habet notatu digniores. Ac primo quidem cum suo casu, per adverbium Latinum, saepius redditur. Nam Ἀπὸ τοῦ προφανοῦς, & ἀπὸ τοῦ φανεροῦ, est Φανερῶς, *palam.* Thucydid. lib. 1. Μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ προφανοῦς δεξαμένους, βοηθεῖν. (supp. δίκαιον·) *Maxime vero,* (supp. *aequum est,*) *vos defensione nostra palam suscepta, nobis opem ferre.* Sic Ἀπὸ ταὐτομάτου, & ἀπὸ τύχης, *fortuito*: ἀπὸ στόματος 73, & ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν, *memoriter exponere*,

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.
*Nam multis aliis medicus praestantior unus.*
seu potius: *Multorum aliorum instar.*

73 Exemplum habet Plato in Theaet. non longe ab initio. Hinc verbum ἀποστοματίζειν, *memoriter dicere*: vel *memoriter dicere jubeo*: & τὰ ἀποστοματιζόμενα. *quae memoriter recitantur.* Utrumque apud eundem in Euthydemo, pag. 276. Ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστής, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα; *Quum vos memoriter recitare jubet grammaticus, quinam pueri discunt ea, quae reddenda sunt?* Huc refer ἀπὸ γλώττης. *Viva voce.* (mondeling.) Ita Arrian. de Exp. Al. lib. II. c. 13. init. Ἀφίκοντο παρὰ Δαρείου πρέσβεις, ἐπιστολήν τε κομίζοντες Δαρείου, καὶ αὐτοὶ ἀπὸ γλώσσης δεησόμενοι &c. *Aderant a Dario legati, & epistolam ferentes Darii, & ipsi verbis*

Digitized by Google

nere, *vel recitare*: ἀπὸ σπουδῆς, id est, σπουδαίως, *studiose*: ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα, *ex tempore*: ἀπὸ τοῦ φρονίμου, *prudenter*, vel *consilio*.

XII. Secundo cum duobus genitivis, τοῦ βελτίστου, & τοῦ κρατίστου, *optime*, aliquando significat *optima fide*, *optimoque consilio*, qui usus Dionysio Halicarnass. familiaris admodum est. Nam lib. 1. pag. 62. Αἰσθόμενος οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου ταῦτα πράττοντα τὸν ἀδελφόν. *Ubi sensisset haec a fratre animo non optimo fieri.* Idem lib. 7. pag. 470. Ὁπότε μὲν οὖν ἀπὸ τοῦ κρατίστου γίνοιντο αἱ διαγνώσεις· id est, *Enimvero, cum bona fide ac sincere disquisitiones illae fierent.* Et paulo post, Ὁ δὲ ἀγαθὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ κρατίστου, πρὸς τὰ κοινὰ προϊών· id est, *At vir bonus, bonoque animo ad rempublicam accedens.*

Aliquando, παντὸς, cum τοῦ βελτίστου jungitur. Idem libro 3. pag. 140. Τοῖς δὲ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου κρίνουσι τὸ συμβεβηκός· id est. *At iis, qui de illo casu, bono ac sincero animo judicabant.* Et lib. 4. pag. 221. Ὀμόσαντες τὸν νόμιμον ὅρκον, ἦ μὴν τὰ ἀληθῆ, καὶ ἀπὸ παντὸς, τετιμῆσθαι· *Cum solenne jusjurandum edidissent, vere atque optima fide, censum illum factum esse.*

XIII. Tertio, praecedente articulo praepositivo, saepe conjunctionem aliquam significat cum eo, quod per genitivum exprimitur. Nam οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, id est, οἱ στωϊκοὶ, *Stoici*; verbatim, *qui sunt ex porticu* [74]: οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας, *Philosophi*: οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, *Platonici* [75]: οἱ ἀπὸ τῆς Κελτικῆς, *Galli*: οἱ ἀφ᾽ αἵματος, *sanguine conjuncti*. Philo de Legat. ad Caium: Οἱ ἀφ᾽ αἵματος πάντες, καθ᾽ ἑκάτερον γένος, τό τε πατρῷον, καὶ μητρῷον. *Propinqui omnes utriusque gene-*

verbis precaturi. Ἀπὸ τῶν ὀνομάτων. *Nominatim.* Aristid. ad Capit. pag. 545. Ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου. *Inopinato.* Thucyd. lib. VI, c. 47.

74 Lucian. de Parasito. Ἑτέρως μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ πράγματα ἔχειν, ἑτέρως δὲ ΤΟΙ͂Σ ἈΠΟ' ΤΗ͂Σ ΣΤΟΑ͂Σ, ἑτέρως δὲ ΤΟΙ͂Σ ἈΠΟ' ΤΗ͂Σ ἈΚΑΔΗΜΙ'ΑΣ, ἑτέρως δὲ ΤΟΙ͂Σ ἈΠΟ' ΤΟΥ͂ ΠΕΡΙΠΑ'ΤΟΥ. *Aliter enim se res habere videtur Epicuro, aliter Stoicis, aliter Academicis, aliter Peripateticis.*

75 V. Clem. Al. Strom. L. II, pag. 384, lin. 29. Τὰς δὲ συγκαταθέσεις οὐ μόνον ΟἹ ἈΠΟ' ΠΛΑ'ΤΩΝΟΣ, ἀλλὰ καὶ ΟἹ ἈΠΟ' ΤΗ͂Σ ΣΤΟΑ͂Σ ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι λέγουσιν. *Assensiones autem non solum Platonici, sed stoici etiam dicunt in nostra potestate esse.*

76 Prae-

*generis, paterni simul, ac materni* [76]. Sic οἱ ἀπὸ τῆς βουλῆς, *Senatores* [77]: οἱ ἀπὸ τοῦ πλήθους: *plebeji*: οἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων Ἴωνες, *Iones ab Atheniensibus oriundi*.

XIV. Quarto, contraria pene significatione, οἱ ἀπό τινος πράγματος, dicuntur aliquando, *qui re aliqua, negotiove perfuncti sunt*: de quo jam aliquid attigimus in verbo γίνομαι. Nam v. c. οἱ ἀπὸ τῆς ὑπατείας, *qui a consulatu*, id est, *viri consulares*, *qui consulatu defuncti sunt*. Herodian. lib. 7. cap. 1. Περιτυχόντες τῷ ἀπὸ ὑπατείας, καὶ φίλων Ἀλεξάνδρου τινί· id est, *Cum in aliquem ex Consularibus & Alexandri amicis incidissent*. Sic ἀπὸ τῆς στρατηγίας, *imperio defuncti*, vel, *imperatorii*: ὁ ἀπὸ τῆς πρεσβείας, *qui legatione perfunctus est*: & simil.

Ἀπὸ, *post*. XV. Quinto, affinis usus ille est, quo significat *a*, vel *ab*, id est, *post*, aut *statim post*: ἀπὸ δείπνου, *statim a coena*: ἀπὸ παίδων, *statim a pueritia*, vel, *statim post pueritiam*: ἀπὸ παραγγέλματος, *statim a mandato*: ἀπὸ σάλπιγγος, *a tuba*, id est, *statim a tubae signo*: ut, Ὁδ᾽ ἀπὸ σάλπιγγος ἐς μέσους ὥρματο τοὺς πολεμίους· id est, *Ille autem statim a tubae signo medios in hostes irruit*: ἀπὸ τοῦ πολέμου, *paulo post bellum*: ut, ἀπὸ δὲ τοῦ πολέμου, τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως ἑαυτὸν ὑπεξείλετο. *Hoc bello simulatque perfunctus est, se ipsum reipublicae administrationi subduxit*.

XVI. Sexto παρὰ, cum genitivo, vix unquam apud solutae orationis Auctores cum rebus inanimatis conjungitur, sed tantum apud Poëtas; ut, παρὰ νηῶν, *a navibus*, apud Homerum. Ἀπὸ, licet rarius, aliquando tamen etiam in prosa de rebus viventibus usurpatur. Clemens Ale-

76 Praecedente articulo in neutro genere, praepositio κατὰ subauditur. V. C. *Quod ad maternum genus attinet, Scytha fuit*. Τὰ δὲ ἀπὸ τῆς μητρὸς, Σκύθης. AEschin. contra Ctesiph. pag. 299. lin. 10. sic in antiquo Ptolemaei Euergetae monumento. Βασιλεὺς μέγας Πτολεμαῖος . . . . . . . τὰ μὲν ἀπὸ πατρὸς, Ἡρακλέους, τοῦ Διός. τὰ δὲ ἀπὸ μητρὸς, Διονύσου τοῦ Διός. *Rex magnus Ptolemaeus, ex patre quidem Hercule, Jovis filio oriundus; ex matre vero a Baccho, Jovis filio, genus ducens*. Pro ἀπὸ etiam ponere licet, πρὸς. Vid. infra Sect. 8, §. 5.

77 Herodian. lib. VII, cap. 1. Πολλῶν τε ἑκατοντάρχων συμπνεόντων, καὶ ΤΩΝ ΑΠΟ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ἁπάντων. *Multisque centurionibus conspirantibus, & senatoribus omnibus*. Sic οἱ ἀπὸ τῶν αἱρέσεων. *Haeretici*. apud Clementem Alex. Strom. lib. II, pag. 383, lin. 30.

78 Con-

Digitized by Google

Alexand. Strom. 2. Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· id est, *Hic beati praedicantur, qui a Deo electi sunt.*

Tuncque ἀπὸ sumitur pro ὑπὸ, quod infrequens non est, cum apud alios, tum maxime Pausaniam. Unde in Corinthiacis; Καὶ ταύτας (παρθένους) φασὶν ἀπὸ τῶν ἀντιστασιωτῶν καταλευσθῆναι· id est, *Illas etiam (virgines) ab adversae factionis hominibus lapidatas fuisse ajunt.* Idem in Messenic. Ἢ καὶ ἀπὸ τῶν σκυλευομένων ἔτι ἐμπνεόντων διεφθείροντο· id est, *Aut etiam ab iis, qui spoliati cum essent, adhuc tamen spirabant, occidebantur* [78]. Ἀπὸ, pro ὑπό.

78 Confer Marci Euang. Cap. VIII, 31. Δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων. *Oportet filium hominis multa pati, & reprobari a senioribus.* Locus Clementis Alex. est pag. 389, lin. 7. Pausaniae pag. 146, lin. 38 & 241, lin. 33. Sed haec rariora sunt, nec optimae notae, quare tironibus, ut imitentur, non auctor sum.

Aliquando cum genitivo redditur Latine per solum Ablativum. Ut, Ἔνδοξοι ἀπὸ λόγου καὶ σοφίας· *Illustres eloquentia & sapientia*: Plut. in Vit. Cic. pag. 872. in fine. Quamvis hoc modo ἀπὸ per solum auferendi casum reddatur, retinet tamen Graecus sensus nescio quam praepositionis vim & latentem significationem. V. C. Demosth. pro Cor. pag. 355, lin. 12, Ἀπ' ὀρθῆς, καὶ δικαίας, καὶ ἀδιαφθόρου τῆς ψυχῆς, πάντα μοι πέπρακται. *Recto, justo & incorrupto animo omnia a me facta sunt.* q. d. *Omnia a me facta, a justo &c. animo profecta sunt.* Perspicitur & haec τοῦ ἀπὸ potestas, quando ponitur pro ὑπὸ significante *prae*. Tale est illud Herodiani de Dionysio Siciliae tyranno, qui ΑΠΟ' ΤΗ͂Σ ἄγαν ΑΚΡΑΣΙ'ΑΣ καινὰς ἡδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθηρᾶτο. *Prae nimia intemperantia nova luxuriae instrumenta, positis maximis praemiis, venabatur.* Locus est lib. I, cap. 3. Ita in Act. Ap. cap. XII, vs. 14. Ancilla, Petro pulsante ostium, ΑΠΟ' ΤΗ͂Σ ΧΑΡΑ͂Σ οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα. *Prae gaudio non aperuit vestibulum.* Q. d. *Cunctatio haec ancillae profecta est a nimio gaudio.* Ita Zacchaeus in Euang. Lucae cap. XIX, comm. 2. cupiens videre Jesum, *non potuit prae turba*, οὐκ ἠδύνατο ΑΠΟ' ΤΟΥ͂ Ο'ΧΛΟΥ. Adde his cap. XXII, 45. Εὗρεν αὐτοὺς κοιμωμένους ΑΠΟ' ΤΗ͂Σ ΛΥ'ΠΗΣ. *Invenit illos dormientes prae moestitia.* Confer Joann. XXI, 6. Matth. XXVIII, 4. Ex quibus locis perspicue patet praepositionis significatio & potestas, nempe caussae efficientis.

Aliquando, vacante praepositione, per Adjectivum vel Genitivum redditur, hoc modo:

XVII.

Ἡ

Ἄπο, procul. XVII. Septimo, accentu in penultimam retracto, eadem praepositio *alienum aliquid*, *remotum*, aut etiam *invisum* significat. Hinc ἄπο τῆς γῆς, *procul a terra.* Xiphilinus in Pompejo: Ὡς μέν τοί γε ἄπο τῆς γῆς ἐγένοντο, καὶ ὅ, τε ἄνεμος ἰσχυρῶς κατέσπερχε, καὶ ὁ κλύδων δεινῶς σφᾶς ἐξεπλάραττεν· id est, *Cum vero jam procul a terra navigarent; & ventus eos vehementer urgere, & tempestas graviter agitare coepit* [79].

Sic ἄπο τρόπου, *a moribus*, id est, *alienum* [80], *& absurdum*, quasi, *honestis moribus minime conveniens:* cujus contrarium, πρὸς τρόπου, id est, *consentaneum*, *& cohaerens:* ἄπο σκοποῦ, *procul a scopo:* ἄπο τοῦ εἰκότος, *parum admodum verisimile:* ἄπο πράγματος, *abs re:* ἄπο καιροῦ, *intempestive.* Huc etiam pertinet, ἄπο θυμοῦ, quod de rebus injucundis, aut invisis dicitur, quae uno verbo ἀποθύμια· ut *jucunda*, καταθύμια· Themistius orat. de Theodosii clementia: Ἀπέδειξεν ἅπασι βασιλεύς, ὅτι παντάπασιν αὐτῷ ἄπο θυμοῦ, καὶ ἀλλοτρία ἡ μέλαινα ψῆφος· id est, *Omnibus ostendit Imperator, nigrum calculum sibi penitus invisum, ac suis moribus alienum esse:* ubi notandum, personam, cui res invisa est, in dandi casu exprimi. Eodem fere modo usurpatur, ἄπο γνώμης. Ita Julianus Augustus in Caesaribus: Καὶ τῷ Διῒ τοῦτο οὐκ ἄπο γνώμης ἦν. *Neque id Jovi displicebat.*

S E-

Ἡ ἀπ' ἀλλήλων ὠφέλεια. *Mutua utilitas* apud Plat. ep. 13. pag. 360. lin. 13. Eo modo dicere quis vetat? ἡ ἀπὸ τῶν γραμμάτων ὠφέλεια. *Litterarum utilitas.* q. d. *Utilitas, quae ex literis emanat.*

79 Hinc superlativus ἀπωτάτω, *Longissime*, *Remotissime:* apud Plut. de anim. procr.

80 Item *injuria*, *immerito.* Plut. in Caes. p. 734. Καὶ τότε τῆς ἐπιεικείας ἱερὸν οὐκ ΑΠΟ ΤΡΟΠΟΥ δοκοῦσι χαριστήριον ἐπὶ τῇ πραότητι ψηφίσασθαι. *Et tunc clementiae aedem non immerito in gratam lenitatis ejus memoriam decrevisse videntur.*



Digitized by Google

# SECTIO VI.

## De Praepositionibus διὰ & εἰς.

## REGULA I.

De praepositione διὰ, cum genitivo casu conjuncta, pluscula jam superius dicta sunt; quibus pauca haec adjungas licet. Διὰ, cum genitivo plurali, annum seu diem significante, & cum suo numerali conjuncto; vel cum singulari nomine ordinem in numero designante, id exprimit, quod Latini dicunt v. c. *tertio quoque die*, vel *anno*, & simil. Nam διὰ δέκα ἐτῶν, vel διὰ δεκάτου ἔτους, id est, *decimo quoque anno*: διὰ πέντε ἡμερῶν, vel διὰ πέμπτης ἡμέρας, *quinto quoque die*. Xiphilin. in Julio, loquens de intercalatione unius diei anno bissextili: Τὴν μέν τοι μίαν, τὴν ἐκ τῶν τεταρτημορίων συμπληρουμένην, διὰ πέντε καὶ αὐτὸς ἐτῶν εἰσήγαγεν· *Unum porro diem illum, qui ex quatuor diei quadrantibus, (id est, sex horis quater repetitis) conficiebat, quinto quoque anno intercalavit ipse quoque.* Photius in Olympiodori excerptis: Ἀρδεύουσι δὲ τὰ γήδια αὐτῶν, ἐν θέρει μὲν διὰ τρίτης ἡμέρας, ἐν χειμῶνι δὲ διὰ ἕκτης· *Rurcula vero sua irrigant, aestate quidem, tertio quoque die; at hieme, sexto.* — Διὰ cum genit.

II. Διὰ χειρὸς, vel χειρῶν ἔχειν, non tantum est, *manu, vel manibus tenere*: aut etiam *manibus versare*, quod de libris, eorumque lectione Latini dicunt; sed etiam, *studiose tractare, curare, administrare*, id est, δι' ἐπιμελείας ἔχειν· ut cum Aristotel. 5. Politic. ait, Φοβούμενοι γὰρ διὰ χειρῶν ἔχουσι μᾶλλον τὴν πολιτείαν. *Metuentes enim majori cautione rempublicam administrant.* Et Thucydid. lib. 2. [81] Τά τε τῶν ξυμμάχων διὰ χειρὸς εἶχεν· id est, *resque sociorum omni provisione curare.* Gallice dicimus, *tenir la main aux affaires.* — Διὰ χειρὸς ἔχειν.

III. Διὰ χαρίτων ὁμιλεῖν, est, μετὰ πάσης ἀστειότητος, καὶ πασῶν τῶν φιλοφροσυνῶν, *Ita versari cum hominibus, ut eorum gratiam ac benevolentiam tibi facile concilies.* Xiphilin. in Julio, de Cleopatra: Καὶ προσομιλῆσαι παντί τῳ διὰ χαρίτων ἠπί- — Διὰ χαρίτων ὁμιλεῖν.

81 Cap. 13, ubi consule Scholia.

82 Ita

ἠπίςατο· *Omnibus, mutuo in colloquio, placere noverat.* Δι' ἀποῤῥήτων εἰπεῖν, *secreto dicere* [82]: διὰ κενῆς, *per inanem*, id est, *frustra.* Dionysius Halicarnass. lib. 6. [83] Καὶ μυρίους ἄλλους διὰ κενῆς ἀνεπλάττομεν ἡμῖν αὐτοῖς φόβους· id est, *Infinitosque alios metus nobis ipsi temere fingebamus:* ubi subaudiri videtur, ὑπονοίας, vel ὑπολήψεως, vel aliud simile, quod *suspicionem* significet.

Δι' ἀθυμίας γίνεσθαι, *aestuare.*

IV. Δι' ἀθυμίας γίνεσθαι, id est, ἀδημονεῖν, ἀπορεῖν, ἐν ἀπορίᾳ καθεςῆναι, *aestuare, ac sollicitum esse.* Dionysius Halicarnass. lib. 6. [84] Μέμνησθε, ὡς ἐν παντὶ δι' ἀθυμίας ἐγένεσθε, εἴτε μὴ συναρούμεθα τῶν ἀγώνων ὑμῖν, εἴτε μὴ ὡς τοὺς πολεμίους τρεψόμεθα· id est, *Meministis, quam omnino solliciti essetis, ne vel certaminum vestrorum socii esse nollemus, vel ad hostes ipsos transiremus.* Contra, δι' ἀσφαλείας γίνεσθαι, *securum reddi* [85]: γίνεσθαί τι διὰ μέσου, *medium aliquid esse* [86]: μηδὲν γίνεσθαι τὸ διὰ μέσου, *nihil medium superesse:* quasi δυοῖν θάτερον, *alterum e duobus necessarium sit* [87].

Δι' ἀσφαλείας.

Δι' αἰσχύνης ἔχειν.

V. Δι' αἰσχύνης ἔχειν, *vereri:* λαμβάνειν τι, *sibi probro aliquid vertere* [88]. Dionys. Halicarnass. lib. 6. [89] Μαθοῦσα δὲ ἡ Βου-

82 Ita Dionys. Hal. lib. VIII, pag. 482, lin. 31. Τῶν ἀναγκαιοτάτων τινά σοι κέλευσον ἐλθεῖν ὡς τοὺς ὑπάτους, καὶ ΔΙ' ἈΠΟΡ'ῬΗ'ΤΩΝ εἰπεῖν. *Ex tuis maxime necessariis aliquem ad consules mitte, qui occulte moneat.*

83 Pag. 346, lin. 29.

84 Pag. 399, lin. 49.

85 Adi eundem lib. XI. pag. 700, lin. 41. Καὶ διδάξω, πῶς ἡ χώρα ΔΙ' ἈΣΦΑΛΕΙ'ΑΣ ΓΕ'ΝΟΙΤΟ. *Et ostendam, qua ratione regio secura reddi possit.*

86 Rursus Dionys. ibid. pag. 698, lin. 18. Τὸ γὰρ ΔΙΑ' ΜΕ'ΣΟΥ χωρίον οὐ πολύ. *Nam non magnum intermedium spatium. Non longe absunt.* Super his non admodum absimilia consuli possunt, quae dixi supra ad Cap. III, sect. 7 N. 5.

87 Ita enim Idem lib. VII. pag. 451, lin. 4. Ὥστε, εἰ μανέντες ὑμεῖς ἐπεκυρώσατε τὰς γνώμας αὐτοῦ, μηδὲν ἂν ΓΕΝΕ'ΣΘΑΙ ΤΟ' ΔΙΑ' ΜΕ'ΣΟΥ, ἀλλ' ἤτοι τὸ δημοτικὸν ἀπολωλέναι πλῆθος ἅπαν, ἢ &c. *Ita ut, si furore acti ipsius sententiam confirmavissetis, nihil medium superfuisset, sed vel plebs universa periisset, vel &c.*

88 Haec & similia exempla ad generalem regulam revocari possunt hoc modo: Praepositio διὰ una cum adjuncto genitivo, & verbo ἔχω, λαμβάνω, τίθεμαι, vel simili eleganter ponitur pro illo verbo, cujus significationem cognatum substantivum a praepositione rectum obtinet: ut Δι' ἐλπίδος ἔχειν, i. e. ἐλπίζειν. Herodian. lib. 2. cap. 1. Τόδε τὸ τέλος βίου ΕἼΧΟΝ ΔΙ' ἘΛΠΙ'ΔΟΣ. *Hunc vitae exitum exspectavi.* Sic, διὰ τιμῆς ἔχειν, *Honorare:*

&

ἡ Βυλὴ τῦτο, δι' αἰσχύνης τὸ πρᾶγμα ἔλαβε· *Senatus ubi hoc cognovisset, rem probro sibi vertendam putavit*: δι' οἴκτυ λαβεῖν, *misereri* [89]: διὰ χειρὸς ἔχειν τι, *aliquid manu tenere* [91]: διὰ στόματος ἔχειν τινά, *in ore aliquem habere*: δι' αἰτίας ἔχειν τινά, *aliquem culpare*, *vel accusare* [92]: δι' αἰτίας εἶναι, *culpari*, *accusari* [93]: δι' ὠφελείας τίθεσθαι, *lucri facere*, *sibi vendicare*, *in proprios usus convertere*. Dionys. Halicarnass. lib. 7. [94] Τά τε χρήματα αὐτῶν ὡς πολεμίων, δι' ὠφελείας ἔθεντο, καὶ τὰ σώματα καταλείσαντες εἶχον ἐν φυλακῇ· id est, *Eorum, tanquam hostium, pecunias suas fecerunt, corpora vero carcere incluserunt*.

VI. Denique διὰ cum genitivo *spatium*, aut *intervallum* significat. Nam διὰ βίου, id est, *tota vita* [95]: διὰ τέλους, *per finem*, id est, *perpetuo* [96]: δι' ἔτους, *toto anno*: διὰ δευτέρου ἔτους,

& διὰ θαύματος ἔχειν, *Mirari*. Utrumque apud eundem lib. eod. cap. 2. Τῆς πόλεως ἐπάρχοντα τοσούτων ἐτῶν διὰ τιμῆς τε καὶ θαύματος ἔχετε· *Urbi praefectum tot annos semper honorastis & mirati fuistis*. Pro ἔχω idem paulo post φέρω dicit: Φέρουσι διὰ μνήμης, *Memoria retinent*. Pro eodem verbo substantivo utitur ibid. cap. 10. Κἀμοὶ δὲ δι' εὐχῆς ἐστι. *Et mihi est in votis*: pro εὔχομαι, Item ἄγω. Ita AElian. V. H. lib. IX. cap. 4. Ἀνακρέοντα ἐτίμα τὸν Τήιον, καὶ διὰ σπουδῆς ἦγε· *Anacreontem Teium honorabat & faciebat plurimi*.

89 Prope finem.

90 Sic Dionys. Hal. Lib. X, pag. 670, lin. 39. Καὶ ἡ ἄλλη δὲ πᾶσα στρατιὰ ΔΙ' ΟΙ'ΚΤΟΥ τὸ πρᾶγμα ἔλαβεν. *Et reliquus insuper exercitus universus casui indoluit*.

91 V. Eundem lib. XI, pag. 720, lin. 17. Τὴν μαγειρικὴν μάχαιραν ΔΙΑ' ΧΕΙΡΟ'Σ ἜΧΩΝ. *Cultrum coquinarium manu tenens*.

92 Ibidem lib. III, pag. 148, lin. 36. Ἐπεὶ καὶ τοῦτο ΔΙ' ΑΙΤΙ'ΑΣ εἶχες. *Quandoquidem & hoc objiciebas*.

93 Sic idem lib. I, pag. 56, lin. 33. ΔΙ' ΑΙΤΙ'ΑΣ ὌΝΤΑ παρὰ τῷ πλήθει τῶν Ἀσκανίων. *Objecto hoc crimine a populo Ascanio*.

94 Pag. 446, lin. 12.

95 Idem lib. III, pag. 187, lin. 37. Ἄρχειν τε αὐτῶν ἔταξε τὴν ἀνυπεύθυνον ἀρχὴν ΔΙΑ' ΒΙ'ΟΥ Ταρκύνιον Ἄρροντα. *Praefecitque iis dictatorem perpetuum* [*per totam vitam*] *Tarquinium Aruntem*.

96 Est & ubi redditur, *ad finem usque*. Sic apud Plat. Sophist. pag. 237. Ἀρχόμενός τε καὶ ΔΙΑ' ΤΕ'ΛΟΥΣ τοῦτο ἐπιμαρτύρεται. *Ab initio usque ad finem constanter hoc testatus est*. Ubi obiter nota participii ἀρχόμενος usum, de quo supra Sect. 3. de Particip.

 97 Dion.

ἔτυς, *altero quoque anno:* διὰ τρίτυ ἔτυς, *tertio quoque anno*, & ſic de caeteris. Διὰ μακρῦ, *longo intervallo* [97]: διὰ βραχέων εἰπεῖν, *paucis dicere:* διὰ πλειόνων εἰπεῖν, *pluribus dicere:* πύργοι ὄντες δι' ὀλίγυ, *turres modico intervallo disjunctae.* Hinc illud Thucydidis lib. 7. pag. 515. Τὴν γὰρ ἀνάχρυσιν οὐκ ἔσεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις ἐξωθυμένοις ἄλλοσε, ἢ ἐς τὴν γῆν, καὶ ταύτην δι' ὀλίγυ, καὶ ἐς ὀλίγον· id eſt, *Nec Atheniensibus jam repulſis alio retrocedendi facultatem fore, quam in terram, eamque ut modico intervallo diſſitam*, (ſupp. *a mari*) *ſic exiguo valde ſpatio definitam* [98].

Κῶμαι διὰ πολλῦ, *pagi longo intervallo diſſiti.* Hinc θαυμάζειν τὰ διὰ πλείστυ [99], *mirari res a nobis longiſſime diſſitas.* Sic διὰ χρόνυ, vel πολλῦ χρόνυ ἑωρακέναι τινά, eſt *longo intervallo aliquem vidiſſe* [1]. Alias tamen διὰ χρόνυ, eſt tantum, *poſt aliquod tempus:* διὰ τοσύτυ, ſupp. διαστήματος, *tanto*, vel, *tantulo intervallo:* nam utroque modo ſumi poteſt [2].

Διὰ cum accuſ. *per.*

VII. Διὰ cum accuſandi caſu, non tantum eſt, *propter;* ſed etiam *per*, ita ut ſignificetur, *rem alicujus vel beneficio, vel culpa fieri, aut non fieri* [3]. Demoſth. pro Coron. Φω-

97 Dion. Hal. lib. III. pag. 254. lin. 35. Οὐ ΔΙΑ' ΜΑΚΡΟΥ῀ τὴν Ῥώμην ὑποχείριον ἕξειν ἐλπίσαντες. *Sperantes, Romam non longo poſt tempore in ſua poteſtate futuram.*

98 Clarius apud eundem lib. III, cap. 21. Ὥσε ἐν φαίνεσθαι τεῖχος παχὺ, ἐπάλξεις ἔχων ἀμφοτέρωθεν· διὰ δέκα δὲ ἐπάλξεων πύργοι ἦσαν μεγάλοι. *Ita ut unus ſolidusque murus videretur, pinnas habens utrinque: ad decimam autem quamque pinnam turres erant magnae.*

99 Vid. eund. lib. III, cap. 115. Ubi οἱ διὰ πλείστυ. *Remotiſſimi.*

1 Exemplum habet Plato de Rep. non procul ab initio: Ἦν δὲ ἔνδον καὶ ὁ πατὴρ ὁ τῦ Πολεμάρχυ Κέφαλος· καὶ μάλα πρεσβύτης μοι ἔδοξεν εἶναι· ΔΙΑ' ΧΡΟ'ΝΟΥ γὰρ καὶ ἑωράκειν αὐτόν. *Erat autem etiam intus pater Polemarchi: is mihi videbatur admodum eſſe ſenex; longo enim temporis intervallo eum videram.* Pro eodem dicitur ἐπὶ χρόνον· Thucydid. lib. IV, cap. I. Τὸ γὰρ Ῥήγιον ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐστασίαζε. *Rhegium jampridem ſeditionibus agitabatur.*

2 Denique cum genitivo aliquando adverbialiter redditur, ut, Διὰ ταχέων, *Cito.* Thucyd. lib. I. cap. 8. Διὰ βραχέων, *Breviter.* Plat. Tim. in initio. Διὰ βραχυτάτων, *Breviſſime.* Ibid. pag. 89. in fine. Διὰ τάχυς, *Celeriter:* Thucyd. lib. 2. c. 18. Δι' ἀπεχθείας, *Odioſe.* Plat. Theag. pag. 130. lin. 12.

3 Vide omnino Scholiaſten Ari-

Φωκικοῦ συςάντος τοῦ πολέμου, οὐ δι' ἐμὲ, οὐ γὰρ ἐπολιτευόμην πω τότε· *Conflato Phocensi bello, non culpa ulla mea, qui nondum ad rempublicam accesseram.* Dionysius Halicarnass. lib. 8. Ὅτι τὴν καθόδου δι' ἐκεῖνον τυχὼν, οὐ τὰς πρὸς ἡδονὴν αὐτοῦ θεραπεύσαιμι· id est, *Quod reditum ejus opera consecutus, ejus tamen cupiditatibus obsequi & obsecundare nolim.*

Quod saepe Latinum *per* significare solet; ut, Δι' αὐτόν γε μόνον οὔπω τῆς ἐνδίκου τιμωρίας ἔτυχεν· *Per eum quidem unum adhuc stetit, quo minus justo supplicio afficeretur* [4]. Imo etiam aliquando cum accusativo rei, non personae conjungitur: tuncque necessario reddi debet, *per*: ut, θεωροῦντι μοι τὸν τρόπον, δι' ὃν μέγας οὕτως ηὐξήθη ὁ πολέμιος· id est; *cogitanti mihi modum illum, quo tantus hostis evasit* [5].

VIII. De praepositione εἰς, vel ἐς, quae cum solo accusativo conjungitur, vel expresso, vel in genitivo satis in-

Aristophanis in Plut. ad haec verba vs. 93.

*Καὶ μὴν διὰ τοὺς χρηςοὺς γε τιμᾶται μόνους..*

*Atqui per justos honoratur solos.*

Ubi Schol. Ἰςέον ὅτι ἡ ΔΙΑ' πρόθεσις οὐ μόνον γενικῇ συντάσσεται, ὅταν δηλοῖ ἐνέργειαν, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ, ὡς ἐνταῦθα. &c. i. e. *Sciendum est, praepositionem* διὰ *non solum cum genitivo construi, cum effectionem significat, sed etiam cum accusativo, uti hic.* Epict. Enchir. c. 31. Οὐδὲ γὰρ ὑποδήματα ἔχει διὰ τὸν χαλκέα, οὐδ' ὅπλα διὰ τὸν σκυτέα. *Neque enim calceos babet per fabrum aerarium, neque arma per sutorem.* Demosthenis locus est pag. 315, lin. 17. Dionysii Hal. pag. 505, lin. 21.

4 Huc faciunt verba Platonis, a me citata ad Cap. VIII, sect. 6, Reg. 9, Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο, καὶ εἰ μὴ ΔΙΑ' ΤΟ'Ν ΠΡΥ'ΤΑΝΙΝ, ἐνέπεσεν ἄν. *Miltiadem, illum in campo Marathonio nobilem victorem, in barathrum conjiciendum decreverunt; &, nisi per Prytanin* [i. e. *nisi Prytanis obstitisset*] *praecipitatus fuisset.* Παλαίσματα Philo Jud. Leg. ad Caj. pag. 774, lin. 32. Τρὶς, οὐχ ἅπαξ ἀνῄρητο ἄν, ἐπ' αὐτοῦ Τιβερίου φονῶντος, εἰ μὴ ΔΙ' ΕΜΕ'. *Nisi ego impedivissem, ter, non semel interemtus fuisset, prono in ipsius necem Tiberio.*

5 Eadem Praepositio non minus eleganter, quam frequenter cum Infinitivo constructa, praecedente Articulo τὸ, Latine exponitur per *Quia, Quoniam, Quandoquidem, Propterea quod.* Sic Plato Gorg. pag. 487. lin. 5. Διὰ τὸ μὴ σοφοὶ εἶναι, *Quia non sunt sapientes.* Ubi

intellecto, ut εἰς ᾅδου, supp. δόμον, *ad inferos* [6], observare juverit, quae sequuntur.

**Εἰς, subauditur.** Primo, interdum subauditur, maximeque apud Thucydidem; ut lib. 2. pag. 111. Ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔσῃ τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο· ubi τὰ, pro εἰς τά· id est, *Illo* (fonte) *quod propinquus esset, ad res maximi momenti utebantur.* At sequente membro illam expressit: Καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, πρό τε γαμικῶν, καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι· id est, *Hodieque, jam usque ab antiquissimis temporibus mos obtinet, ut aqua illa, & ante nuptias, & in aliis rebus sacris utantur.* Hic νομίζεται, est *mos receptus est, invaluit*, ut in hoc verbo supra observatum est [7].

**Εἰς propter.** IX. Secundo, sumitur interdum pro διὰ, *propter* [8]: maximeque cum de laude, vel reprehensione: aut contumeliâ sermo est: ut, ἐς τὰ πρότερον κατωρθωμένα ἐπαινεῖσθαι, *ob res antea praeclare gestas laudari*: ψέγεσθαι εἰς τὴν πρός τινα ὁμιλίαν, *ob initam cum aliquo consuetudinem vituperari*. Thucyd. lib. 8. pag. 614. Βουλόμενος αὐτὸν τοῖς Πελοποννησίοις ἐς τὴν αὐτοῦ καὶ Ἀθηναίων φιλίαν ὡς μάλιστα διαβάλλειν· id est, *Cum maximam ei vellet apud Peloponnenses invidiam conflare, ob illius tam cum ipso*, (Alcibiade) *quam cum Atheniensibus amicitiam.*

X.

Ubi etiam observa, Nominativum σοφοὶ non mutari, etiamsi verbum in Infinitivum transierit.

6 Εἰς ἐμαυτοῦ cum οἴκαδε conjungit Plato, in Hipp. maj. prop. fin. Ἐπειδὰν οὖν εἰσέλθω οἴκαδε εἰς ἐμαυτοῦ. *Postquam itaque domum meam ingressus sum.* Cum generandi Casu constructum etiam subaudiri vult *ludum* vel *gymnasium*. Sic apud Plat. Amat. init. Εἰς Διονυσίου τοῦ γραμματικοῦ εἰσῆλθον, *Ingressus eram ludum Dionysii Grammatici.* Nonnumquam *antrum*; ut, εἰς Ἀμφιαράου. Consule L. Bos in v. Ἄντρον.

7 Non raro haec praepositio apud auctores omittitur, ubi motum ad locum significat: quem morem secutus est non semel Virgilius. Ita lib. I. AEneid. vs. 6.

*Italiam fato profugus, Laviнaque venit*
*Litora - - -*

Et lib. IV. AEneid. vs. 124. & 165.

*Speluncam Dido, dux & Trojanus eandem*
*Devenient - - -*

Pleniorem hujus praepositionis ellipsin pete ex L. Bos.

8 Vide, an non potius pro κατὰ adhiberi dicendum, significante, *quantum attinet*: & consule, quae ab Auctore & a me dicentur reg. II. videntur mire congruere.

9 At

X. Tertio, sumitur etiam pro κατὰ, seu κατὰ genitivum exigat, seu accusativum. Priore modo Thucydid. usurpavit lib. I. Ἐπειδὴ τῶν ξυμμάχων ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐγκλήματα, τὰ ἐς τοὺς Ἀθηναίους· *Cum Lacedaemonii sociorum adversus Athenienses crimina audiissent*, pro κατὰ τῶν Ἀθηναίων. Εἰς pro κατά.

Hoc modo eleganter dicunt, αἰνίττεσθαι εἴς τινα, pro κατά τινος, in malam partem; περί τινος, vel πρός τινα, in bonam & malam, id est, *tacite aliquem indicare.* Id enim frequentius est, quam αἰνίττεσθαί τινα, sine praeposit. Gallice in malam partem, *taxer quelqu'un.*

Eodem modo Plutarchus in Pericle dixit: Ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα, δι' Ἀναξαγόρου, τὴν ὑπόνοιαν· pro κατὰ Περικλέους verbatim; *Firmans in Periclem, per Anaxagoram, suspicionem*, id est, *Periclem, per Anaxagoram* (cui operam ille dederat) *hac suspicione perstringens.*

Posteriore modo Thucydid. lib. 8. pag. 564. Τὸ πιστὸν (id est, τεκμήριον, σημεῖον τῆς πίστεως) ναῦς σφίσι ξυμπέμπειν ἐκέλευον ἐς τὸ ξυμμαχικόν· id est, *Fidei faciundae caussa, naves secum mittere jubebant, pro initae societatis jure.* ubi ἐς τὸ ξυμμαχικόν. pro κατὰ τὸ ξυμμαχικόν, id est, κατὰ τὸ τῆς ξυμμαχίας δίκαιον [9].

XI. Quarto, sumitur quoque pro ἐν· ut, ἐς τὸ φανερόν, pro ἐν τῷ φανερῷ, id est, φανερῶς, & ἄντικρυς, *palam.* Dionys. Halicarnass. lib. 4. [10] Ταῦτα τὰ γράμματα λαβόντες οἱ καταλειφθέντες ὑπὸ τοῦ Τυράννου εἰς στρατόπεδον· *Has literas cum accepissent, qui a Tyranno in castris relicti fuerant.* Εἰς pro ἐν.

Quin-

9 At ambigua est hujus loci expositio, & τὸ πιστὸν ναῦς, quas jubentur Chii mittere, ἐς τὸ ξυμμαχικόν, explicantur, *naves quae tanquam pignori essent, Chios in societatis fide mansuros.* Consule omnino Clariss. Dukerum ad hunc locum. Clariora exempla pete ex Platone in Phaedro pag. 257. Ubi Εἰς ἡμετέραν δύναμιν, *Pro viribus nostris:* Et ex Lucian. Dial. Mort. Οὐκ ἄσημον τὴν ὄψιν ἐς τὸ βαρβαρικόν; *Facie non inhonesta pro ritu barbaro.* Quomodo & Latini praepositione *ad* pro *pro* utuntur. Ita Hor. lib. I, sat. 6, vs. 95.

*- - - Si natura juberet*
*A certis annis aevum remeare per actum,*
*Atque alios legere AD FASTUM quoscunque parentes.*

Sic εἰς τὸ ἑταιρικόν, *Meretricium in morem:* apud eundem in Bis Accus.

10 Pag. 276, lin. 41.

**Pro usque ad.** Quinto, pro *usque ad*; ut, εἰς ἡμᾶς, *ad nos*, id est, *ad nostram usque aetatem* [11]. Sic ἐς τοῦτο ἡμῖν προήκει τὰ πράγματα, *eo redactae*, vel *adductae sunt res nostrae*. Sic ἐς ὃ δή, *donec* [12].

**Pro quantum attinet.** Sexto, idem est, quod *quantum attinet*; ut, εἰς τὰ πολεμικὰ καταφρονεῖσθαι· *contemni quantum ad rem militarem attinet* [13].

XII.

11 Ita Pausanias in Achaicis, p. m. 399. in fine: Ἔνθα δείκνυται καὶ ἘΣ ἘΜΕ ἔτι τὸ μνῆμα. *Hic etiamnum ad meam usque aetatem ostenditur sepulcrum.* Diversa ratione dicitur εἰς τοσοῦτον, q. d. *usque ad tantum*, sive, *in tantum.* Ita AElian. in primo V. H. c. 6. Εἰσὶ δὲ εἰς τοσοῦτον λογιστικαί. *Sunt vero in tantum rationum peritae.* Vel, sequente generandi casu, exponi potest *Hactenus.* Herodot. Erat. Ἐς μὲν δὴ τοσοῦτο τοῦ λόγου οἱ πάντες Ἕλληνες λέγουσιν: ad verbum: *Et quidem in tantum sermonis omnes Graeci loquuntur*: h. e. *Hunc in modum omnes Graeci loquuntur*: vel, ut Interpres: *Hactenus Graeci in hac re commemoranda consentiunt.* Est ubi reddendum sit *usque adeo*: ut apud Isocrat. Panegyr. Νῦν δ' εἰς τοσοῦτον μεταβεβλήκασιν. *Nunc vero usque adeo mutati sunt.* Ubi obiter observa verbum μεταβάλλειν sub terminatione activa passivam obtinere significationem: de quo Noster Cap. V, sect. I, r. 7. Huc refer illud Pausaniae in Achaicis: Κακωθέντες ἐς τὸ ἔσχατον. *Usque ad ultimum*, i. e. *summis malis adfecti.*

12 Vel sine particula δὴ (siquidem haec nihil facit ad idiotismum) apud Herodot. Erat. Ἐς ὃ γήρας μέγα ὄλβιος ἐτελεύτησε ἐν Πέρσῃσι, *Donec natu grandior praedives decessit apud Persas.* Pro eodem dicitur ἔς τε apud Atticos; de quo mox. Quin & ἐς τί dixit Homerus pro μέχρι τίνος, lib. Il. ε, vs. 465.

Ἐς τί ἔτι κτείνεσθαι ἐάσετε λαὸν Ἀχαιοῖς;

*Quousque tandem patiemini populum ab Achivis interfici?* Ubi ita Eustathius pag. 571. Χρονικῶς δὲ κεῖται τὸ ἐς τί, ἀντὶ τοῦ μέχρι τίνος· οὕτω δὲ καὶ τὸ εἰσόκεν (nam & hoc sequitur.) ἀντὶ τοῦ ἕως οὗ.

13 Ita eleganter Plutarchus in Quaest. Plat. Τοῖς δὲ ἄλλοις μυρίοις οὔτιν ἄρθρου μὴ προσόντος, οὐδὲν ΕΙ'Σ ΣΑΦΗ'ΝΕΙΑΝ οὐδὲ κάλλος ἡ φράσις βλάπτεται· *In aliis vero infinitis, ubi articulus non adest, quantum attinet ad perspicuitatem & elegantiam, locutio nihil inde amittit.* Ita limitative sumitur pro κατὰ apud Lucam cap. XII, 21. Οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ, καὶ μὴ ΕΙΣ ΘΕΟ'Ν πλουτῶν. *Ita est, qui sibi thesauros parat, & non dives est in Deo.* i. e. *quantum ad Deum adtinet. Divinis ac veris opibus.* Hoc modo vertitur etiam per solum auferendi casum: Photius in Herodiani excerptis:

XII. Septimo, παριέναι, & παρελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, εἰς τὴν Pro *cum.*
βουλὴν, εἰς τοὺς δικαστὰς, usurpat saepe Demosthen. & alii pro *agere cum populo, cum senatu*: &, *in judicium venire.*

Octavo, idem valet quod ἀμφὶ, id est, *circiter.* Zo- Εἰς pro
simus Histor. 2. Τριηκόντοροι μὲν εἰς διακοσίας κατεσκευά- ἀμφὶ.
σθησαν. *Naves triginta remorum ad ducentas instructae sunt.*

Nono, pro περὶ. Idem lib. 4. Ὁ Βασιλεὺς ἅμα τοῖς εἰς τὸν Pro
Ἴστρον φυλάττουσι στρατιώταις περαιωθείς· *Imperator, postquam* περὶ.
*una cum iis qui circa*, vel, *ad Istrum in praesidio erant, militibus trajecisset.*

XIII. Decimo, interdum cum suo casu postponitur ei Εἰς
genitivo, cui praemitti debuisset. Id quod accidit maxi- postpo-
me, cum accusativus locum minorem designat, quique nitur.
majoris per Genitivum expressi partem constituat. Thucydid. saepe, ut lib. 2. pag. 114. Ἐσβαλὼν τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα· id est, ἐς Ἐλευσῖνα τῆς Ἀττικῆς *Cum in Eleusinem Atticae irruptionem fecisset.* Et pag. 116. Ἄραντες παρέπλεον, καὶ σχόντες τῆς Ἠλείας ἐς Φειὰν, ἐδῄουν τὴν γῆν· id est, *Inde solventes ulterius navigarunt, ad Pheam Eleae*, (vel ut al.

cerptis: Εἰς ὠμότητα καὶ αἰσχρότητα ὑπερβαλέσθαι πάντας φιλονεικήσας· *Crudelitate & turpitudine superare omnes studens.* Si praecedit Adjectivum; illud cum Substantivo, dissimulata itidem Praepositione εἰς in versione, in eo Casu conveniet, quem verborum postulabit syntaxis. V. G. Τελειότατος εἰς τὴν ῥητορικὴν, *Perfectissimus orator.* Non absimili modo τὰ εἰς συγγραφὴν dicuntur illa, *quae pertinent ad historiam*, sive *digna, quae scriptis mandentur.* Exemplum habet Pausanias lib. cit. Ἡ δὲ Ἰωνία, πάρεξ τῶν τε ἱερῶν, καὶ τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως, παρέχεται καὶ ἄλλα ἐς συγγραφήν. *Ionia autem, praeter templa & aëris temperamentum, habet etiam alia, quae literis mandentur, digna.* Ubi videtur desiderari Participium φέροντα, *pertinentia*, ut & in hac locutione: λέγειν εἰς τὸ βέλτιστον, *in optimam partem dicere.* Vernacule: Een woord ten besten spreeken. Ita intelligo Hom. Il. ι.

- - - Ὅταν τινὰ θυμὸς ἀνώγῃ
Εἰπεῖν εἰς ἀγαθόν. - - -

*Quum aliquem animus impellit in bonum dicere.* Huc pertinet, εἰς τὸ πρᾶγμα εἶναι. i. e. *ad rem facere.* Ita Demosthenes pro Phormione: Ἡγοῦμαι τοίνυν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάντων μάλιστ' εἰς τὸ πρᾶγμα εἶναι, τούτων μάρτυρας παρέχεσθαι· *Itaque existimo, viri Athenienses, hoc omnium maxime ad rem facere, ut harum rerum testes producantur.*

al. *Elidis*) *urbem appulsi, agrum illum populabantur*: ubi χεῖν, pro κατάχεῖν, aut καταίρειν dixit, id est, *appellere* [14]; & Ἡλείας ἐς Φειὰν, pro ἐς Φειὰν Ἡλείας.

**Tempus designat.** XIV Undecimo, tempus aliquod designat: idque vel cum adverbiis, vel cum nominibus quibusdam tempus significantibus. Cum adverb. ut εἰς ἅπαξ, *semel*, *pour une fois.* Demosth. Olynth. 2. Τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ, καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει· *Genus hoc rerum semel, atque ad breve tempus consistit.* Sic εἰς ἔπειτα, vel εἰσέπειτα, vel ἐς τὰ ἔπειτα, *deinceps*: εἰς αὔριον *cras*, *pour demain*, *à demain* [15]. Cum nominibus. εἰς τὴν ὑστεραίαν, *postridie*: εἰς τρίτην ἡμέραν, *perendie*, vel *tertio ab hinc die* [16]: εἰς τριακοστὸν ἔτος, *tricesimo ab hinc anno*, vel *intra annum tricesimum.* At εἰς δύο, εἰς τρεῖς, &c. id est, *deux à deux*, *trois à trois*: ut supra in ἀνὰ dicebamus, & in ἐπὶ dicemus [17].

XV.

14 De quo idiomate vide supra ad Cap. V, sect. 7, reg. 12.

15 Sic εἰς τρίς. tot driemaalen toe. AElian. V. H. lib. XIII, cap. 34. Εἰς ἀεὶ, vel unica voce ἐσαεὶ *Perpetuo*, *in perpetuum.* Herod. Euterp. Τῷ ἐκεῖνοι ἐς ἀεὶ χρέωνται. *Qua* (*lege*) *illi perpetuo utuntur.* Thucydid. lib. 1. Κείσεταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος. *Beneficium hoc tuum in domo nostra scriptis mandatum in perpetuum manebit.*

16 Exemplum quaere apud Platonem in Hippia maj. pag. 268. Μέλλω ἐπιδεικνύναι (supple ex praecedentibus, τοῦτον τὸν λόγον) εἰς τρίτην ἡμέραν. *Hanc orationem perendie recitaturus sum.* Poteſtque juxta hanc syntaxin haec Praepositio Latine reddi *ad*, vernacule Tegen. V. C. *Ad meridiem.* Tegen de middag. Εἰς τὴν μεσημβρίαν. Sic εἰς ὁπότε; Tegen wanneer? Hoc modo non semel occurrit in oratione AEschinis contra Ctesiph. Πραχθήσεσθαι δὲ οὐκ εἰς μακρὰν, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. Εἰρῆσθαι γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ὑπ᾽ αὐτοῦ, καὶ παρηγγέλθαι, πάντας ἥκειν συνεδρεύσοντας Ἀθήναζε εἰς τὴν σελήνην. *Confectum iri* (*ajebat*) *non longo post tempore, sed ad diem decimum sextum Novembris; in urbibus enim dictum esse ab eo, & nunciatum, ut omnes Athenas venirent in concilium ad novilunium.* Ubi obiter nota verbum ἥκειν cum Participio Futuri temporis, de quo supra Cap. V, sect. 8, reg. 1. Usurpatur etiam ἡ εἰς, quum recens quodpiam tempus vel factum significatur. Sic in Euang. Luc. cap. XI, com. 32. Μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ. *Resipuerunt ad praedicationem Jonae.* i. e. *statim ut*, vel, *simulac praedicantem Jonam audiverunt.* Quod etiam effertur ἐπὶ τῷ κηρύγματι. Vid. quae dicam infra sect. 4, R. 13.

17 Vide & nos ad sect. v. in fine.

Digitized by Google

XV. Duodecimo, ἐς τὸ, vel τὰ μάλιστα, id est, *maxime* [18]. Postremo, cum nominibus quibusdam, adverbialiter sumitur. Dicunt enim, εἰς & πρὸς ὑπερβολὴν, *excellenter*: εἰς καλὸν [19], εἰς καιρὸν [20], εἰς δέον, *opportune*, *commode*: εἰς μακρὰν, *longe diu*, *in longum tempus* [21]: εἰς τέλος, Εἰς cum nomine adverbialiter sumitur.

fine, de praepositione σὺν. Praeterea cum verbo significat, *donec*, *dum*, *quamdiu*: sed tunc pro εἰς semper ἐς ponitur, sequente particula τε ut fiat ἔστε. Ita Arrianus lib. I. ἜΣΤΕ μὲν διὰ τοῦ λήϊου προῄει ἡ φάλαγξ. *Quamdiu per segetem procedebat phalanx.* Et lib. II. cap. II. ἜΣΤΕ μὲν ὁμαλοῖς χωρίοις ἐν τῇ φυγῇ ἐτύγχανεν, ἐπὶ τοῦ ἅρματος διεσώζετο. *Quamdiu plana loca in fuga nactus est, curru salutem invenit.* Et paucis interjectis, Ἀλέξανδρος γὰρ, ἜΣΤΕ μὲν φάος ἦν, ἀνὰ κράτος ἐδίωκεν. *Alexander enim citato gradu eum persequebatur, dum lux esset.* Quomodo autem ἔστε & ἔστ᾽ ἂν differant, de eo consulatur Devarius. At sequente Praepositione ἐπὶ, notat *usque ad*. Idem lib. I. Ὥστε ἐκθέοντες ἐκ τῆς πόλεως, οἵ τε ἱππεῖς καὶ τῶν ψιλῶν οὐκ ὀλίγοι ἜΣΤΕ ἘΠῚ τὸ στρατόπεδον ἠκροβολίζοντο ἐς τὰς προφυλακάς. *Ita ut proruentes ex urbe equitesque & velites non pauci in ipsum usque exercitum tela mitterent in procubias.* Et lib. III. Νέαρχον δὲ σατραπεύειν Λυκίας, καὶ τῆς ἐχομένης Λυκίας χώρας, ἜΣΤΕ ἘΠῚ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος. *Nearchum vero praeesse* [*voluit*] *Lyciae, & regioni Lyciae conterminae, ad Taurum usque montem.* Nec loco tantum, verum etiam tempori inservit. Ibidem cap. 4. Ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἜΣΤΕ μέσας ἐς νύκτας. *A vespera usque ad mediam noctem.*

18 Sic ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὢν apud Thucyd. lib. VIII, c. 6. redditur: *Arctissimo hospitalis amicitiae vinculo junctus.* Elegans hoc est Graecorum idioma, qui per hanc praepositionem, sequente articulo neutrius generis, & adverbio vel adjectivo adverbialiter in superlativo posito, efferunt, quod Latini vix periphrasi significare possunt. Pausan. in Achaicis. Τείχη εἰς τὸ ἀσφαλέστατον ὀχυρωθέντα. Verbatim: *Muri usque ad firmissimum structi*, hoc est, *Quam firmissime*, vel *ita structi, ut nihil ad eorum firmitatem addi possit.* Sic apud Lucianum in Hercule Gallico init. Γέρων ἐστὶν αὐτοῖς ἐς τὸ ἔσχατον *Senex apud illos est admodum decrepitus.*

19 Ita Plato in Hipp. maj. Εἰς καλὸν ἥκεις. *Opportune advenis.* At εἰς καλὸν εἶπας, *recte dixisti.*

20 Apud Sophoclem in Aj. Flag. vs. 1334. εἰς ante καιρὸν desideratur.

Ἄναξ Ὀδυσσεῦ, καιρὸν ἴσθ᾽ ἐληλυθώς.

*Rex Ulysse, in tempore ades.* Ubi schol. vet. καιρὸν, ἀντὶ τοῦ, εἰς καιρὸν, ἤγουν, ἐγκαίρως.

21 Contra, οὐκ εἰς μακρὰν, paulo

λ☉, *omnino* : εἰς πᾶσαν ἀκρίβειαν, id est, ἀκριβέστατα, *accuratissime* : ἐς τὰ πολλὰ, id est, ὡς τὸ πολὺ, *ut plurimum* : εἰς ὅσον, *quantum*, vel *quamdiu*. Herodianus lib. 6. Ἀντισχόντες εἰς ὅσον ἐνεδέχετο ἀνδρείως, τελευταῖον πάντες διεφθάρησαν· *Cum fortiter*, *quantum*, vel *quandiu licuit*, *restitissent*, *tandem caesi sunt universi* [22].

*paulo post*. apud Demosth. de corona, pag. 318.

22 Pro *Quamdiu* apud eundem lib. II. Εἰς ὅσον μὲν γὰρ ὑπὸ δημοκρατίας τὰ Ῥωμαίων διῳκεῖτο. *Quamdiu Democratia Romae obtinuit*. Caeterum εἰς ἅπαν, *omnino*, apud Epict. Ἐς ὀλίγον, *Leviter*. Arrian. de Exp. Al. lib. II. Ἀπεπειράθη ἐς ὀλίγον τῆς προσβολῆς. *Leviter* [*urbem*] *oppugnare tentavit*. At cum verbo ἐλθεῖν, aut huic affini sequente infinitivo, significat *parum abest quin*. ut παρ' ὀλίγον, de quo infra. Sic cum dicimus : *Parum abfuit quin interficeretur*. Gr. Ἐς ὀλίγον vel παρ' ὀλίγον ἦλθεν ἀναιρεθῆναι. Ita Thucyd. lib. IV, cap. 129. Ἐς ὀλίγον ἀφίκετο πᾶν τὸ στράτευμα τῶν Ἀθηναίων νικηθῆναι. *Parum abfuit, quin totus Athenienſium exercitus vinceretur*. Simili modo εἰς πλέον, redditur, *magis*, *plenius*, *gravius*, *fusius*. Pausan. in Achaicis : Ταῦτα μὲν δὴ καὶ ἐς πλέον ἐπέξεισιν αὖθις μοι τὰ ἐς Ἀρκάδας. *Atque haec quidem a me plenius in Arcadicis rebus exponuntur*. Et ibidem paulo post, nempe p. 413. Ἐλύπησαν δὲ καὶ εἰς πλέον τοὺς Ἀχαιούς. *Gravius insuper adflixerunt Achivos*. Cum articulo τόδε significat *huc*, ut, ἀφικόμεθα εἰς τόδε. *Venimus huc*. Denique notanda phrasi is, cui pecuniaria mulcta irrogatur, dicitur εἰς ἀργύριον καταψηφίζεσθαι, apud AEschin. in Timarchum : Ἐὰν δὲ εἰς ἀργύριον καταψηφισθῇ, ἀποτισάτω ἐν ἕνδεκα ἡμέραις μετὰ τὴν δίκην. *Si quis autem pecunia multatus fuerit, is intra diem undecimum solvat post judicium*.

# SECTIO III.

## *De Praepositionibus* ἐκ, *vel* ἐξ, & ἐν.

### REGULA I.

Ἐκ, ἐξ. adverbialiter sumitur.

Ἐκ ante consonantem, ἐξ ante vocalem, cum solo gignendi casu, Primo adverbialiter sumitur. Nam ἐκ τοῦ φανεροῦ, vel, προφανοῦς, vel ἐμφανοῦς, est *palam* & *aperte* : ἐκ τοῦ ῥᾴστου, *facillime* : ἐκ τοῦ δικαίου, *juste* : ἐκ τοῦ ἀδίκου, *inju-*

*injuste*: ἐκ πολλῆς ἐπιμελείας, vel ἀκριβείας, est, μάλα ἐπιμελῶς ϗ ἀκριβῶς, *diligenter admodum & accurate*: ἐξ ἴσου, *aequaliter*: ἐκ τοῦ ὁμοίου, *similiter*: ἐκ προσαγωγῆς, *sensim, magis, atque magis*, nova scilicet accessione facta: ἐξ ἑτοίμου, id est, *prompte, expedite*: ἐξ ἐφόδου, id est, *irruptione facta*: ἐκ παραλλήλου, id est, παραλλήλως, *quasi comparative*: ἐκ προαιρέσεως, id est, *ultro, consulte*: ἐκ λαθραίας ἐπιθέσεως, *occulte irrumpendo*, vel *occulta impressione*: ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, *plerumque*: ἐξ ἐπιβουλῆς, vel ἐνέδρας, *insidiose*: ἐκ τοῦ εὐθέος, id est, εἰκῇ, & προπετῶς, *temere*: ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἐκ τοῦ παραυτίκα, ἐξ ὑπογυίου, ἐκ τοῦ αὐτοσχεδίου, *subito, ex tempore* & ἀσκέπτως, *inconsiderate*: quibus contrarium est, ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς, *tuto*: ἐκ παρασκευῆς, *composito*: ἐκ τοῦ ἀνελπίστου, & ἀπροσδοκήτου, *insperato, inopinato*: ἐκ τοῦ βιαίου, *violenter, per vim*: ἐκ τοῦ ἀναγκαίου, *necessario*: ἐκ ταὐτομάτου, *fortuito*: ἐκ προνοίας, *cogitato*: ἐκ τοῦ τεθαῤῥηκότος, *fidenter*: ἐκ τοῦ σπουδαίου, *serio*: ἐκ τοῦ παραβόλου, id est, παραβόλως, *temerarie*: ἐκ πολλῆς ὑπερηφανίας, *contemptim admodum & superbe*: ἐξ ὑπονοίας, *suspiciose*, vel *ob suspicionem* [23]. Et similia, quae docebit usus.

II. Secundo, significat *post*: ut ἐκ τῆς ὑπατείας, idem quod ἀπὸ, id est, *post consulatum* [24]: ἐκ τούτου, *deinceps* supp. χρόνου, ut Virgil. **Ἐκ, post.**

*Ex illo, qui me casus, quae bella sequantur:*

Ἐκ περιόδου, vel ἐκ περιόδων, vel ἐκ περιτροπῆς, *per vices*, id est, *alii post alios suo quisque ordine: chacun à son tour.*

Tertio, *cum*: ut ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος, id est, *cum ingenti* **Cum.**

23 Ἐκ πολλοῦ, *Olim, jam dudum*, subaudito χρόνου. Isocr. Panegyr. p. m. 91. Τὴν φήμην ἐκ πολλοῦ παρειλήφαμεν. *Famam hanc jam olim accepimus.* Pro eodem dicitur, ἐκ παλαιοῦ, apud Pauf. in Achaicis p. 411. in fine. At, Ἐξ ἑαυτοῦ. *Sponte.* Nostratibus: Uit zig zelf. Hippocr. de Nat. Mul. pag. 568. lin. 32. Ἐκ μέρους, pro quo Apostolus utitur ἀπὸ μέρους. *Aliquatenus. Aliqua ex parte.* Epist. II. ad Corinth. c. II, 5.

24 Hic praepositionis usus orationem saepe cum brevem tum concinnam reddit. Sic dicitur Cyrus Xenophonti in ipsius Educatione lib. 1, cap. 26. γελάσαι ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων. i. e. *risisse, cum paulo ante lacrymaverat.* Subitam rei conversionem notat, ut in illo Ciceronis pro leg. Manil. c. 15. *Tanta repente vilitas annonae ex summa inopia & caritate rei frumentariae consecuta est.*



Digitized by Google

*genti excessu*, vel *longo intervallo*: Gallic. *avec beaucoup d'avantage*, aut brevius, *de beaucoup*: nam ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τοὺς πολεμίους νικῆται, est *hostes longo intervallo*, aut *insigni victoria superasse*. Ita Eutropii Metaphrast. lib. 2. Καὶ κρατήσας αὐτῶν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος. Ibidem lib. 3. Ἐκ τοῦ κρείττονος, *ex meliori*, id est, *superiorem esse*: Gallic. *avoir du meilleur*: καί ποτε, inquit, ἀπροσδόκητος εἰς χεῖρας ἐλθὼν (de Fabio Maximo, & Annibale loquitur,) ἐκ τοῦ κρείττονος ἀνεχώρησε· id est, *Ac semel ex improviso cum hoste congressus, ex pugna superior rediit. Il retourna ayant eu du meilleur.*

Vix dubito, quin contra dici possit, ἐκ τοῦ χείρονος, *du pire*: cujus tamen exemplum mihi non suppetit. At Thucyd. lib. 2. [25] eidem opponit. Ἔλασσον ἔχειν, *avoir du pire*, verb. *minus habere* Ἐν ᾗ (μάχῃ) οὐκ ἔλασσον ἔχον οἱ Ἀθηναῖοι. *In qua inferiores Athenienses non fuerant.* Proprium tamen contrarium est, πλέον ἔχειν *avoir l'advantage.* Ibidem [26] lib. 7. Τὰς στρατείας ἐκ μεγίστων ἐποιήσατο συμφορῶν· pro μετὰ μεγίστων· *Expeditiones ex maximis fecit calamitatibus*, id est, *suis in expeditionibus infestissimam fortunam passus est.*

Ἐκ περιουσίας. III. Affine est, ἐκ περιουσίας. Nam quod idem Metaphrast. lib. 5. [27] Καὶ συμμίξας, μετὰ τοσαύτης ἐκράτησε περιουσίας, id est, *Et congressus, tanto superior fuit*: dicere haud dubie potuisset, ἐκ τοσαύτης περιουσίας. Simile est illud Gregorii Nazianz. quod Budaeus [28] affert, Ὁ δὲ κατὰ μέτωπον ἵστασθαι, καὶ διακινδυνεύειν οὐκ ᾤετο δεῖν, ἐνὸν ἐκ περιουσίας κρατεῖν. id est, *Ille autem a fronte petendum hostem, periculumque subeundum esse non putabat, cum facile admodum ac sine ullo periculo vincere liceret.*

Saepe autem, ἐκ περιουσίας τι ποιεῖν, est *aliquid facere abundantia quadam otii*: vulgo, *de gayeté de coeur.* Demosthen. pro Coron. Οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ. *Iste autem me accusat, abundantia quadam otii*, vel, *securitatis*: quippe qui videret, quod ipsemet Demosthenes insinuat, longe gravius fore Demostheni caussâ cadere, quam sibi non vincere.

Nec

25 Cap. 22. Sed nulla ibidem oppositio τῶν ἐκ τοῦ κρείττονος, καὶ ἔλασσον ἔχειν.

26 Nempe, non apud Thucydidem, qui praecedit proxime, sed Metaphrasten Eutropii, ubi haec verba sunt in fine libri VII.

27 Cap. 4.

28 Pag. 27.

29 Quem-

Nec admodum ſecus reddi poſſit illud ejuſdem a Budaeo citatum, Οἱ δ' ἐκ περιουσίας πονηροὶ οὐδεμίαν πρόφασιν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν· id eſt, *At qui prae*, vel, *in rerum omnium abundantia, nec ulla neceſſitate compulſi, improbe ſe gerunt, nulla ſe tueri excuſatione poſſunt.*

IV. Quarto, ἐκ, ſignificat *propter*: qui uſus frequens etiam admodum eſt. Nam ἐκ τούτων, non tantum eſt, *deinceps*; ſed etiam, *propterea*, *ob eas cauſſas.* Eutropii Metaphraſt. lib. 7. Ἐκ τούτων ἐπαχθὴς ἦν ἐν πάσῃ τῇ βασιλευομένῃ γῇ. *Propterea toto paſſim imperio deteſtandus habebatur* [9]. Ἐκ, propter.

Quinto, redditur, *pro.* Nam ἐκ τῶν ὄντων, eſt, *pro facultatibus*, ſive *opibus* [10]: ἐκ τῶν δυνατῶν [11], ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, *pro viribus.* Ἐκ, pro.

Sexto, vel per ſolum ablativum explicatur, vel pro διὰ uſurpatur: ut, ἐκ τοσαύτης ἐπιμελείας, *tanta ſollicitudine*: ἐκ τούτου τοῦ λόγου, *hac ratione*: ἐκ θαλάσσης, *per mare*: ἐκ παντὸς, vel παντὸς τρόπου, *omni modo* [12]: ἐκ τοιούτου τοῦ τρόπου, *hoc modo*, & ſimilia. Ἐκ, pro διά.

V.

29 Quemadmodum ἐκ τούτων non tantum, *deinceps*, ſed etiam, *propterea* ſignificat, ita ἐκ τοῦ, ſequente infinitivo, non ſolum, *Poſtquam*, verum etiam, *quia* denotat. Demoſth. Phil. 4. pag. 60. lin. 48. Ἐκ δὲ τοῦ τούτων ὀλιγώρως ὑμᾶς ἔχειν. *Poſtquam autem haec contemtui habuiſtis*; ſive Latiniſmo propius, *Ex eo, quo*, vel, *quod haec contemptui habuiſtis.* Et Thucyd. lib. II. cap. 53. Ἐκ τοῦ πάντας ὁρᾶν ἐν ἴσῳ ἀπολλυμένους. *Quia omnes pari fato mori videbant.* Adde omnino locum ex Arrian. lib. II. de Exp. Al. cap. 7, ubi praepoſitio ἐκ cum ὅτι eadem acceptione conjungitur. Verba haec ſunt, Παρεκάλει θαρρεῖν μὲν ἐκ τῶν ἤδη σφίσι καλῶς κεκινδυνευμένων, καὶ ὅτι πρὸς νενικημένους ὁ ἀγὼν νενικηκόσιν αὐτοῖς ἔσται. *Hortatus eſt, ut animos ſumerent memores rerum ex priſtinis periculis praeclare geſtarum*, ſive, *quod antea res praeclare geſſerant, & quod nunc ipſis victoribus cum victis certamen eſſet futurum.*

30 Sive, *ut res expoſtulat*: *ut rerum fert conditio*: ut, ἐκ τῶν ἐνόντων χρήσομαι τῷ λόγῳ, apud Demoſth. Confer Epict. Enchir. cap. 44. Ὅρκον παραίτησαι, εἰ μὲν οἷόν τε, εἰς ἅπαν· εἰ δὲ μή, ἐκ τῶν ἐνόντων. *Juſjurandum, ſi fieri poteſt, recuſa. ſi non, prout poteris.*

31 Vid. Ariſt. Tom. III. pag. 270. Pro quo etiam dixerunt, Ἐκ τῶν ὄντων. Apud Zoſim. lib. I. cap. 2. *Quantum poterat.*

32 Cui opponitur ἐκ μέρους vel ἐκ μεσῶν. Quod Latine etiam explicant per praepoſitionem *Ex.* Utrumque habet Lucian. Dem. Encom. pag. 899.

Ei

Ἐκποδὼν καὶ ἐκ ποδῶν. V. Ἐκποδὼν & ἐκ ποδῶν, non tantum eſt, *ab oculis, a conſpectu* 33, ut expoſuimus in v. γίνεσθαι, Cap. V. Sect. 5. reg. 8. ſed etiam *de medio*, id eſt, *e vita*. Nam ἐκποδὼν εἶναι, vel γίνεσθαι, vel ἵστασθαι, vel ποιεῖσθαι, eſt, *de medio tolli*, & ἀναρπάζεσθαι· at ποιεῖν ἐκ ποδῶν, *de medio tollere*. Philo inter alios id amavit, ut lib. de Legat. ad Cajum aliquoties 34. Εἰ βραχὺν ἐπεβίω χρόνον Τιβέριος, ὁ μὲν ἂν ἐκποδὼν ἐγεγόνητο Γάϊος. *Si vel exiguo tempore ſuperſtes fuiſſet Tiberius, Cajus de medio ſublatus eſſet*: quod clarius poſtea: Τρὶς, οὐχ᾽ ἅπαξ, ἀνήρπαστο ἂν, ἐπ᾽ αὐτοῦ Τιβερίου φονῶντος· *Ter, non ſemel tantum de medio ſublatus eſſet, Tiberio in ejus caedem propendente*. Ibidem de Macrone, Οὐ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις, ἐκποδὼν ὁ κακοδαίμων γίνεται, id eſt, *Paucis poſt diebus infelix e medio tollitur*: ſequitur enim, ἠναγκάσθη αὐτοχειρίᾳ κτεῖναι ἑαυτόν· *ſeipſum interficere coactus eſt*. Ibidem, Τὸ μειράκιον ἐκ ποδῶν γεγένηται· id eſt, *Adoleſcens e medio ſublatus eſt*, quem ante ſua quoque manu periiſſe dixerat.

Ἐν. VI. Praepoſitio ἐν, (quae ſemper cum dativo jungitur, vel expreſſo, vel tacito: ut cum Demoſthen. orat. de Pace ait, Εἰ γὰρ ἐν Διονύσου, τραγῳδοὺς ἐθεάσασθε· *Si enim feſtis Bacchi diebus*, [ἑορτασίμοις ἡμέραις,] *Tragoedos ſpectaſſetis*) aliquot etiam uſus habet, obſervatione dignos. Primo, ſumitur pro ἐπί, cum genit. *coram*, vel *apud*, ut ἐν τοσούτοις μάρτυσι, vel ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων, *coram tot teſtibus*:

Pro ἐπί.

Εἰ δ᾽ οὐκ ἘΚ ΤΟΥ͂ ΠΑΝΤΟ΄Σ, ἀλλ᾽ ἘΚ ΜΕ΄ΡΟΥΣ ἐπαινεσόμεθα· Νόμος μὲν γὰρ Ὁμηρικὸς, ἡρώων ἐπαίνους ἘΚ ΜΕΡΩ͂Ν διατίθεσθαι. *Si non omni modo, ſaltem ex parte laudabimus. Homeri enim mos eſt, heroum laudes ex partibus concinnare.* Eſt & ubi haec praepoſitio cum ſuo Caſu per ſolum Adjectivum redditur; ut, τὰ ἐξ ἀνάγκης παθήματα *Neceſſariae paſſiones*, apud Plat. Tim. pag. 89. lin. 20.

33 Proprie, *E pedibus*; cujus contrarium eſt ἐν ποσὶν, *Ante pedes*. Dein, praecedente articulo, τὰ ἐν ποσὶν, ſunt *quaelibet proxima atque obvia & quaecunque prima occurrunt*. Ita Meſſenii apud Thucyd. lib. III. cap. 97. Demoſtheni ſuadent, *ut quamprimum vicos invadat*, ΤΗ͂Ν δὲ ἘΝ ΠΟΣΙ͂Ν ἀεὶ πειρᾶσθαι αἱρεῖν. *& proximos quosque continuo expugnare conetur*. Confer Phil. Jud. de congreſſ. quaer. erud. pag. 338. Huc refer, *uſus quotidianos*, τὰς ἐν ποσὶ χρείας, vocari Maximo Tyrio Diſſert. VII. De ἐκποδὼν vide, quae notavi ſupra, ad Cap. V. ſect. 5. R. 8.

34 Pag. 771, lin. 5.

35 Sic

*stibus:* ἐν τοῖς δικασταῖς, vel ἐπὶ τῶν δικαστῶν, *apud judices:* ἐν τοῖς διαιτηταῖς, *coram arbitris.* Plato Leg. 11. Διαδικάζεσθαι ἔν τισι τῶν ἰατρῶν, οὓς κοινῇ προβαλλόμενοι ἕλωνται· *Tractare coram aliquot medicis, quos ipsimet eam in rem sponte delegerint.*

Secundo, cum nomine Magistratum, aut quasi Magistratum significante, sumitur etiam pro ἐπὶ, Magistratus ejusdem tempus indicante. Demosthen. Olynth. 3. Ἐν δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις, μὴ θέσθε νόμον μηδένα· *His porro Thesmothetis*, id est, *quamdiu magistratu funguntur*, vel *per eos Thesmothetas legem nullam constituatis.* Sic ἐπὶ τούτων, vel ἐν τούτοις ὑπάτοις, *his consulibus.*

Adverbialiter cum casu.

VII. Tertio, saepe cum suo casu, adverbialiter etiam sumitur. Nam ἐν τούτῳ, est, *interea* [35]: ἐν τάχει, *celeriter* [36]: ἐν σπουδῇ, *studiose* ac *serio:* ἐν δίκῃ, *juste* [37]: ἐν δέοντι, ἐν καιρῷ, ἐν καλῷ, *opportune.* Demosth. Phil. 1. [38] Τούτων μὲν οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε, οὐδενὸς δὲ ἀπολείπεσθε· *Eorum* (*quae ad bellum usui esse possint*) *nullo suo tempore vel utimini, vel abstinetis.* Male enim, ut videtur, Interpres, postrema illa reddit, & *neminem non sequimini.* Xenoph. Ἑλλην. 2. ἐν καλῷ ὁρμεῖν, dixit; id est, *commodo portu & statione uti* [39]. Sic ἐν ἴσῳ· id est, ἴσως, vel

35 Sic ἐν τούτῳ, ἐν ᾧ sibi invicem in oratione respondent, & redduntur, *Interea dum:* vide paulo inferius, Reg. 11.

36 Adi epistol. ad Rom. cap. ult. comm. 20. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἘΝ ΤΆΧΕΙ. *Deus vero pacis conteret satanam sub pedibus vestris cito.* Adde Apocal. Joann. initio.

37 Vid. Aristoph. in Nub. vs. 1335. ΦΕΙ. Κἀποφανῶ γε νὴ Δία, Ὡς ἘΝ ΔΊΚΗι σ' ἔτυπτον. ΣΤΡ. Ὦ μιαρώτατε, Καὶ πῶς γένοιτ' ἂν πατέρα τύπτειν ἘΝ ΔΊΚΗι; *PHEI. Quin ostendam, per Jovem, me jure te verberavisse. STR. O impurissime, quomodo quis jure patrem verberaverit?* Confer Plat. in Phaedro pag. 278. lin 40. ἘΝ ΔΊΚΗι ποιητὴν, ἢ λόγων συγγραφέα, ἢ νομογράφον προσερεῖς; *Merito poëtam, vel orationum scriptorem, vel legislatorem vocabis?* Quin praepositio vim hanc retinet in compositione, ut ἔνδικος & ἐνδίκως. Ita Aristoph. ibid. vs. 1382. ΣΤΡ. Ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι. ΦΕΙ. Νὴ τὸν Δί', ἘΝΔΊΚΩΣ γε. *STR. Sed rursus vapulabo. PHEI. Per Jovem, merito profecto.*

38 Pag. 19, lin. 29.

39 Similiter Thucydides lib. V, c. 60. Ἐν καλῷ παρατυχὸν σφίσι ξυμβαλεῖν. *Cum ipsis opportuna confligendi occasio se daret.* Et AElianus V. H. lib. X, cap. 11.

vel ὁμοίς, ſequente καί. Thucyd. lib. 2 pag. 137. Ἐν ἴσῳ γὰρ οἱ ἄνθρωποι δικαιοῦσι τῆς τε ὑπαρχούσης δόξης αἰτιᾶσθαι ὅστις μαλακίᾳ ἐλλείπει, καὶ τὸ μὴ προσηκούσης μισεῖν τὸ θρασύνηται ὀρεγόμενον. Quae oratio admodum trajecta, ſic ordinari debet, Δικαιοῦσιν αἰτιᾶσθαι ὅστις μαλακίᾳ τὸ ὑπαρχούσης δόξης ἐλλείπει, καὶ μισεῖν τὸ τῆς μὴ προσηκούσης θρασ. ὀρεγ. id eſt, *Perinde vituperandum illum exiſtimant, qui prae ignavia partæ gloriae aliquid amittat, ut odio dignum alterum, qui non debitam temeritate quadam affectet* [40].

VIII. Aliquando dativum illum genitivus ſeqaitur ejus rei, ad quam opportunum aliquid dicatur. Xenoph. Ἑλληνικ. 6. eleganter: Τὴν δὲ Κέρκυραν κεῖσθαι ἐν καλῷ μὲν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου, καὶ τῶν πόλεων, αἳ ἐπὶ τοῦτον καθήκουσιν, ἐν καλῷ δὲ τοῦ τὴν Λακωνικὴν χώραν βλάπτειν, ἐν καλλίστῳ δὲ τῆς ἀντιπέραν ἠπείρου. *Corcyrae porro ſitum eum eſſe, qui ad Corinthiacum ſinum, & urbes ipſi contributas*; (vel, *ad ipſum pertinentes*) *adeundas opportunus ſit, & ad Laconicam vexandam commodus, & ad trajectum in continentem longe commodiſſimus* [41]. Additur & poſt ἐν τούτῳ, ut, ἐν τούτῳ τῆς

II. Σοὶ μὲν οὖν οὐκ εἰδότι τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα ἀποθανεῖν ἘΝ ΚΑΛΩ͂ι ἐστι. *Tibi igitur, neque dicenda, neque agenda ſcienti, mori opportunum eſt.*

40 Pro ἐν ἴσῳ aliquando etiam invenies, ἐν ὁμοίῳ. Ita Thucyd. lib. 2. cap. 53. Κρίνοντες ἘΝ ὉΜΟΙ͂Ωι καὶ σέβειν, καὶ μή. *Judicantes, Deos colere perinde eſſe ac non colere.* Caeterum praecedentibus adde Ἐν τῷ παρόντι *Nunc*, Æſchin. Socr. Dial. de Virtute initio. In quo ſubaudi χρόνῳ· ſic, Ἐν βραχεῖ. *Propediem* (Belg. In 't kort Plat. Symp. pag. 217. initio. Alias pro ἁπλῶς καὶ ἐν κεφαλαίῳ. Harpocrat. Ἐν βραχυτέροις, *Brevius*. Idem Plat. in Gorg. pag. 449. Aliquando unica voce, ἔμβραχυ. Idem in Hippia minore, pag. 365. lin. 34. Ἐρώτα ἔμβραχυ, ὅτι βούλει *Interroga, quidquid velis, breviter.* Ἐν ὀλίγῳ. *paene.* cui opponitur ἐν πολλῷ in Act. Apoſt. XXVI, 28, & 29. Ubi cum Agrippa dixiſſet: Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι. *Propemodum mibi perſuades, ut fiam Chriſtianus.* Reſpondet Paulus: Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἘΝ ὈΛΙ͂ΓΩι, καὶ ἘΝ ΠΟΛΛΩ͂ι, οὐ μόνον σὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον γενέσθαι τοιούτους. &c. *Optarim a Deo, ut & propemodum, & admodum non tu modo, ſed & omnes, qui bodie me audiunt, tales fiant.*

41 Eſt & ubi Genitivus ille excipitur ab alio Dativo ejus, cui quid commodum vel opportunum eſſe dicitur. Ita Ariſtid. Orat. pro Quatuorviris, pag. 267. Περὶ τοῦ θεάτρου, ὃ οὐ ΠΑ-ΣΙΝ

τῆς παρασκευῆς ἦσαν, Thucyd. lib. 2. *In eo tum apparatus sui versabantur.*

IX. Quarto, sumitur pro παρὰ, id est, *ad*, maxime cum urbium, locorumve nominibus, ut ἐν τῇ πόλει, id est, *ad urbem*, vel *circa urbem* [41]: Xenoph. Ἑλληνικ. 7. pag. 645. Ἡττημένος μὲν ἐν Λακεδαίμονι, σὺν πολλῷ ὁπλιτικῷ ὑπ' ὀλίγων, ἡττημένος δὲ ἐν Μαντινείᾳ ἱπποµαχίᾳ. *Qui ad Lacedaemonem, cum multo gravis armaturae peditatu a paucis victus esset, iterumque ad Mantineam equestri pugna superatus:* ubi nota μὲν, & δὲ, cum repetitione ejusdem participii ἡττημένος. Ἐν pro παρά.

Quinto pro εἰς, etiam cum nomine loci. Thucyd. lib. 7. pag. 449. [42] Ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ. id est, *Missuri*, vel, *ad mittendos in Siciliam gravis armaturae milites.* Ἐν pro εἰς.

X. Sexto, ἐν πολλῷ, vel ὀλίγῳ χρόνῳ, id est, ἐκ πολλοῦ, vel ἐξ ὀλίγου χρόνου, *a longo*, vel *pauco tempore*, vel διὰ πολλοῦ, δι' ὀλίγου, *en beaucoup*, *en peu de temps*. Plato in Apol. Ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ἐν πολλῷ χρόνῳ Ἐν pro ἐκ.

ΣΙΝ ἘΝ ΚΑΛΩ͂ ΤΗ͂Σ ΘΕΑΣ ἵσταται. *Ante theatrum, & eo loco, ubi facile ab omnibus conspici poterit.* Agnoscit in hac locutione Atticismum Kusterus ad Aristoph. Ἐκκλησ. vs. 321. ellipsin. L. Bos.

42 Tale illud AEliani V. H. lib. XII, c. 3. Ἐπαμεινώνδας ὅτε ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ. *Epaminondas cum in praelio ad Mantineam vulneratus esset.* In his & Xenophontis verbis ἐν pro παρὰ usurpari, vel ipsa historia indicat. Non ubique ideo & pro lubitu hoc imitandum, tirones moneo, sed ubi res ipsa omnem inde nasrituram ambiguitatem tollit. Huic simile est, & tutius, cum Latine vertitur *a* vel *ad*, eo sensu, quo locus dicitur esse *ad dextram* vel *a sinistra*. Gr. *in dextra*. Ita Arrian. lib. III. Exp. Alex. cap. 7. Ἤιει διὰ τῆς Ἀσσυρίας χώρας, ἘΝ ἈΡΙΣΤΕΡΑ͂Ι μὲν ἔχων τὰ Σογδιανῶν ὄρη, ἘΝ ΔΕΞΙΑ͂Ι δὲ αὐτὸν τὸν Τίγρητα. *Proficiscebatur per Assyriam, a sinistra habens Sogdianorum montes, & a dextra ipsum Tigrim.* Huc refero, ἐν ποσὶ, *ad pedes*. AEllan. V. H. lib. I. cap. 16, Ἐρριμμένος ἐν ποσί. *Prostratus ad pedes.*

43 Cap. 17. Hac loquendi formula saepius Thucydiden uti, adserit Hudson. Vide & Cl. Dukerum ad hunc locum. Simili loquendi formula utitur Ovidius, cum adverbium *intus* adhibet pro *intro* lib. Met. x, vs. 457.

*Jamque fores aperit; jam ducitur intus.*

Item Ter. And. 5, 6, 14. *Sequere hac me intus ad Glycerium nunc*



44 Hoc

χρόνῳ ἔχετε, ταύτην ἐν ἄυτοσὶ ὀλίγῳ χρόνῳ· ubi prius ἐν est ἀπὸ, at posterius διὰ· id est, *Conandum est vobis, quam a longo tempore calumniam retinetis, hanc adeo brevi excutere* [44].

'Εν ᾧ pro ὅταν. XI. Septimo, cum dativo ᾧ, reddi aliquando potest, ὅταν subaudiendo χρόνῳ. Thucydid. lib. 7. pag. 509. Τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρακῶν, ὅμοια τοῖς μάλιστα τοῦ βαρβαρικοῦ, ἐν ᾧ ἂν θαρσήσῃ, φονικώτατόν ἐστιν· *Thracum enim natio barbaris illis, quibus id maxime proprium ac solenne est, hoc in genere persimilis, si quando fiducia gliscit, caedis avidissima est:* ubi ὅμοια, pro ὁμοίως: at in τοῖς μάλιστα, subauditur φονικοῖς οὖσι, & in βαρβαρικοῦ, subauditur γένους [45].

Propter quod. Aliquando, ἐν ᾧ, significat διὸ, vel ἐφ' ᾧ, vel ᾗ, id est, *propter quod, quo facto.* Idem lib. 8. pag. 612 [46]. Ὡρμημένων γὰρ τῶν ἐν Σάμῳ Ἀθηναίων πλεῖν ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς, (ἐν ᾧ σαφέστατα Ἰωνίαν καὶ Ἑλλήσποντον εὐθὺς εἶχον οἱ πολέμιοι.) *Nam*

44 Hoc modo in versione redditur quoque *intra.* Ita AEschin. contra Ctesiph. pag. 286. lin. 35. Ἐν πέντε ἡμέραις ἐβοηθήσατε αὐτοῖς. *Intra quinque dies opem illis tulistis.* Et AElian. V. H. lib. 1, c. 6. Ὥστε ἐφ' ἑαυτῶν λογίζεσθαι (al. ἐκλογίζεσθαι) τὰς ἡμέρας τὰς τεσσαράκοντα, ἘΝ ΑἿΣ, τὰ ἔγγονα αὐταῖς ζῶα γίγνεται). *Ut computare possint dies quadraginta, intra quos foetus ipsarum in viva animalia evadant.* Vel temporis progressum notat, ut apud Pindarum, Pyth. Od. 3. Ἐν δ' αὖτε χρόνῳ. *Inter jecto deinde tempore.*

45 Ἐν ᾧ & in sequenti membro ἐν τούτῳ, mutuam inter se relationem habent; & prius explicatur per *Dum*, posterius per *Interea.* Ita Herod. Erat. cap. 89. ἘΝ ὯΙ ὦν Κορινθίων ἐδέοντο χρῆσαι σφι νέας, ἘΝ ΤΟΥ͂ΤΩΙ διεφθάρη τὰ πρήγματα. *In quo, h. Dum a Corinthiis commodari sibi naves rogant, in hoc i. e. interea res corrupta est.* Adde Xenophontem, Κύρου παιδ. lib. 2. cap. 6. ἘΝ ὯΙ δὲ οἱ πολέμιοι ἐλέγοντο μὲν προσιέναι, παρῆσαν δὲ οὐδέπω, ἘΝ ΤΟΥ͂ΤΩΙ ἐπειρᾶτο, & quae sequuntur. *Dum vero hostes dicebantur advenire, nondum tamen aderant, interea conabatur milites exercere.* Pro iisdem dicas etiam ἐν ὅσῳ. Aristoph. Ἐκκλησ. vs. 1144. Ἐν ὅσῳ δὲ καταβαίνεις, ἐγὼ Ἐπάσομαι μέλος. *Dum autem tu descendas, ego interea cantilenam canam.* Thucydidis verba sunt c. 29. in quibus tamen observa, non χρόνῳ tantum, sed & τόπῳ & πράγματι subaudiri posse: adeoque generalius videtur hoc, quam quod pro sola temporis significatione afferatur. In genere nota ἐν tempus significare, ut ἐν δείπνῳ. *inter coenandum.* ἐν σπονδαῖς. *tempore pacis.* ἐν μηνὶ τρίτῳ. *mense tertio.*

46 Cap. 86.

47 Cap.

Digitized by Google

*Nam cum Athenienses, qui Sami tum erant, contra se ipsos navigare jam statuissent, in quo* (id est, *quod si factum esset,*) *hostes continuo sane & Ioniam & Hellespontum occupassent.* Idem pag. 615. [47] Οἱ πολλοὶ αὐτῶν τῷ τοιούτῳ ἀπετέθεντο, ἐν ᾧ περ καὶ μάλιστα ὀλιγαρχία ἐκ δημοκρατίας γενομένη ἀπόλλυται· *Ipsorum plerique eam in rem incumbebant, in qua* (id est, *ob quam*) *maxime paucorum imperium, ex populari natum exstingui solet.*

XII. Octavo, ἐν, cum suo casu, & verbo εἶναι duobus modis [48] construitur: primum absolute ac sine alio nomine; tuncque verbatim Latine reddi potest; ut ἐν φόβῳ εἶναι, *in metu esse* [49]: ἐν στόματι εἶναι, *in ore esse*: quod etiam elegantius, ἐν λόγοις, ἐν φήμῃ· Unde Synesius Epist. 3. Γενεαλογοῦντες αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἐν φήμῃ Λαΐδος: id est, *Genus ejus a famosa Laide repetentes.*

Ἐν cum εἶναι.

Deinde cum dativo alterius personae, vel expresso, vel tacito: tuncque passivum aliquid significat. Et expresso quidem, ut, Ἐν ὀργῇ εἶναί τινι, *in ira esse alicui*, id est, *sibi aliquem iratum habere*: ἐν ἡδονῇ εἶναί τινι, *alicui placere.* At eodem tacito, ut, ἐν αἰτίαις εἶναι, *accusari*, nempe *ab aliquo* [50]: ἐν ἐγκλήματι εἶναι, id est, ἐγκαλεῖσθαι, *crimen aliquod sustinere.* At ἐν αἰτίαις ἔχειν τινά, idem est, quod δι' αἰτίας, *culpare aliquem*: ἐν ὀργῇ ἔχειν τινά, *alicui succensere* [51]: ἐν αἰσχύνῃ τίθεσθαι, εἰ ut plurimum sequente, id est, *turpe ducere.*

XIII.

47 Cap. 88.

48 Potest & addi tertius modus, quo quis dicitur ἔν τινι εἶναι, cui frequentem operam navat. Ita Aelian. V. H. lib. IX. cap. 4. Πολυκράτης ὁ Σάμιος ἐν Μούσαις ἦν. *Polycrates Samius in Musis erat*: i. e. *in iis plurimum studium collocabat.* Esto & hic quartus modus, quo quis dicitur ἔν τινι (sc. ἀνθρώπῳ εἶναι,) in quo significatur omnem spem esse positam. Ita apud Sophocl. OEd. Tyr. vs. 322.

Ἐν σοὶ γὰρ ἐσμέν. - - -

*In te enim sumus* i. e. *In te omnis nostra spes est posita.*

49 Ita enim Cicero orat. I. in Catil. cap. I. *Me totum esse in metu propter te unum. . . . non est ferendum.* Hinc compositum ἔμφοβος & ἐμφοβοῦμαι. Luc. XXIV, 5. Ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν. *Cum autem metu essent perculsae.* Est nempe ἔμφοβος proprie, *qui versatur in metu*; & ἐμφοβεῖσθαι, *in metu versari.* Cognatum huic ἔντρομος invenies Act. Apost. VII, 32.

50 Hinc οἱ ἐν ταῖς αἰτίαις, sc. ὄντες, *rei.* Vid. Demosth. epist. 2. p. 111. lin. 34.

51 Similiter apud Latinos: *Ha-*

'Ἐν omittitur. XIII. Nono, ἐν, ut aliquando omittitur, sic & redundat aliquando. Omittitur, ut apud Zosimum Histor. 2. Ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τοῖς εἰρήνῃ, καὶ τοῖς κατὰ πόλεμον ἐλυμήνατο πράγμασι· *Id autem rebus, tam paci, quam bello, nocuisse:* ubi εἰρήνῃ, pro ἐν εἰρήνῃ· Et lib. 3. Ὥστε τῇ φυγῇ, pro ἐν τῇ φυγῇ, ἐλεφάντας κατασφαγῆναι. *Ita ut in fuga Elephanti jugularentur.* Thucydid. lib. 2. Ἀταλάντῃ, pro ἐν Ἀταλάντῃ, *in Atalante insula.* Eadem redundat, ut apud Xiphilinum in Trajano: Καὶ γὰρ οἱ Πάρθοι, ἐν τῷ σφετέρῳ ἤρξαντο βασιλεύεσθαι· *Nam & Parthi quoque suis ipsi moribus regi coepere:* ubi ἐν aut vacat, aut pro κατὰ, cum accusativo sumitur [53].

Redundat.

Cum dat. χρῷ. XIV. Denique, peculiariter conjungitur cum dativo χρῷ, id est, *cute*, ac fere cum verbis κείρειν, ξυρεῖν, ξυρᾶν, ψιλοῦν, *tondere:* non modo proprie; sed etiam metaphorice. Et quidem proprie; nam κείρεσθαι ἐν χρῷ [54], est, *ad cutem usque tonderi:* quod etiam dicitur, ἐν χρῷ τὴν κόμην εἶναι. Hinc ἡ ἐν χρῷ κουρὰ, *capilli attonsio ad cutim usque facta:* quae etiam ψιλὴ κουρὰ, dicitur, & Poetice κουρὰ ξυρήκης. Hinc ὁ ἐν χρῷ κουρίας, *ad cutim usque tonsus:* qui etiam ξυρίας unica voce. Metaphorice autem: nam ξυρεῖ ἐν χρῷ, verbatim *ad cutim usque radit*, id est, *summum periculum est:* quod tamen Poetarum potius quam oratorum est.

Proprie.

Metaphorice.

XV. Oratores autem, hoc fere modo, ad simile quid exprimendum uti solent: ἐν χρῷ γενέσθαι τοῦ κινδύνου· verbat. *in*

*Habere in spe, in amore.* &c. pro, *sperare, amare* &c. Ita apud Sallust. B. C. cap. 31. Catilina juxta hanc Graecae locutionis consuetudinem ait, se *ita ab adolescentia vitam instituisse, ut omnia bona IN SPE HABERET.* & Cic. ad Famil. lib. X. epist. 28. *Quem tu cum cive acerrimo, patre tuo, in ore & amore semper habuisti.*

52 Pag. 328.

53 Saepe fit, ut abundare haec praepositio videatur, cum tamen, re plenius ponderata, falsa inveniatur haec pleonasmi suspicio; quae non raro nascitur ex versione Latina, in qua praepositio abesse potest. E. G. Haec verba Herodoti Erat. cap. 48. Ὄρος μέγα ἀνεσκαμμένον ἐν τῇ ζητήσει, si vertis: *Magnus mons eversus indagando*, videtur ἐν παρέλκειν. Cum tamen ἐν ζητήσει, pro ἐν τῷ ζητεῖν, sit *inter indagandum, metalla* sc. i. e. *dum indagantur.*

54 Exemplum habet Theophr. Charact. περὶ Μικρολογ. & AElian. V. H. lib. XI, cap. 10.

*in cute periculi esse.* Synes. epist. 4. Οὐ πρὶν ἢ ἐν χρῷ γενέσθαι τῷ κινδύνῳ ἀπέστη τῷ διαναυμαχῆσαι πρὸς τὰς σπιλάδας· *Non ante navi cum petris luctari destitit, quam extremum in periculum venisset.* Quo eodem sensu dicitur res ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἵστασθαι, verbat. *in acie*, (hoc est: *sub aciem*) *novaculae constituta* [55]. Huc pertinet, ἐν χρῷ μάχεσθαι, aut μάχην συνάψαι, *in cute pugnam committere*, id est, *cominus:* quomodo loquitur Plutarchus in Theseo.

XVI. Hinc, quae contigua sunt, & proxima, ἐν χρῷ γενέσθαι dicuntur: unde illud Thucydid. lib. 2. pag. 155. [56] Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, κατὰ μίαν ναῦν τεταγμένοι, περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ, καὶ ξυνῆγον ἐς ὀλίγον, ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέοντες, καὶ δόκησιν παρέχοντες αὐτίκα ἐμβαλεῖν· id est, *Athenienses autem, navibus singulas singulis excipientibus, (une à une) eos in orbem circumvehebant, atque ita in angustum cogebant, in cute semper adnavigantes*, (id est, *hostium classem radentes, & in ea quasi haerentes*,) *adeoque impressionis jam jam faciendae opinionem praebentes.* Virgil. 5. AEneid. *stringere*, & *radere*, hoc fere sensu:

> *Laevas stringat sine palmula cautes.* Et,
> *Radit iter laevum interior.*

Lucianus in Zeuxide: Ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσεισάμενοι, *Matri proxime inhaerentes.* Eidem, Ἡ ἐν χρῷ πρὸς τὰ βιβλία συνουσία, dicitur, *intima cum libris conjunctio.* Suidae, οἱ ἐν χρῷ φίλοι, *intimi amici.* Quo sensu accipiendum illud Xiphilini in Severo: Ἐν τῇ ἀγορᾷ βῆμα ξύλινον, ἐν χρῷ τοῦ λιθίνου κατεσκευάσθη. *In foro suggestum ligneum, in cute* (id est, *in summa superficie*) *lapidei excitatum est.*

SECT.

55 Haec locutio, ut est venusta, ita etiam Poëtis placuit. Ita Homer. Il. κ. vs. 173.

> Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς.

*Nunc enim jam [res] omnibus in novaculae sitae sunt acie.* Adde Theogn. vs. 557.

> - - - Κίνδυνός τοι ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς.

Vel cum verbo ἔχεσθαι quemadmodum Herod. Erat. c. 11. Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα. *In summo periculo res nostrae versantur.*

56 Cap. 84.

# SECTIO IV.

## *De Praepositione ἐπὶ.*

## REGULA I.

Praepositio ἐπὶ, cum genitivo, dativo & accusativo conjungi potest. Et cum genitivo quidem, ut leviora, jamque passim aspersa, mittam, Primo, *curam aliquam, aut singulare, ac proprium munus* significat, quod Latini fere *praepositione A*, vel *Ab* exprimere solent. Hinc illa, ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων, *A secretis*: ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, *Ab epistolis*: ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν σφραγίδων, *A Regiis sigillis.* Gallice, *Monsieur le Garde Seaux*: ὁ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν χρημάτων, *Surintendant des finances du Roy*: οἱ ἐπὶ τῶν ἱκετειῶν, vel ἱκετικῶν, *Libellorum supplicum Magistri*, vel, *A supplicibus libellis*, *Les maistres des Requestes*: οἱ ἐπὶ τῶν εὐθυνῶν, vel δημοσίων λόγων, *A publicis rationibus*, *les Maistres des contes.*

[illegible] vel

II. Alias tamen, sine *A*, vel *Ab*, Latine redditur, ut, οἱ ἐπ' ἐξουσίας, vel οἱ ἐπ' ἀξιώσεως, iidem sunt qui οἱ ἐν τῷ τέλει, *Magistratus*, vel *qui sunt in dignitate constituti*: ὁ ἐπὶ τοῦ ταμιείου, *Quaestor*: οἱ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν, *rerum civilium cognitores*: οἱ ἐπὶ τῶν φονικῶν, cui adhibetur aliquando, καθεστῶτες, *rerum capitalium judices*: ὁ ἐπὶ τοῦ σίτου, vel τῆς σιτωνίας, cui addi potest, καθεστὼς, vel τεταγμένος [57], *Praefectus annonae*: οἱ ἐπὶ τῶν εἰσαγωγίμων καὶ ἐξαγωγίμων, *mercium earum, quae vel importantur, vel exportantur curatores*: οἱ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν οἰκοδομημάτων, *Regiorum aedificiorum curatores*, *Intendans des bastimens Royaux*, & similia, quae facile cogitantibus succurrent.

Ἐπὶ pro διά.

III. Secundo, crebro simul & eleganter, de rebus aut hominibus certum in numerum ordinatis, ac distributis usur-

57 Vel participium ὢν. Cum verbo εἰμὶ construitur in Act. Apost. VIII, 27. Ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς. *Qui praeerat universae gazae ejus.* Ipsum participium ὢν, vel τεταγμένος ab aliis additur nonnunquam: exempla habet Cl. Bos, Ellips. Gr. in voce τεταγμένος.

58 Exem

Digitized by Google

usurpatur, eodem modo, quo ante diximus de ἀνά, & constat de κατά, cum accusandi casu. Nam ἐπὶ τριῶν exempli causa, vel τεσσάρων τάττεσθαι dicitur, *distributos esse, ternos aut quaternos, trois à trois, quatre à quatre:* ἐφ' ἑνὸς τεταγμένοι, *rengez un à un:* νῆες ἐπὶ μιᾶς τεταγμέναι, *nefs rengées une à une* [58].

IV. Affinem superiori usum alterum, in re militari, & τακτικῇ habet, unde ἐπὶ φάλαγγος ἄγειν, προσβάλλειν, &c. id est, φαλαγγηδὸν, vel ἐπὶ κέρως, vel κατὰ κέρας, *utroque cornu protenso movere, impetum facere. Phalanx* enim Graecis, *acies utrinque longior, quam altior* Thucydid. lib. 2. [59] eodem modo, πλεῖν ἐπὶ κέρως, dixit: Ἰδόντες κατὰ μίαν ἐπὶ κέρως παραπλέοντας. *Videntes eos, navibus protenso cornu, alteram altera sigillatim sequentibus, adnavigare.* At βάθος, *altitudo*, id est, medium quasi phalangis corpus, dicebatur, modo ἐπὶ τεττάρων, modo ἐπὶ ὀκτὼ, modo ἐπὶ πλειόνων παρατάττεσθαι, vel ποιεῖσθαι, *quaternis, octonis, aut pluribus in quolibet ordine conjunctis instrui.* Hinc verbum ὑπερφαλαγγεῖν, id est, *utrinque producto cornu hostilem aciem involvere:* & ὑπερκερᾶν, *alterum duntaxat hostilis exercitus cornu ita circumvenire.* At ἐπὶ μετώπου, vel κατὰ μέτωπον, vel πρόσωπον, est *exporrecta exercitus fronte.* Vide Budaeum pag. 373. & 631.

V. Tertio, cum genitivo Pronominis reciproci, idem est, quod διά· nam ἐφ' ἑαυτοῦ, est, *per se*, aut *sponte.* Dionysius Halicarnass. lib. 5. [60] Τήν τε αἵρεσιν τοῦ μέλλοντος ἄρχειν τοῖς ἐκ τοῦ συνεδρίου συνεχώρησαν, αὐτοῖς ἐφ' ἑαυτῶν βουλευομένοις, ποιήσασθαι· id est, *Simulque Senatoribus permiserant, uti re per se ipsos deliberata* (vel, *suopte arbitrio*) *Magistratum illum legerent.* Idem in Excerpt. οὐδὲν ἐμὲ δεῖ ἐπ' ἐμαυτοῦ λέγειν· id est, *Nihil me per me ipsum dicere necesse est.* Xiphilinus in Severo, Ὥστε αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν αὐτομάτως προσπλεούσας ὁρᾶσθαι, *ut ipsae per sese, ac sponte adnavigare cernerentur*

Ἐπὶ pro διά.

Alias tamen ἐφ' ἑαυτοῦ, est potius, *chez soy, à part soy,* *apud*

58 Exemplum habet Thucydides lib. II. cap. 90. Pro eodem etiam dicitur κατὰ μίαν. in eodem libro, cap. 84. in init. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι κατὰ μίαν ναῦν τεταγμένοι περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ. *Athenienses vero, navibus ita dispositis, ut singulae singulas sequerentur, circumvehebantur circulo circum illos.*

59 Cap. 90.

60 Pag. 334. lin. 33.

*apud sese* [61] *ac suis in finibus*. Zosimus lib. 1. Εἰ μὲν ἦν ἐφ' αὐτῶν διελέλειπον ὄντες, (Athenienses & Lacedaemonii.) *Quod si apud sese, ac suis in finibus haesissent perpetuo*, (non autem, ut Interpres, *conjuncti mansissent*) Idem lib. 4 clarius. Ἐπεὶ ἦν νυκτὸς γενομένης, ἐφ' ἑαυτῶν ἐγίνετο τὰ στρατόπεδα· id est, *Cum ergo noctis interventu, ambo exercitus in sua se castra recepissent*. Itaque γενέσθαι ἐφ' ἑαυτῦ, *domum se recipere*, vel *sibi vacare*; *se retirer à part, chez soy*.

Adverbialiter sumitur. VI. Quarto, cum suo casu adverbialiter sumitur. Hinc ἐπ' ὀνόματος, id est, *nominatim* [62]: ἐπὶ κεφαλαίων, id est, κεφαλαιωδῶς, ἐπὶ & κατ' ἐπιτομήν, *summatim*. Dionysius Halicarnass. lib. 2. [63] Τὰ κυριώτατα ἐπὶ κεφαλαίων ἐρῶ· id est, *Praecipua quaeque summatim complectar*. Sic ἐφ' ἑκάστης, supp. ἡμέρας, idem quod καθ' ἑκάστην, *quotidie*: ἐπὶ σχολῆς [64], *otiose*; *à loisir*: ἐπ' ἀδείας, *tuto*, *impune*: ἐπ' ἀληθείας, *vere*, *sincere* [65].

Quin-

61 Ita homines, antequam in rempublicam cogerentur, dicuntur ἐφ' ἑαυτῶν ᾠκηκέναι Pausaniae in Corinth. pag 112. Φορωνεὺς δὲ, ὁ Ἰνάχου, τοὺς ἀνθρώπους συνήγαγε πρῶτον ἐς κοινὸν, σποράδας τέως καὶ ΕΦ' ΕΑΥΤΩΝ ἑκάστοτε οἰκοῦντας. *Photoneus vero, Inachi filius, homines hactenus dispersos & sibi seorsim semper habitantes, in unam remp. coëgit.* Hinc opposita ἐφ' ἑαυτῦ εἶναι καὶ ἀνθρώποις ἐντυγχάνειν. *Apud se esse, & cum hominibus versari*. apud Epict. cap. 40. Non absimili modo dicitur quis ἐφ' ἑαυτοῦ περὶ τὰ μαθήματα διατρίβειν, *qui ita se literis abdit, ut nihil ex his in adspectum lucemque proferat*. Aristides in Orat. pro Quatuorviris, pag 495. Καὶ Σωκράτης μὲν καὶ Πυθαγόρας, οὐδ' αὐτοὺς τοὺς λόγους, ἐν οἷς ἔζων, συνέγραψαν, ἀλλ' ΕΦ' ΑΥΤΩΝ ἐφιλοσόφουν. *Nec Socrates, nec Pythagoras eos sermones, quos vivi habuerunt, scriptis mandarunt, sed apud se philosophabantur*. Nec abludit id, quod nostrates dicunt: *iets op zig zelven hebben*; quo significamus, peculiare quid nobis esse. Graeci verbatim: Ἔχειν τι ἐφ' ἑαυτῦ. Herodot. Calliop. cap. 37. ΕΙΧΟΝ γὰρ καὶ οὗτοι ΕΦ' ΕΑΥΤΩΝ μάντιν Ἱππόμαχον, Λευκάδιον ἄνδρα. *Habebant enim & hi peculiarem sibi haruspicem Hippomachum, virum Leucadium.*

62 V. Julian. Misopog. non longe ab initio.

63 Pag. 124, lin. 6.

64 Vid. AEschinem contra Ctesiph. pag. 301. Πολλάκις πρὸς ἐμὲ διεξῄει ΕΠΙ ΣΧΟΛΗΣ. *Saepe mihi narravit per otium.*

65 Ita Dem. pro Coron. p. 315. Πάντα τοίνυν τὰ κατηγορημένα

Quinto idem est, quod *inter*, vel *prae*. "Ita sumit Aristides Panathen. Δι' ἃ δὴ καὶ μόνῃ τῇ πόλει ὡς κυρίως ἄν τις φαίη συμβῆναι, ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν· (supp. πόλεων, vel χωρῶν.) *Propter quae soli huic urbi, prae caeteris Graeciae urbibus, id proprie contigisse dixeris.* Ἐπὶ, inter, prae.

VII. Sexto, tanquam argumento, vel teste ac sequestre adhibito, id quo fidem facimus, in gignendi etiam casu, cum ἐπὶ conjungitur. Dicunt enim ἐπ' ἀναμφισβητήτου ἀποδείξεως τὴν διαβολὴν ἀποφυγεῖν· *Certissimo argumento calumniam depulisse.* Dicunt etiam, ἐπί τινος πίστεις διδόναι, *alicujus quasi vadis, aut testis nomine, vel auctoritate adhibita, polliceri.* Dionysius Halicarnass. lib. 5. "Πίστεις δοὺς ἐπὶ Θεῶν· *Diis fidei suae testibus adhibitis, aut jurejurando per Deos concepto.* Idem lib. 10. "Εἰ μὲν οὖν ὑπισχνοῦνται ὑμῖν οἱ Πατρίκιοι, καὶ πίστεις βούλονται δοῦναι τὰς ἐπὶ Θεῶν, ὅτι &c *Si quidem Patricii vobis pollicentur, ac jurejurando adhibito confirmare volunt.*

VIII. At cum dicunt, ἐπὶ τῶν ἱερῶν ὀμόσαι, est, *sacris aut victimis praesentibus jurare*; Gallice, *sur* "ἐπὶ τῶν ἐμπύρων, *super focis* "ἐπὶ τῶν τομίων, *caesis victimis.* Ut enim ὅρκια τέμνειν, verbat. *ad jusjurandum pertinentia secare*, est, *victimas, ad rei, puta foederis, jurejurando firmati,*

μένα . . . οὔτε δικαίως οὔτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα *Omnes itaque criminationes neque merito neque in veritate dictae.* Adde Act. Apost. cap. IV. com. 27. Euang. Lucae cap. IV. com. 25. & XXII, 59. Euang. Marc. XII, 32. Καλῶς, διδάσκαλε, ἘΠ' ἈΛΗΘΕΙΑΣ εἶπας. *Recte, magister, & vere dixisti.* Pro eodem *in veritate dicere* habet Cicero, seu mavis, Cornificius ad Herenn. lib. IV, cap. 22.

66 Suspecta ob novitatem haec praepositionis ἐπὶ cum casu secundo constructae significatio clarius postulat exemplum, quo firmetur, quod non occurrit mihi. Aristidis verba, quae sunt Tom. I. pag. 168. subobscura sunt. Sed, cur non in significatione temporis ἡ ἐπὶ accipi possit de qua mox ad Reg. 9. non video, ita ut ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν reddatur, *dum res Graecorum vigerent.*

67 Pag. 299, lin. 30.

68 Pag. 641, lin. 20.

69 Adi eundem lib. XI, pag. 728, lin. 35. Τὰ ἘΠΙ' ΤΩ͂Ν ἹΕΡΩ͂Ν συνομολογηθέντα τοῖς πατρικίοις πρὸς τοὺς δημοτικούς. *Ea, quae, intercedentibus sacris inter patricios & plebejos jurejurando firmata erant.*

70 Idem lib. III, pag. 154. lin. 27. Ἱερὰ θύσαντες ὤμοσαν ἘΠΙ' ΤΩ͂Ν ἘΜΠΥ'ΡΩΝ. *Mactatis victimis juraverunt super focis.*

*mati, securitatem immolare.* Sic, ἐπὶ τῶν τομίων ὀμόσαι, est, *caesis praesentibusque victimis*, aut saltem *extis jurare:* at fere participium στὰς, praepositioni huic praemittitur. Dionysius Halicarnass. lib. 5. initio, utrumque conjungit, Ὅρκια τεμόντες, αὐτοί τε πρῶτοι στάντες ἐπὶ τῶν τομίων, ὤμοσαν &c. *Caesis victimis, ipsique primi super extis stantes jurarunt.*

Ἐπὶ, *versus.* IX. Septimo frequenter admodum Genitivus ille adhibetur, etiamsi motus significetur. Hinc apud Herodotum saepissime: Ἐπὶ τῆς χώρης βαδίζειν· *Per*, aut, *versus regionem ire.* Dionysius Halicarnass. lib. 1. Ἀνδρὶ παρειμένῳ τὸ σῶμα ὑπὸ λύπης, καὶ οὔτε ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου καταβάντι· id est, *Homini, qui prae tristitia corpore fatisceret, neque in castra descenderet.* Zosimus lib. 4. Διαρρήξας τε τὸ γραμμάτιον, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφεὶς. *Discerpto libello, atque in terram projecto.* Ibid. Κἀντεῦθεν ἐπὶ Θρᴀ́κης ἐχώρει. *Indeque per Thraciam profectus est* [71]. At Poëtae saepius utuntur dativo, quam genitivo, ubi motum illum exprimunt, ut ἐπὶ νηυσὶν ἐλαύνειν, id est, *ad naves equum admittere* [72].

X.

71 Confer Joann. VI, 21. Εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἘΠῚ ΤΗ͂Σ ΓΗ͂Σ, εἰς ἣν ὑπῆγον. *Statim navigium pervenit ad litus, quo tendebant.* Dionysii locus est pag. 45. in fine.

72 Denique cum Genitivo Nominis, sive, ut plurimum proprii, sive appellativi tempus significat. Cum nomine proprio apud Arrian. de Exp. Al. lib. 2. cap. 11. in fine. Τοῦτο τέλος τῇ μάχῃ ἐκείνῃ, ἐγένετο ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀθηναίοις Νικοστράτου. *Hic exitus pugnae fuit, Archonte Athenis Nicostrato.* Adde Herod. Erat. c. 98. Ἐπὶ γὰρ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος, καὶ Ξέρξεω τοῦ Δαρείου, καὶ Ἀρταξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν τουτέων ἐπεξῆς γενεέων, ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι. *Nam sub Dario Hystaspis; & Xerxe Darii, & Artaxerxe Xerxis filio, tribus illis deinceps aetatibus, plus malorum passa est Graecia.* Si quis hic Substantivum aliquod, unde Genitivus ille regatur, puta χρόνον, γενεάν, vel simile, subaudiri velit, est &, quo hoc probare possit; sequitur enim ibidem: ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας, in Accusativo, *Quam viginti aliis ante Darium aetatibus.*

Cum appellativo apud Hom. Boeot. vs. 304.

Ὡς ποτ' ἐπ' εἰρήνης. - - -
*Sic olim sub pace.* h. e. *tempore pacis.*

Addit genitivum substantivi βίου Plato in Phaedro pag. 242. lin. 10. Τῶν ἐπὶ τοῦ σοῦ βίου γεγονότων λόγων. *Orationum, quae tua aetate habitae sunt.* Huc refer οἱ ἐπ' ἐμοῦ *AEquales mei.* Ita Ari-

Digitized by Google

X. Jam cum dandi casu, Primo, jus ac potestatem aliquam tribuit, quem dativus indicat, quem fere Latinum *penes* exprimere solet. Nam, ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει, *in nobis situm est:* ἐφ' ἡμῖν γενόμενον, *cum in nobis situm esset:* ἐπὶ τοῖς δημόταις ἐστὶν, *penes plebem est* [73]: quod aliquando, sed rarius multo, ἐπὶ δήμου, cum genitivo. Ἐπὶ, cum dativ. penes.

Quo sensu verbum ποιεῖν eleganter adhibetur. Nam ποιεῖν ἐπί τινι, est, *potestatis alicujus facere, arbitrio permittere.* Dionysius Halicarnass. lib. 4. [74] Ἐὰν δ' ἐπὶ τῷ δήμῳ ποιήσωσι τὴν αἵρεσιν· id est, *Quod si populo hanc electionem permitterent.* Et lib. 8. [75] Πάντα τὰ κοινὰ ἐπ' ἐμοὶ πεποιήκασι μόνῳ. id est, *Totam Rempublicam penes me unum esse voluerunt.* Hinc ἐφ' ἑαυτῷ ποιεῖν τι, *sibi jus ac potestatem in rem aliquam vindicare* [76]. At γενέσθαι ἐπί τινι *alicujus in potestate esse.* Xiphilin. in Claudio: Ἀλλ' ἐπί τε τῷ δήμῳ, καὶ τῇ βουλῇ καὶ τοῖς νόμοις γενέσθαι· *Sed in Populi, Senatus ac legum potestate esse.* Zosimus lib. 5. ait: Ἐπὶ τοῖς Βαρβάροις γενέσθαι τὴν πόλιν. id est, *Urbem in barbarorum potestatem venisse.* Xenophon Κύρου παιδ. I. [77] Καὶ μὴ ἐπὶ μάντεσιν εἴης· id est, *Nec a vatibus pendeas & in eorum quasi potestate sis* [78].

XI.

Aristides, Orat. pro Quatuorviris, pag. 402. Ὁ Νέστωρ ἱππικώτατος ἦν, ὥς λέγεται, τῶν ἐφ' αὐτοῦ. *Nestor, ut ajunt, suorum aequalium equitandi fuit peritissimus.* Τεθνᾶσιν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας, dixit Lucianus in dialogo Cratetis & Diogenis. *Uno die mortui sunt.*

73 Hinc Epictetus statim in initio: Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἘΦ' ἩΜΙ͂Ν τὰ δ' οὐκ ἘΦ' ἩΜΙ͂Ν. *Ex omnibus rebus aliae sunt in nostra potestate, aliae non sunt.* Et in sequentibus ibidem aliquoties. At, ὅσον γ' ἐπὶ ἐκείνῳ redditur, *Quantum ad illum attinet.* Ita AEschin. epist. V. Καὶ ὍΣΟΝ Γ' ἘΠῚ Κλεοκράτει, οὐδεμιᾶς πόλεως ἄλλης, οὐδὲ ἀνθρώπων ἐπιθυμῶ. *Et, quantum ad Cleocratem adtinet, nullam aliam civitatem, neque homines desidero.* Significat AEschines, se Cleocratis familiaritate adeo delectari, ut patriae, qua exsul carebat, & amicorum, quos ibi reliquerat, desiderio caperetur exiguo. Huc refero, quod, praefixo Articulo Praepositivo, praefecturam notat. Ita Dinarch. adversus Demosth. pag. 100. lin. 19. Πατήρ τε καὶ υἱὸς παραδοθέντες ΤΩ͂Ι ἘΠῚ ΤΩ͂Ι ὈΡΥΓΜΑΤΙ. *Paterque & filius traditi praefecto fossae.*

74 Pag. 216, lin. 22.

75 Pag. 506, lin. 22.

76 Apud eundem lib. II, pag. 119. in fin. Οὐ μὴν ὅγε δῆμος ἐφ' ἑαυτῷ τὴν αἵρεσιν ἐποίησεν. *Non tamen plebs optionem sibi vindicavit.*

77 Pag. 25, lin. 32.

78 Huc refer quod Latini dicunt,

XI. Secundo, conditiones pactorum, similiumque rerum, per hanc praepositionem cum dandi casu exprimuntur. Nam ἐπὶ ῥητοῖς, *in dictis*, id est, *certis conditionibus*; ut cum dicitur, ἐπὶ ῥητοῖς τισι καὶ διωρισμένοις ἐπὶ τὸ κινδύνευμα χωρεῖν· id est, *Certis quibusdam, ac designatis conditionibus periculum aggredi* [79]. Vide nomen ἴσος Cap. III. *Sect.* 5. *Reg.* 3.

Hoc sensu dicunt, ἐπὶ τούτῳ, ἐφ᾽ ᾧ, sequente infinitivo, vel optativo, vel subjunctivo, id est, *ea conditione, ut*: quod si multae sint conditiones, dicetur, ἐπὶ τούτοις, ἐφ᾽ ᾧτε, &c. tum sequentibus membris, adhibebitur καί. Idem Dionys. ibid [80] Ἐπὶ τούτοις ἔφη χαριεῖσθαι τὰς ἀναπαύλας τῶν πολέμων, ἐφ᾽ ᾧ τε μηθὲν παρακινεῖν αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ τῷ, &c. *His se legibus requiem a bellis indulturum esse respondit, uti ne quid in posterum moverent, atque ut*, &c.

Ἐφ᾽ ᾧ. Potest etiam ἐφ᾽ ᾧ, solum, ac per sese, hoc modo sumi

dicunt, *Expositum esse alicujus libidini*, id Graecos efferre per Verbum εἰμὶ cum Praepositione ἐπὶ, sequente Dandi Casu. Sic Plat. Gorg. p. 508. lin. 29. Εἰμὶ δὲ ἐπὶ τῷ βουλομένῳ. *Cujuslibet libidini sum expositus.* Latinis enim auribus illud inauditum: *sum in volente.*

79 Verba sunt Dionysii Hal. lib. X, pag. 641, lin. 18. Conditionem perspicue notat apud Theocr. Idyll. 22, vs. 74.

- - - Οὐκ ἄλλῳ γε μαχεσσαίμεσθ᾽ ἐπ᾽ ἀέθλῳ

*Non alia conditione certabimus, nisi deposito hoc praemio.*

80 Nempe lib. X, pag. 645, lin. 15.

81 Sequente itidem Infinitivo, aliquando indicativo. Ita Xenoph. de exped. Cyri lib. IV. Οἱ δὲ ἔφασαν ἀποδώσειν, ἘΦ᾽ ὯΙ μὴ ΚΑΙΕΙΝ τὰς κώμας. *Illi se reddituros dicebant, ea conditione, ne vicos exureret.* Et lib. III. Histor. Gr. Ἠρώτα, ἐπὶ τίσιν ἂν ξύμμαχος γένοιτο. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ἘΦ᾽ ὯΙΤΕ τοὺς πολίτας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἘΑ͂Ν· *Rogabat, quibus conditionibus societas esset ineunda. Respondit ille, ea conditione, ut cives liberos suis legibus uti sineret.* Infinitivo additur nominativus personae agentis. Tale est Aristophanis in Plut. vs. 1142. Ubi Mercurio dicenti: *Ubi vasculum aliquod hero surripuisti, ego semper tibi adfui, quo minus deprehendereris*: respondet Cario; Ἐφ᾽ ᾧτε μετέχειν αὐτός. *Hoc ea conditione fecisti, ut ipse partem acciperes.* Similiter Photius Excerpt. Ctesiae. Καταπροδόντος τάς γε γεφύρας καὶ τἄλλα τῶν Αἰγυπτίων πράγματα, ἘΦ᾽ ὯΙ ΓΕΝΕΣΘΑΙ ὝΠΑΡΧΟΣ Αἰγύπτου. *Quum prodiderat pontes, & caeteras res AEgyptiorum ea conditione, ut AEgypto praeficeretur.*

Et

Digitized by Google

mi [81]. Idem lib. 3. [82] Ἐφ' οἷς δικαίοις, *quibus conditionibus*: τὴν εἰρήνην στέρξουσιν, ἐφ' οἷς ἄν ποτε δικαίοις αὐτῆς τύχωσι· id est, *futurum ut in data quibuscunque tandem conditionibus pace acquiescant.* Et paulo post Tarquinius, Ἀκούσατε νῦν, ἔφησεν, ἐφ' οἷς ἄν ποτε δικαίοις καταλύσωμαι τὸν πόλεμον· *Audite nunc*, inquit, *quibus tandem conditionibus huic bello finem imponam.* Ita Herodian. lib. 1. [83] dixit, Πάντοθεν τοὺς ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους, ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν· id est, *Viros eruditione clarissimos*, *non contemnendis*, id est, ἀφθονωτάταις, *amplissimis conditionibus undique accersens*: συντάξεις hic, *gages*, *pensions*. Dicunt etiam ἐπὶ μεγάλοις

Ex hac locutione, quae mere Graeca est, lucem mutuari potest Apostoli Pauli locus ad Corinthios scribentis Ep. posteriori cap. V, comm. 4. ubi sanctos Christianorum gemitus tanquam conditionem propositam innuit, si non exui, sed indui cupiant, pallio nimirum justitiae. Καὶ γὰρ, inquit, οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι, ἘΦ' ὯΙ οὐ ΘΕΛΟΜΕΝ (indicandi modo) ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι· *Etenim nos*, *qui in hoc tabernaculo sumus*, *suspiramus gravati*, *qua conditione non exui*, *sed superindui volumus.* Cujusmodi locutio quia a Latinorum consuetudine abhorret, nonnihil obscuritatis parere solet, quae tamen omnis tollitur, si verborum ordo mutetur, & pro ἐφ' ᾧ, ponatur ἐπὶ τῷ, sequente infinitivo, hoc modo: Οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλὰ [θέλομεν] ἐπενδύσασθαι ἘΠῚ ΤΩ͂Ι ΣΤΕΝΑ'ΖΕΙΝ ΒΑΡΟΥ'ΜΕΝΟΙ. *Volumus*, *non exui*, *sed superindui ea conditione*, *ut suspiremus gravati.* Nostrates, quum maxime familiariter loquuntur, proxime ad hoc idioma accedunt, dicentes: op die koop, op die conditie. Clarissime patet hic praepositionis usus, si praemittitur substantivo, ut v. c. in Ep. ad Ephes. cap. II, comm. 10. Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἘΠῚ ἜΡΓΟΙΣ ἈΓΑΘΟΙ͂Σ. *Ipsius enim opus sumus*, *conditi in Christo Jesu ad opera bona.* i. e. *ut faciamus opera bona.* Ubi diserte conditio significatur. Caeterum pro ἐφ' ᾧ posse adhiberi ἐπὶ τῷ cum infinitivo, tum infinitis, tum ex Plutarchi loco docemur Apophth. de Dario: Πολλάκις ὁ Δαρεῖος εἶπεν, οὐκ ἂν ἐθελῆσαι λαβεῖν ἑκατὸν Βαβυλῶνας ἘΠῚ ΤΩ͂Ι μὴ Ζώπυρον ἜΧΕΙΝ ὁλόκληρον. *Saepe Darius dicere solebat*, *nolle se centum Babylonas capere*, *ea conditione*, *ut uno Zopyro careret integro.* Estque hic idiotismus, si quis alius, linguae Graecae studiosis imitandus.

82 Pag. 195, lin. 16.

83 Cap. 2.

84 Ita

γάλοις μισθοῖς [84], ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς, & simil. eodem sensu.

XII. Tertio, quae Latini exprimunt per *in*, & accusandi casum, vel per solum auferendi casum, ubi aliquid, vel *commodi*, vel *incommodi*, *laeti adversive*, significant; ea Graeci fere per ἐπὶ cum dandi casu: ut ἐπ' ἀγαθῇ, vel αἰσίᾳ τύχῃ [85], *laeta sorte*, *à la bonne heure*: ἐπ' ἀγαθοῖς [86], vel αἰσίοις οἰωνοῖς, *bonis & secundis avibus*: ἐπὶ μεγίστῳ τῆς πόλεως ἀγαθῷ, *summo reip. bono*: ἐπὶ τῷ φιλοπατρίδων ὀλέθρῳ, *in perniciem amantium patriae*. Dionysius Halicarnass. lib. 7. [87] Ἐπὶ τῷ σφετέρῳ συμφέροντι τὰ δίκαια πράξουσι· *Suis quoque rebus consulendo juste se gerent*, id est, *hoc in facto aequitatem cum propria utilitate conjungent*.

84 Ita idem Herodianus ibidem cap. 3. de Dionysio Siciliae tyranno, Ὃς ἀπὸ τῆς ἄγαν ἀκρασίας καινὰς ἡδονὰς ΕΠΙ ΜΕΓΙΣΤΟΙΣ ΜΙΣΘΟΙΣ ἐθήρα· *Cujus tanta fuit intemperantia, ut nova luxuriae instrumenta, maximis praemiis positis, venaretur.* Diserte Pausan. in Corinth. pag. 100. Διογένην πείθει, τὸν ἐν τοῖς φρουρίοις ἄρχοντα, ἀφεῖναι τὰ χωρία ΕΠΙ ΤΑΛΑΝΤΟΙΣ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. *Diogeni, qui praesidiis praeerat, persuadet, ut ea loca dedat acceptis centum & quinquaginta talentis.* Hujus idiomatis elegantiam Latini adse qui non possunt, sed periphrasi aliqua explicare coguntur. Ut in illo Arriani de Exp. Al. lib. 2. cap. 1. Τοὺς φυγάδας δὲ αὐτῶν κατιέναι ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΗΜΙΣΕΣΙ τῶν τότε ὄντων, ὅτε ἔφυγον. Quae verba ab interpretibus mutilata ita restituit Gronovius: *Ut exsules ipsorum redirent restituto eis semisse (dimidia parte) bonorum, quae tunc erant (quae tunc possidebant) cum fugerent*, i. e. *ea conditione, ut reciperent dimidiam partem* &c.

85 Aliquando praepositio abest: ut apud Xenoph. Κύρου παιδ. lib. IV. pag. 110. ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ ἡμεῖς τε ἱππεῖς γενοίμεθα. *Quod felix faustumque sit, & nos fiamus equites.* Et Plat. in Symp. Ἀλλὰ ΤΥΧΗΙ ΑΓΑΘΗΙ καταρχέτω Φαῖδρος, καὶ ἐγκωμιαζέτω τὸν Ἔρωτα. *Sed bonis avibus auspicetur Phaedrus Amoris praeconium.* Confer eundem in Timaeo, pag. 26. in fine.

86 At ἐπ' ἀγαθοῖς, non adjecto substantivo, non omnino abhorret a Latinismo, *In bonam partem*. Ita Aristides, Orat. pro Quatuorviris, p. 443. ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΒΕΛΤΙΣΤΟΙΣ αὐτῶν ἐμνημόνευσεν ἐξεπίτηδες. *Data opera eorum mentionem fecit cum summa laude*, sive, ut interpres habet: *Mentionem eorum fecit honorificentissimam.*

87 Pag. 435. in fine.

88 Pag.

*gent.* Et lib. 8. " Τὰ ἐμφανῆ τῦ ἀνδρὸς ἔργα ἐπ' ὐδενὶ χρηστῷ γνώμῃ διεξῄεσαν· *Perspicua notaque hominis gesta percensebant, quae nihil omnino boni sequerentur.*

XIII. Quarto, idem est, quod *post*, aut *praeter*, vel *ad*, cum *praeter* significat [89]. Nam ἐπὶ τέτοις, est, *postea*, id est, *deinceps* [90]: & aliquando *ad haec*, id est, *Praeterea, accedit* [91]: quod tamen saepius dicitur, πρὸς τέτοις, vel χωρὶς, vel ἄνευ τέτων· Sic, ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις παρείποντο, id est, *alii post alios sequebantur.* Synesius epist. 4. Καὶ ἄγει τις ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, παῖς ἐπ' ἀνδρὶ, καὶ ἀνὴρ ἐπὶ παιδὶ, φέρων ἀεί τί μοι ξένιον· id est, *Alius alium, puer virum, vir* **Ἐπὶ, post, ad, praeter.**

88 Pag. 541, lin. 34.

89 Eleganter hoc modo construitur cum adjectivo & substantivo, non tantum cum participio, quemadmodum Latini quoque, V. C. *Post exactos reges. Post urbem conditam:* sed cum simplici adjectivo. Exemplum habet Lucianus in Tox. Ὁ μὲν τοι Ἀμιζώκης ὐκέτι ἠνέχετο βλέπειν αὐτὸς ἘΠῚ ΤΥΦΛΩ͂Ι ΤΩ͂Ι ΔΑΝΔΑ΄ΜΙΔΙ. *Amizoces tamen non diutius tulit, ut videret ipse, postquam Dandamis luminibus erat captus.* Nec minus significanter simplici substantivo praefigitur, quum recens aliquod factum notat. Egregium hujus βραχυλογίας exemplum occurrit in Euang. Marci, VI, 52. Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις q. d. Οὐδὲ γὰρ συνῆκαν κἀπὶ τῷ θαύματι τοῖς ἄρτοις γινομένῳ. Sensus est: *Nihil enim intelligebant, ne tunc quidem, quum recens adhuc de panibus miraculum viderant.* Ex tanto scilicet, & tam recenti miraculo discere debuissent, Christum laborantibus suis nunquam deësse, sed praesenti auxilio opitulari.

90 Huc pertinet illud Herodoti, Erat. 12. Τῇ ἐπὶ ταύτῃσι, *Post eum diem. Sequenti die. Postridie.* Hanc significationem retinet etiam in compositis. V. G. Τῦ ἐπιγιγνομένυ ἔτυς. *Anno sequenti.* Thucyd. lib. IV. init. Τῦ ἐπιγιγνομένυ θέρυς. *Sequenti autem aestate.* Sic τῇ ἐπιγιγνομένῃ ἡμέρᾳ, est, *die sequenti. postridie*, apud eundem lib. III, cap. 75, init.

91 *Praeter* vel *insuper* notat in illo Thucydidis lib. II, cap. 101. Ὑποσχόμενος ἀδελφὴν ἑαυτῦ δώσειν, καὶ χρήματα ἘΠ' ΑΥ΄ΤΗ͂Ι. *Pollicitus, se sororem suam in matrimonium daturum, & praeter eam pecunias insuper.* Consentit Plato in Phaedro p. 247, in fin. Παρέβαλεν ἀμβροσίαν τε, καὶ ἘΠ' ΑΥ΄ΤΗ͂Ι νέκταρ ἐπότισε. *Praebuit ambrosiam, & praeter ipsam nectar insuper potandum.* Hinc καὶ πρὸς & ἐπὶ τέτοις jungit Aristoph. Plut. vs. 1002.

Καὶ πρὸς ἐπὶ τέτοις εἶπεν ἀποπέμπων.

*Adhaec, quum remittebat, insuper addidit.*

92 Pag.

*vir puerum sequebatur, qui mihi munus identidem aliquod afferebat.*

Ὁ ἐπὶ πᾶσι ταχθεὶς, *post omnes*, id est, *postremus omnium collocatus, numeratus.* Idem Dionysius Halicarnass. lib. 4. [92] Τὴν δ' ἐπὶ πάσαις τελευταίαν, (sub. συμμορίαν) εἷς λόχος, ὁ τῶν ἀπόρων, (sub. ἐπεῖχεν) id est, *Postremam omnium classem unica egenorum implebat centuria.* Plutarchus in Romulo [93], ubi de iis, qui opima spolia retulerant, cum duos tantum appellasset Romulum, & Cossum, concludit: Ἐπὶ πᾶσι δὲ Κλαυδίῳ Μαρκέλλῳ. *Postremoque Claudio Marcello*, quod ipse tertius, idemque postremus ea retulisset [94].

**Ἐπὶ, propter.** XIV. Quinto, significat *propter*, sed usu passim obvio, ut ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις χαλεπῶς φέρειν· id est, *quae contigerunt, moleste ferre* [95].

Sex-

92 Pag. 223, lin. 6.

93 Pag. 27, lin. 33.

94 Nec ineleganter οἱ ἐπὶ πᾶσιν in re militari dicuntur, qui in extrema acie sunt. Ita Xenoph. Hist. Gr. lib. 1. p. 432. Καί τινες αὐτῶν ὀλίγοι ΤΩΝ ἘΠῚ ΠΑ͂ΣΙΝ ὑπὸ τῶν ψιλῶν ἀπέθανον. *Et quidem in extrema acie pauci a levis armaturae militibus occidebantur.*

95 Hujusmodi loquendi morem aliquando coguntur Latini per conjunctionem *ut* exponere. Ita Dinarch. contra Demosthenem. Ὃς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀτυχήμασι καὶ κακοῖς ἅπασαν ἐπεληλυθὼς τὴν οἰκουμένην &c. *Qui totum terrarum orbem peragravit, ut tales calamitates & mala conflaret.* Aut per gerundium, ut ἐπὶ κακῷ ἐλθεῖν. *Nocendi gratia venire.* Ita Thucyd. lib. VIII, cap. 58. non semel. Λακεδαιμονίους δὲ καὶ τοὺς ξυμμάχους μὴ ἰέναι ἐπὶ χώραν τὴν βασιλέως ἘΠῚ ΚΑΚΩ͂Ι μηδενί. *Lacedaemonii & socii in ditionem regis nocendi gratia ne eunto.* Nonnunquam eadem praepositio, sequente Dativo τῷ & infinitivo explicatur per conjunctionem *quod*. Demosth. de Corona. Πρότερον ὑμῶν κατεγίνωσκον ἐπὶ τῷ μέλλειν πείθεσθαι ταῖς ἐκείνων ἐλπίσι. *Ante hac in re vos reprehendebam, quod illorum spem amplexuri essetis.* Vel, sequente itidem infinitivo, per *ut* τελικῶς· ut apud Plutarch. de Profect. Virt. Οὐ φεύγει τὸ κακῶς ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν ἐπὶ τῷ βελτίων γενέσθαι. *Non fugit ignominiam & calumniam, ut, vel dummodo ipse emendetur.* Quae si conditionaliter efferuntur, cohaerent cum eo, quod modo notavi ad reg. 11. Hinc ἐπὶ τῷδε adverbialiter redditur *propterea*, apud Arrian. de Exp. Al. lib. 1, cap. 12. & lib. 2. cap. 8. At, ἐπὶ τῷ; pro ἐπὶ τίνι; Verb. *Propter quid*, est, *Quare?* Aristoph. in Avibus vs. 804.

Sexto, peculiariter quis dicitur, ἐπὶ παισὶ τελευτῆσαι, ἀναπαύσασθαι, & simil. *relictis liberis obiisse.* Herodian. lib. 3. extremo, de Severo Imperatore: Ἐπὶ παισὶ νεανίαις διαδόχοις ἀνεπαύσατο, id est, *Filiis adolescentibus imperii successoribus relictis obiit.* Et lib. 4. initio, Ἔθος γάρ ἐστι Ῥωμαίοις, ἀποθειάζειν βασιλέων τοὺς ἐπὶ διαδόχοις παισὶ τελευτήσαντας· id est, *Mos enim Romanis est eos Imperatores in Deos referre, qui relictis successoribus liberis mortui sint* ⁹⁶.

XV. Septimo, peculiariter etiam de urbibus aliisque locis,

804. Ἐπὶ τῷ γελᾷς; *Quid rides?* Potest etiam significare *caussam*, vel speciatim *crimen.* Ita Dinarch. contra Demosth. Ἐξέβαλες σὺ Ἀρχῖνον ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ προδοσίᾳ. *Ejecisti tu Archinum ex urbe ob proditionem*; sive *proditionis insimulatum.* Op vermoede of beschuldiging van verraad. Rarius ἐπὶ cum accusativo, notat *propter.* Videtur tamen ita debere exponi in illo Platonis in Theage. p. 122. Νῦν οὖν ἥκω ἐπ' αὐτὰ ταῦτα *Nunc igitur hac de caussa venio.* Nec obstat verbum ἥκω motum significans, cum & Aristoph. absque motu, quod in Avibus dicit ἐπὶ τῷ; id in Nub. vs. 255. Ἐπὶ τί; *Quare? Quorsum?* Nonnunquam hac in significatione deficit: nam apud AElian. V. H. lib. 1. cap. 30. Ὑπερεκπλαγεὶς αὐτοῦ τῇ χρηστότητι, perinde est ac si dicas ἐπὶ τῇ χρηστότητι. *Ultra quam credi possit, eum amans ob bonitatem.*

96 Hinc compositum ἐπίγονοι, quales vocantur filii in munia paterna succedentes. Et verbum ἐπιγίγνεσθαι, *Succedere:* unde οἱ ἐπιγινόμενοι τούτῳ σοφισταὶ apud Herodot. Euterp. cap. 49. sunt, *qui post hunc exstiterunt sophistae*, & quasi *huic successerunt.* Et simpliciter οἱ ἐπιγιγνόμενοι dicuntur posteri apud Platonem in Phaedro pag. 245, lin. 5. Successionem quoque tum in aliis multis, tum in voce ἐπάλληλοι notat ἐπί, dicunturque τὰ ἐπάλληλα ea, quae mutua quasi successione & non interrupto ordine alia alia sequuntur. Joseph. de Hierosolymis Bell. Jud lib. IV. cap. 4. Αὐτὴ μὲν ὑπὲρ δύο λόφων ἀντιπρόσωπος ἔκτιστο, μέσῃ φάραγγι διῃρημένων, εἰς ἣν ἘΠΑΛΛΗΛΟΙ κατέληγον αἱ οἰκίαι. *Ipsa urbs super duos colles adversis frontibus erat condita, media valle discretos, in quam desinebant domus perpetua serie contiguae.* At praeter hoc, τὸ ἐπάλληλοι, γραφικωτέραν interpretationem desiderare videtur. Versatur enim Josephus in urbis Hierosolymarum accurata descriptione, domosque collocat in collibus acclivibus, in quibus domus structae procul adspicientibus aliae aliis quasi successive inniti superstructae videbantur.

cis, alicujus nomen ferentibus; is enim, cujus nomen loco inditum est, in dandi casu exprimitur. Idem Herodian. ibid. Ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπεστέλλετο, πρόφασιν ποιούμενος, ποθεῖν τὴν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ κληθεῖσαν πόλιν: id est, *Alexandriam profectus est hoc colore, quod ejus urbis, quae cum Alexandri nomine condita esset, desiderio teneretur.* Alii *ab Alexandro*, alii, *regnante Alexandro* [97].

Octavo, certum illud tempus, & quasi momentum, quo res aliqua dum fieret, aut diceretur, aliquid aliud intervenit, ἐπὶ τούτῳ dicitur: Galiice, *sur cela*, *sur*, vel *en ces entrefaictes* [98].

XVI.

97 Minus recte. Zonaras de Leone. Καὶ ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου Λαζάρου ναὸν ἐδείματο ἕτερον. *Condidit & aliud templum nomine Divi Lazari.* Herodiani locus est lib. IV, cap. 8. Et hinc in N. T. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. *in nomine meo.* V. Marc. IX, 39. Luc. IX 48, 49. & XXIV, 47. Sed ad rem magis apposite, cap. 1, com. 59. Καὶ ἐκάλουν αὐτὸν ἘΠΙ' ΤΩ͂Ι ὈΝΟ'ΜΑΤΙ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, Ζαχαρίαν. *Et ex nomine patris ipsius eum Zachariam vocabant.*

98 Tale est, quum dicitur quis ἐπί τινι ἔρχεσθαι, qui, dum aliquid accidit, intervenit, in Euang. Joann. cap. IV, comm. 27. Καὶ ἘΠΙ' ΤΟΥ'ΤΩ͂ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. *Et in hoc*, i. e. *dum haec loquebatur Christus, interveniebant ejus discipuli.* Ita Demosth. de Cor. pag. 333. lin. 19. *Si quid habet, ostendat nunc ad meam aquam.* i. e. *dum meae partes sunt dicendi.* Νῦν δειξάτω ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ ὕδατος. Nam in judiciis dicenti tempus praescribi solebat clepsydra. Similis hujus Praepositionis usus est, cum omissis illis, quae praecesserunt, & ad rem parum faciunt, brevitatis caussa, ad certam orationis vel narrationis partem transimus, ob quam sermonem nostrum imprimis instituerimus. E. G. Apud Platonem in Phaedro, pag. 274. lin. 44. Socrates narrans ea, quae apud AEgyptios inter Theuth, & Thamum verba erant habita, inquit; Πολλὰ μὲν δὴ περὶ ἑκάστης τῆς τέχνης ἐπ' ἀμφότερα Θαμοῦν τῷ Θεὺθ λέγεται ἀποφήνασθαι, ἃ λόγος πολὺς ἂν εἴη διελθεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τοῖς γράμμασιν ἦν, &, quae sequuntur. *Multa de singulis artibus in utramque partem Thamus Theuthi fertur exposuisse, quae omnia narrare longioris esset sermonis. Postquam vero* (ita ad verbum) *in literis erat.* i. e. *ubi eo perventum est, ut de literis mentio fieret*, vel, *ubi in literarum mentionem incidisset.* Ast, ubi verbum motum ad locum significans additur, tunc ἐπὶ cum quarto Casu constructum invenies in eadem acceptione, eodem plane modo, quo apud Latinos; nec Graeci quidquam hic sibi proprium vindicant.

Huc

XVI. Nono, quae vulgo dicimus, *à l'incertain*, *au plus seur*, *à l'advanture*, *à tous hazards*, & simil. Graeci ἐπ' ἀδήλῳ, ἐπ' ἀσφαλεστέρῳ, ἐπὶ τύχῃ, ἐπ' ἀμφοτέροις, ἐφ' ᾧ τινιοῦν. Demosthen. Philipp. 1. [99] cum ἀδήλῳ jungit participium verbi εἰμί, dum ait, Νῦν δ' ἐπ' ἀδήλοις οὖσι τοῖς ἀπὸ τούτων ἐμαυτοῦ γενησομένοις, ὅμως ἐπὶ τῷ συνοίσειν ὑμῖν, ἐὰν πράξητε ταῦτα, πεπεισμένος, λέγειν αἱροῦμαι· id est, *Nunc vero, cum incerta sint, quae inde eventura sunt, tamen quod ea vobis, si feceritis, usui fore mihi persuadeo, dicere statui.* Gallice, *sur l'incertitude de ce qui m'en doit advenir.*

XVII. Decimo, temporis continuitatem ac perpetuitatem quandam significat, ut διὰ, cum genitivo. Nam ἐφ' ἡμέρᾳ, est, *toto die:* ἐπὶ μηνὶ, *toto mense:* ἐπ' ἐνιαυτοῦ, *toto anno.* Ἐπὶ, pro διά.

Undecimo, apud Thucydid. maxime, sumitur pro παρὰ, id est, *juxta*, *secus*. Sic lib. 3. pag. 240. [1] Περιπόλιον αἱροῦσιν, ὃ ἦν ἐπὶ τῷ Ἄληκι ποταμῷ· id est, *Peripolium ceperunt, quod ad*, vel *secus Halecem fluvium situm erat.* Et lib. 2. [2] Ἡ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσος· *Insula Locris Opuntiis finitima.* Ἐπὶ, pro παρά.

Imo, in compositione hoc idem servat, dum ait, ἐπιθαλάσσιος, pro παραθαλάσσιος, id est, *maritimus*. Idem lib. 3. [3] Παραπλεύσασαι αἱ νῆες τῆς Λακωνικῆς τὰ ἐπιθαλάσσια χωρία ἐπόρθησαν· *Naves, oram istam legentes, maritima Laconicae oppida vastaverunt.*

XVIII. Duodecimo significat etiam *adversus*: qua in acceptione duo praesertim verba notanda sunt, φονᾷν, id est, *caedis avidum esse*, & κηρύττειν, *praeconis voce pronuntiare.* Nam φονᾷν ἐπί τινι, est, *in alicujus caedem avide ferri*, Ἐπὶ, adversus.

Huc refero, quod hoc idiomate non tam temporis momentum, quam casus aliquis significetur: adeoque est ubi ἐπὶ τούτῳ commode vertas, *in hoc rerum articulo: in hoc casu.* Ita intelligo Herodoti verba de Psammenito, lib. III. cap. 14. qui, quum filiam a Cambyse victore servilem in modum tractatam vidisset, aliis lamentantibus, tantum vultum humi demisit: paulo post videns filium suum ad mortem duci, ταὐτὸ ἐποίησε τὸ καὶ ἘΠῚ ΤΗ͂Ι ΘΥΓΑΤΡΊ. *idem fecit, quod in filia.* Latinius: *Eodem hunc filii sui casum, quo paulo ante filiae, animo tulit.*

99 In fine.
1 Cap. 99.
2 Cap. 32.
3 Cap. 7. Ubi Schol. Ἡ ἐπὶ ἀντὶ τῆς παρά.



Digitized by Google

*ferri*, aut, *eum ad necem deposcere*. Philo de Leg. ad Cajum. [4] Ἀνήρπαστο ἂν, ἐπ' αὐτῷ Τιβερίου φονῶντος· id est, *Sublatus utique fuisset, cum eum Tiberius ad necem deposceret*. At θανατᾶν, & θανατιᾶν, *moriendi cupidum esse*.

Jam ἀργύριον κηρύττειν ἐπί τινι, vel τινι ἐπικηρύττειν, est, *pretio caput alicujus voce praeconis addicere*, aut *pecuniam in caput alicujus pronuntiare*. Plutarch. in Pompej. 636. Ἐκείνου δὲ ἀπαγορεύοντος, καὶ τάλαντα ἑκατὸν ἐπικηρύξαντος αὐτοῦ. *Quod cum vetaret ille, atque in ejus caput centum talenta pronunciasset*, i. e. *ejus interfectori praeconis voce promisisset*: quod Thucydid. ait, ἀνειπεῖν ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι.

Ἐπὶ, cum accus. *contra*, *usque*.

XIX. Denique Ἐπὶ, cum accusativo casu, hos habet notandos usus: Primo, ubicunque motus aliquis exprimitur, aut *usque*, aut *contra* [5] significatur. Plena exemplis omnia.

Secundo rarius multo, cum verbo quietem significante. Hinc illud Thucydid. lib. I. Καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν, quod est, non tam *sedere ad focum*, ut nonnulli putant, quam *haerere illi arulae, vel larario, quod ad focum excitari solitum erat*: ubi jus esset ἀσυλίας, id est, *unde avelli nefas esset*. Eodem modo, ἐπὶ βωμοῖς καθίζεσθαι diceretur; nam & καθίζεσθαι Hesychius explicat, προσάπτεσθαι, *arripere*, *tenere*, ut solebant, qui ad aras confugiebant.

XX. Tertio, cum verbo ποιῆσαι, & pronomine reciproco, est, *sibi vindicare*, *usurpare*, *in potestatem redigere*: ut τὴν πόλιν ἐφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι, idem est, quod παραστήσασθαι, aut προσάγεσθαι, *urbem in potestatem suam redigere*. Nec dissimilis usus est, cum accusativo ἐξουσίαν. Nam, ἑαυτὸν ἐπ' ἐξουσίαν ποιήσασθαι, idem est, quod εἰς ἐξουσίαν δι' ἑαυτοῦ καθίστασθαι· *summam potestatem usurpare*, tam juste, quam injuste. Herodian. lib. I. [6] de Perennio, Ποιησάμενός τε αὐτὸν ἐπ' ἐξουσίαν· *Potestate jam usurpata*, vel *summamque potestatem assecutus*.

XXI. Quarto, κλίνειν, στρέφειν, ἐπιστρέφειν, περισπᾶν, ἐπὶ δόρυ, & ἐφ' ἡνίαν, aut ἐπ' ἀσπίδα, verbatim *inclinare*, aut *flectere*, *in hastam*, *in habenam*, *in clypeum*, de equitibus dicuntur, *in dextram*, aut *sinistram*, equos flectentibus: nam

4 Pag. 774, lin. 32.

5 Atticum hoc loquendi genus putat H. Stephanus. Exemplum habet Thucyd. lib. 2. cap. 65. Ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν. *Conabatur Atheniensium iram contra se susceptam mollire.*

6 Cap. 9. sub init.

7 Pag.

nam ἐπὶ δόρυ, eſt, *in dextram*, quia haſtam dextra tenent, ἐφ' ἡνίαν, & ἐπ' ἀσπίδα, *in ſiniſtram*, quod ſiniſtrâ habenae clypeique teneantur. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 3. de Tarquinio Priſco adverſus Latinos dimicante, Ἐπειδὰ ἐπιστρέψας ἐπὶ δόρυ, καὶ τὰ κέντρα προσβαλὼν τοῖς ἵπποις, εἰς πλαγίους ἐμβάλλει· *Inde cum in dextram flexiſſet, equis calcaribus incitatis, in obliquos irruit.* Polybius, ut citatur à Budaeo, Ἦσαν δὲ κινήσεις, ἃς ὑπελάμβανε πρὸς πάντα καιρὸν ἁρμόζειν, αὗται· καθ' ἵππον μὲν, κλίσεις ἐφ' ἡνίαν καὶ πάλιν ἐπὶ δόρυ· *Erant porro certi quidem motus, quos omni tempore opportunos eſſe ſtatuebat, hujuſmodi: in equis, flexus modo ſiniſtram, modo dextram in partem.*

XXII. Quinto, ἐπὶ πόδα ἀναχάζεσθαι, & ἀναχωρεῖν, eſt, *pedem referre.* Xenoph. Κύρου παιδ. 7. pag. 178. Ἀλλ' ἐπὶ πόδα ἀνεχάζοντο, παίοντες, καὶ παιόμενοι, ἕως ὑπὸ ταῖς μηχαναῖς ἐγένοντο· id eſt, *Pedem referebant, ita tamen ut ferirent ipſi, viciſſimque ferirentur, donec ſub machinas ſe recepiſſent.* Idem Expedit. 5. pag. 349. Καὶ αὐτοὶ ἐπὶ πόδα ἀνεχώρησαν βαλλόμενοι οἱ βοηθήσαντες· id eſt, *Quin ipſa quoque auxilia, jaculis petita, pedem referebant.* Et Ἑλληνικ. 2. pag. 477. Οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπεὶ αὐτῶν πολλοὶ ἐτιτρώσκοντο, μάλα πιεζόμενοι, ἀνεχώρησαν ἐπὶ πόδα· id eſt, *Lacedaemonii, pleriſque ſuorum vulneratis, cum admodum urgerentur pedem referebant* [7].

S E-

7 Pag. 190, lin. 13.

8 Significat & temporis durationem. Thucyd. l. II, cap. 35. Ἐδῄουν τὴν γῆν ἐπὶ δύο ἡμέρας *Vaſtarunt agrum per biduum.* Adde Hippocrat. de Nat. Mul. pag. 568. Βόειον γάλα πινέτω ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας. *Lac bubulum bibat per quadraginta dies.* Confer Lucam in Actis XIII, 31 XVII, 2. XVIII, 20. XIX, 10. & 34. & in Euang. cap. IV, com. 25. Pro eodem dicitur πρὸς τεσσαράκοντα ἡμέρας. Plut. Sympoſ. l. II, pag. 642. Hinc porro ἐπὶ χρόνον. *Aliquamdiu*, vel, *diu*, ibidem. Et apud Hom. Il. B. vſ. 299.

Τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ΕΠΙ' ΧΡΟ'ΝΟΝ.
*Durate, Viri, & manete aliquamdiu.*

Conf. Euang. Luc. cap. XVIII, comm. 4. de judice tergiverſante. Καὶ οὐκ ἠθέλησεν ΕΠΙ' ΧΡΟ'ΝΟΝ *Et noluit diu, per multum tempus*, vel, *aliquamdiu.* Et ἐφ' ὅσον, vel conjunctim ἐφόσον, *quoad, quamdiu.* Thucyd. l. I, cap. 4. Subaudi accuſativum χρόνον, quem addit Paulus ſcribens ad Galat. cap. IV, init. Λέγω δὲ ἘΦ' ὍΣΟΝ ΧΡΟ'ΝΟΝ ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου. *Dico autem, quamdiu haeres infans eſt,*

*est, nihil differt a servo.* Adde Epist. ad Rom. Cap. VII, 1. & priorem ad Corinth. ep. cap. VII, 39. Ubi iterum ante ὅσον χρόνον reticetur τοσοῦτον, quam ellipsin supplet Theognis vs. 94.

Εἴτις ἐπαινήσει σε ΤΟΣΟΝ ΧΡΟΝΟΝ ὍΣΣΟΝ ὁρώῃ.

Porro, ἐπὶ πολὺ, *diu*: cujus contrarium est ἐπ' ὀλίγον. *Paululum*: apud Herodianum lib. III, cap. 7. Ἐπ' ὀλίγον ἀντισχόντες *Cum paululum restitissent.* Ita haec Praepositio cum suo Casu etiam adverbialiter usurpatur. Ἐπὶ πολὺ etiam notat *Plurimum* apud Epictet. Item *acriter, vehementer, in genere, generaliter, summatim.* Isocr. Panegyr. pag. 141. Ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ μὴ καθ' ἕκαστον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ πολύ. *Ut autem paucis absolvam, neque singula consecter, sed summatim dicam.*

Huic simile est ἐπὶ μέγα. *Vehementer.* Ita Arrian. de Exp. Alex. lib. II. cap. 33. prop. fin. Καὶ ἐνταῦθα πρῶτον κατεσείσθη τὸ τεῖχος ἐπὶ μέγα. *Et hac parte primum murus vehementer est quassatus.* Et paulo post, cap. seq. Καὶ πρῶτα μὲν κατέσεισε τοῦ τείχους ἐπὶ μέγα. *Et primo quidem impetu muri partem vehementer concussit.* Ita enim potius verto, quam Interpres, *magnam muri partem.* Interim observent tirones τοῦ τείχους, non τὸ τεῖχος quia non totus murus, sed pars ejus intelligitur. Cum Comparativo πλέον redditur, *Ulterius.* Plat. in Phaedr. pag. 261. Ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα. *Ulterius non audivi.* Ἐπὶ τοσοῦτο. *Tantum, hactenus.* Aristot. de Rep. l. II, cap. 9. in fin. Περὶ μὲν οὖν τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας ἘΠΙ ΤΟΣΟΥ͂ΤΟΝ εἰρήσθω. *Atque haec quidem de Lacedaemoniorum rep. hactenus dicta sunto.*

## SECTIO V.

### *De Praepositionibus* κατὰ, μετὰ, & σύν.

### REGULA I.

Κατὰ, praepositio usitatissima est, quae cum genitivo passim, & accusativo conjungitur: cum dativo rarissime, idque apud Poëtas, apud quos tum redditur, *In, de, ab.* Jam praeter ea, quae superius ex occasione dicta sunt, cum gignendi casu, verti potest, *de, in, sub, super, per, adversus*: quae postrema significatio omnium frequentissima est.

**Κατὰ, cum genit. in.** Observandi tamen qui sequuntur usus Primo: Κατὰ σκοποῦ τοξεύειν, *In scopum sagittas dirigere.* Herodianus lib.

6

6. [9] Τῶν τοξοτῶν, ἐς σώματα ἐπιμήκη, καὶ πόῤῥωθεν, ὡς κατὰ σκοπὸν τοξευόντων· *Sagittariis procera corpora eminus, quasi scopum aliquem, petentibus.*

Secundo, κατὰ νώτου, vel νώτων γίνεσθαι τῶν πολεμίων, vel πολεμίων· *hostium tergo imminere.* Dionysius Halicarn. lib. 3. [10] Ἵνα κατὰ νώτου γενόμενοι τῶν πολεμίων, ἐπίωσιν αὐτοῖς· *Ut hostium tergo imminentes, eos invadant.*

Tertio, pars omnis corporis, quae tangitur, verberatur, cruciatur, in genitivo exprimi potest; ut, κατὰ κόῤῥης παίειν, *maxillam caedere, donner sur la jouë:* κατὰ νώτου ξαίνειν τινὰ, *alicui tergum lacerare.*

Quarto, nomen alicui rei impositum dicitur, κεῖσθαι κατά τινος. Clemens Alexandr. Paedag. lib. 2. cap. 6. Καθ' ὧν κεῖται τὰ ὀνόματα, τὰ περὶ τὴν συνήθειαν οὐ τετριμμένα: id est, *Quibus ea nomina tribuuntur, quae usu contrita non sunt.*

II. De accusandi casu, sequentia observabis. Primo, saepissime κατὰ subauditur, maximeque apud Atticos, ut τὸ γ' ἐλάχιστον, quod etiam Latini, *minimum, tout au moins.* Thucydid. lib. 3. Ὑμεῖς δὲ σκέψασθε, ὅσον ἂν καὶ τοῦτο ἁμαρτάνοιτε, Κλέωνι πειθόμενοι· ubi τοῦτο, pro κατὰ τοῦτο· id est, *Vos porro attendite, quantum hac etiam in re peccaturi sitis, si Cleonem audieritis* [11]. Κατὰ, subaud.

Au-

9 Cap. 7, §. 19.

10 Pag. 165, lin. 14.

11 Huc revoca ea, quae superius diximus ad calcem Cap. I. Eadem est ratio in accusativo τρόπον; qui cum Generandi Casu conjunctus Latinis per Adverbium redditur, vel per Ablativum *more.* Sic σιτίου τρόπον. *Cibi instar*, apud Plat. Phaedr. pag. 241. lin. 30. Locus Thucydidis exstat initio capit. 47. ad quem Schol. Λείπει ἡ κατὰ. At ἁμαρτάνειν, tanquam Verbum Activum, posse cum Accusativo construi probari potest ex Theogn. vs. 109.

Ἄπληστον γὰρ ἔχουσι κακοὶ νόον· ἢν δ' ἓν ἁμάρτῃς,
Τῶν πρόσθεν πάντων ἐκκέχυται φιλότης.

*Inexpletum enim habent mali animum, & si vel in uno peccaveris, omnium praecedentium effusa perit gratia.* Unde & Passive adhibetur a Thucydide lib. II. cap 65. Ἐξ ὧν ἄλλα τε πολλὰ ἡμαρτήθη, καὶ ὁ ἐς Σικελίαν πλοῦς. *Unde tum multa alia, tum expeditio Sicula perperam est suscepta.* Confer Aristid. pro Quatuorviris, pag. 208. Et Isocr. ad Nicocl. pag. 38. Πρᾶος [supple ex praecedentibus φαίνου] τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων. *Appareat clementia tua mitigandis peccatorum suppliciis.* Eodem modo scriptura dicitur ἁμαρτάνεσθαι, in qua pec-



Digitized by Google

Audacius illud ejuſdem lib. ſi rectum eſt [12]: Ἀσφάλεια δὲ, τὸ ἐπιβουλεύσασθαι, ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος· ubi τὸ ἐπιβ. pro κατὰ τὸ ἐπιβ. id eſt, *Cautio vero illa, quae in ſuſcipienda nova deliberatione adhibetur, ſpecioſa cauſſa eſt defugiendi negotii.*

III. Secundo apud Philoſophos maxime, τὰ κατ' ἔμφασιν, dicuntur quae ſpecie tenus ejuſmodi ſunt, ut Iris, *qui ne ſont qu'en apparence:* at vero, τὰ καθ' ὑπόστασιν, *quae re ipſa ſunt.*

Κατὰ, propter. Tertio ſaepe idem eſt, quod *propter*. Thucydid. lib. 4. Νομίζοντες τὴν Ὠρωπίαν Ἀθηναίων, κατὰ τὸ ὑπήκοον, εἶναι· id eſt, *Rati Oropium agrum, Athenienſium quidem eſſe, quod eorum imperio ſubjectus eſſet* [13]. Sic κατὰ θέαν, id eſt, θέας ἕνεκα, *ſpectandi gratia*, cum alii dixere, tum ſaepe Dionyſius Halicarnaſſ. ut lib. 8. [14] Ἀφίξονται δὲ κατὰ θέας ἐπὶ τούτους πολλοὶ τῶν ξένων· *Ad quos* (ludos) *ſpectandi gratia*, vel *ſpectandos externi quam plurimi convenient.* Simile eſt, καθ' ἱστορίαν, *Viſendi ſtudio.* Ariſtid. Panathen. Τῶν ἐμπόρων καθ' ἱστορίαν, ἢ χρείαν εἰσαφικνουμένων· id eſt, *Mercatorum huc aut viſendi, aut lucri ſtudio venientium.*

Κατὰ, pro ἀνά. Quarto, κατὰ κράτος, ut ἀνὰ κράτος, *vi & impetu quodam, par force:* alias, *violenta quadam potentia, & imperio.* Thucydid. lib.3 Καὶ ὅσοι Σικελῶν κατὰ κράτος ἀρχόμενοι ὑπὸ Συρακουσίων· id eſt, *Et quotquot ex Siculis violento Syracuſanorum imperio premebantur* [15]. Alii dixerunt, κατὰ τὸ κρατερόν· id eſt, *pro viribus.*

IV.

peccatur. At κατὰ deſideratur cum tempus notat; ut in illo Theophraſti, Τὸ μέσον τῆς ἡμέρας. *Medio die.* Simile hoc Terentianum in Heaut. 1, 1, 58.

*Ego ISTUC AETATIS non amori operam dabam.*

12 Nam nonnullos codices habere τοῦ ἐπιβουλεύεσθαι, teſtatur Cl. Dukerus ad hunc locum, qui eſt cap. 82. Et ſane nova haec praepoſitionis ellipſis non ſingulari loco, eoque ſubobſcuro probanda venire debet.

13 Locus Thucydidis eſt cap. 99. Hinc κατὰ τοῦτο. *Propterea.* Καθ' αὐτὸ τοῦτο οὐκ ἄγαμαι Πῶλον. *In hoc*, vel *propter hoc*, vel *hactenus non laudo Polum*, apud Platonem in Gorg. pag. 482. Et κατὰ τί; *Qua gratia, Quare?* Ariſtoph. Nub. vſ. 238. Ἦλθες δὲ κατὰ τι; *Cujus rei gratia veniſti?*

14 Pag. 482. lin. 27. Tale eſt illud Thucydidis lib. VI. cap. 31. Οἱ δὲ ξένοι καὶ ὁ ἄλλος ὄχλος ΚΑΤΑ' ΘΕ'ΑΝ ἧκεν. *Peregrini & caetera multitudo ſpectatum venerunt.*

15 Eo modo dicitur urbs αἱρεῖσθαι κατὰ κράτος. *quae vi expugna-*

IV. Quinto, est ἐνάντιον, vel πρὸς, id est, *e regione*, Pro *versus*, *coram*. Sic, κεῖσθαι κατ' ἀνατολὰς· id est, *Eo in loco positum esse, qui obversus orienti sit.*

Sexto, cum nominibus locorum maximeque plural. numer. idem valet, quod *per*, redditurque fere per adverbium Latin. in *tim*, ut κατὰ πόλεις, καὶ κατὰ κώμας, id est, *oppidatim*, & *vicatim*: aliquando tamen cum aliis nominibus etiam singularibus, ut, κατ' ἄνδρα, *viritim*: quod etiam dicunt, κατὰ κεφαλὴν, *par teste* [16]. Κατὰ, per.

Septimo, καθ' ἑαυτὸν, ut ἐφ' ἑαυτὸν, & πρὸς ἑαυτὸν, id est, *seorsum*, *per se solum*, *à part soi*: ut, καθ' ἑαυτὸν ζῆν, *privatam agere vitam*, *sibi vacare*. Aristoteles Ethic. 9 Οὐδεὶς γὰρ ἕλοιτ' ἂν καθ' αὐτὸν πάντ' ἔχειν: id est, *Nemo enim omnia sibi tantum uni habere velit.* Hinc τὸ καθ' αὐτὸ, Philosophis id etiam dicitur, quod μόνῳ ὑπάρχει, καὶ ᾗ μόνῳ, ut explicat Aristoteles, id est, *quod inest uni cuidam, ac certae rei, & quatenus soli* [17].

V.

*pugnatur*. Apud Plut. Apophth. pag. 176. e. Hinc lucem mutuatur locus Act. XIX, 20. ubi dicitur verbum Domini κατὰ κράτος ἰσχύειν. *Per vim invalescere*, quasi oppugnans & vi expugnans corda hominum.

16 Est & ubi neque per Praepositionem *per*, neque per Adverbium Latin. in *tim* reddi potest, notatque non locum tantum, sed & tempus, redditurque vel per *singuli*, *quisque*, vel *quocunque*, *ubicunque*, *quotiescunque*. Ita Matth. cap. XXVII, 15, Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν &c. *Singulis se stis solebat praefectus* &c. Confer Marc. XV, 6. Eodem modo eleganter κατὰ πόλεμον dicitur, *quotiescunque*, vel, *ubicunque bellum est*. Athenaeus lib. XIII, pag. 557. ita de Philippo. Ἀεὶ ΚΑΤΑ ΠΟΛΕΜΟΝ ἐγάμει *Quocunque inferret arma, illic semper uxorem ducebat.* Quasi Latine dicas, si liceret, *bellatim*.

17 Praemisso Pronomine αὐτὸς, unico vocabulo redditur, *solus*. Plut. in Vit. Cic. pag. 880. lin. 47. Αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐξέπλευσε. *Solus navigavit.* Ejusdem significatus est, κατ' ἰδίαν, apud Matth. cap. XIV. 20. Ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος κατ' ἰδίαν, *Adscendit in montem solus.* Aliquando redditur, *Per se*, *suapte natura.* Quae ratio loquendi Platoni est familiarissima. Sic in Sympos. pag. 181. initio. Οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ καλὸν οὐδέν. *Horum nihil per se pulcrum est.* Pro Pronomine etiam invenitur Articulus τὸ absolute positus. Isocrat. Nicocl. pag. 63. Οὐ γὰρ μόνον ἡμᾶς ΤΟ ΚΑΘ' ΑΥΤΑΣ ὠφελοῦσιν, scilicet ἥ τε σωφροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη. *Non enim solum per se ipsas nobis prosunt.* Significat etiam *per* eo sensu, quo

V. Octavo, *κατὰ μικρὸν ἐπιπλεῖον*, idem quod, *ἐπιπλεῖον ἐφεξῆς*, vel *ἐπιπλεῖον ἐκ προσαγωγῆς*· id eſt, *magis atque magis*: ut, *κατὰ μικρὸν ἧττον*, idem quod, *ἧττον*, vel *ἔλαττον ἐκ προσαγωγῆς*, vel *ἐπ' ἔλαττον ἐφεξῆς*, id eſt, *minus atque minus*[18].

Nono, *κατὰ στοῖχον*, id eſt, *ſecundum verſum*: *κατ' εὐθεῖαν*, vel *ἐπ' εὐθείας*, id eſt, *recta ſerie*: ut arbores, *κατὰ στοῖχον πεφυτευμέναι*, *in verſum*, & *recta ſerie digeſtae arbores*: Gallice, *en droicte ligne*. Cui opponuntur, *ἐναλλὰξ*, cum *ἐφεξῆς ἑτέρῳ ἀλλοῖον κεῖται*, id eſt, *nuſquam eodem ſitu duo ſeſe conſequenter excipiunt*: *παραλλὰξ*, id eſt, *alternante ſitu*: cum in ordinibus aliqua eſt, non tamen perpetua varietas.

**Κατὰ πόδα, e veſtigio.** VI. Decimo, *κατὰ πόδα*, vel *κατὰ πόδας*, vel uno verbo, *καταπόδας*, idem quod, *ἐκ ποδὸς*, (quod tamen interdum etiam eſt, *collato pede*, *piè à piè*:) id eſt, *e veſtigio* aut, *per veſtigia proxime inſequendo*. Nam *κατὰ πόδας ἕπεσθαί τινι*, id eſt, *aliquem veſtigiis conſequi*. Sic hoſtis fugientem hoſtem, *κατὰ πόδας αἱρεῖν*, dicitur, *perſequendo capere*.

Aliquando genitivus adjungitur, ut apud Thucydid. *Κατὰ πόδας αὐτῶν ἰέναι*· *Les ſuivre à la piſte*. Hinc transfertur ad metaphoricam ſequendi rationem: ut cum Herodot. ait lib. 3. *Τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ*· *Die proxime conſequente*. Et Polyb. lib. 2. pag. 91. *Δέον τῇ καταπόδας ἡμέρᾳ γενέσθαι τὴν αἵρεσιν, καὶ τὴν παράληψιν τῆς ἀρχῆς*· *Cum poſtridie ejus*

quo quis dicitur aliquid agere *per otium*; quod Graeci dicunt: *καθ' ἡσυχίαν*. Thucyd. lib. 1. cap. 85.

18 At *κατὰ μικρὸν* ſolum redditur *paululum*, *paulatim*, *pedetentim*. Plat. in Sophiſt. pag. 241. *Κατὰ σμικρὸν οἷοί τε ἐπιλαβέσθαί πη τἀνδρὸς ἐσμέν*. *Paulatim comprehendere quodammodo hominem poſſumus*. Pro eodem etiam dicitur *κατὰ βραχὺ*· ſic enim paulo poſt: *Ἀγαπήσεις, ἐάν πη, καὶ ΚΑΤΑ' ΒΡΑΧΥ' παραιτησώμεθα οὕτως ἰσχυροῦ λόγου*. *Contentus eris, ſi quodammodo & paulatim tam firmum ſermonem revulſerimus*. Eſt autem, ubi *κατὰ βραχὺ* reddendum eſt, *aliquantum*, *paululum*. Sic idem in Timaeo, pag. 27. lin. 22. *Πάντες ὅσοι καὶ ΚΑΤΑ' ΒΡΑΧΥ' σωφροσύνης μετέχουσιν*, *Omnes, qui vel tantillum mentis habent*. Cum aliis Accuſativis adverbialiter redditur, ut *κατὰ τάχος*, *Celeriter*. Thucyd. lib. III. cap. 18. *Κατὰ μέρος* *Viciſſim*: vid. ſupra cap. III. Sect. 7. Reg. 2. *Κατὰ τρόπον*. *Ritu, uti decet*. Plat.

19 Haec,

*ejus diei, Praetorem & creari & magistratum inire oporteret.* Et quae paulo post aliquid fiunt dicuntur κατὰ πόδας αὐτῦ fieri, ut, Κατὰ πόδας τ̃ μάχης προελθεῖν· *Statim à certamine ulterius progredi.*

VII. Undecimo, καθ' ἕνα, & καθ' ἓν, non tantum est, *sigillatim, un à un* [19], ut cap. 1. reg. 5. jam observavimus: sed etiam, quod plane contrarium videtur, *in unum:* idque fere, cum verbo γίνεσθαι· Dionysius Halicarnass. lib. 1. ° Καθ' ὁδὸν εὑρόντες τὺς σφετέρυς, ϗ καθ' ἕνα ἅπαντες γενόμενοι. *Cum suis in via repertis, unum in locum universi convenissent.* Idem lib. 8. Ἵνα μὴ καθ' ἕνα πάντες γενόμενοι, κοινὸν ἐξενέγκητε καθ' αὐτῶν πόλεμον· id est, *Ne convenientes in unum omnes,* (id est, *conjunctis viribus,*) *commune iis bellum inferatis.* Eodem modo usurpat, καθ' ἓν, lib. 1. dum ait, Ὀλίγυς τ̃ ἐκ τῆς κώμης φθασάντων καθ' ἓν γενέσθαι παραλαβών· *Assumtis paucis illis, qui jam ex vico in unum confluxerant.* Et lib. 2. Ἀποχρῆν οἰόμεναι τὴν οἰκείαν δύναμιν, εἰ καθ' ἓν αἱ τρεῖς (πόλεις) γένοιντο, μίαν αἱρῆσαι πόλιν ὐ μεγάλην· *Ratae satis se virium habituras, si tres (civitates) in unum convenirent, ad urbem unam, eamque non magnam capiendam.*

Καθ' ἕνα, *in unum.*

Καθ' ἓν, idem.

VIII.

19 Haec, quae a Latinis vocantur Distributiva, a Graecis per Numerum Cardinalem, praecedente Praepositione κατὰ, in Accusandi Casu, efferuntur. E. G. *Singuli, Bini, Terni,* &c. Graece Καθ' ἕνα, κατὰ δύο, κατὰ τρεῖς &c. Demosth. contra Leptin pag. 371. Πρὸς δὲ τύτοις, ἄλλας τριήρεις πλέον ἢ εἴκοσιν εἷλε, ΚΑΤΑ' ΜΙ'ΑΝ, ϗ ΚΑΤΑ' ΔΥ'Ο λαμβάνων. *Ad baec alias triremes plures viginti cepit, modo singulis, modo binis potitus.* Thucydid. lib. II. c. 84. Οἱ ϳ Ἀθηναῖοι ΚΑΤΑ' ΜΙ'ΑΝ ναῦν τεταγμένοι περιέπλεον αὐτὺς κύκλῳ. *Athenienses, navibus ita longa serie ordinatis, ut singulae singulas sequerentur, circumvehebantur circum eos.* Pro eodem dicitur ἐπὶ τελῶν, ἐπὶ τεσσάρων &c. ut supra dictum in praepositione ἐπί. At ὁ καθ' εἷς pro εἷς ἕκαστος non inveni nisi apud Apostolum Paulum, qui scribens ad Romanos cap. XII, comm. 5. ait: Ὁ ϳ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη. *Singuli vero, alii aliorum membra sumus.* & in Euang. Joan. c. VIII, comm. 9. Ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς. *Singuli exierunt, alius alium sequentes.* Quia nulla regiminis praepositionis κατὰ habetur ratio, hinc nonnunquam scribitur unica voce καθεῖς.

20 Pag. 37, lin. 21.

21 Pag. 486, lin. 21.

22 Pag. 66, in fine.

23 Pag. 101, lin. 26.

24 Cap.

Κατὰ πλῆθος, frequentes. VIII. Duodecimo, κατὰ πλῆθος, id exprimit, quod ἀθρόοι uno verbo dicebatur: Latine, *frequentes*. Dionysius lib. 7. Συνελθόντων καὶ τῶν ἐν τέλει κατὰ πλῆθος εἰς τὸ βουλευτήριον· *Cum autem optimates in curiam frequentes convenissent.* Quibus etiam verbis, illud, opinor, recte significari posse dixerimus, quod a Gallis vulgo, *en troups*, *en corps*.

Κατ' ὀλίγους, pauci simul. Contrarium est, κατ' ὀλίγους, *exiguo numero*, vel *pauci simul*. Herodian. lib. 5. [24] Ἔτι τε καὶ τῶν αὐτομόλων τὸ πλῆθος ἑκάστοτε, εἰ καὶ κατ' ὀλίγους, προσιὸν τὴν δύναμιν ηὔξησεν· id est, *Praeterea transfugarum multitudo, subinde, licet paucorum simul, conveniens, copias auxit.*

Zosimus lib. 3. Κατ' ὀλίγους γὰρ, ἐν πολλοῖς ἑαυτοὺς διασπείραντες, ἐλῄστευον· id est, *Ipsi enim pauci tantum simul, ac per multa loca dispersi latrocinia exercebant.* At Herodian. lib. 6. κατ' ὀλίγους usurpavit pro κατ' ὀλίγον, *paulatim* [25], dum ait, Οἱ δὲ στρατιῶται, τὰ μὲν πρῶτα ὑπισχνοῦντο, κατ' ὀλίγους δὲ ἀνεχώρουν· *At milites, principio quidem pollicebantur, inde tamen paulatim secedebant.*

Κατ' ὀλίγους, paulatim.

Κατὰ ποσὸν, utcunque. Non absimili usu, dicitur κατὰ ποσὸν, id est, *utcunque*, *quoque modo*. Polybius lib. 2. pag. 92. Καταπιστεύσαντες ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι, κατὰ ποσὸν εὐθαρσῶς εἶχον, id est, *Suis ipsi viribus fidentes, aliquanto audaciores erant.* Id etiam dicunt, ἐπὶ ποσόν [26].

IX.

24 Cap. 4, §. 8.

25 Non adsentior; nam in exemplo subsequente κατ' ὀλίγους idem plane notat, quod in exemplis superioribus. Et, quamvis versio haec, *paulatim secedebant*, ferri possit, tamen sensus est, *pauci simul secedebant*. Locus est cap. 9. §. 5.

26 De hac Praepositione cum quarto Casu praeter jam observata, nota, eam significare proportionem aliquam. Lucian. de Amicitia. Δῶρα οὐ ΚΑΤΑ ΜΗΛΑ καὶ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ἀντεδίδοτο αὐτῇ. *Non pro malorum aut corollarum pretio paria illi dona comparabantur.* Dein cum Nomine ut plurimum proprio, vel etiam Pronomine constructum quadruplicem usum obtinet. Et

Primo possessionem notat, sed praecedente articulo. Hermog. de form. or. lib. II. cap. 12. Ὁ Ξενοφῶν ἀφελείᾳ ΤΗΙ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ὑπερβέβληκε τὴν Πλάτωνος ἀφέλειαν. *Xenophon simplicitate sua (h. e. ipsi familiari) prae simplicitate Platonis excelluit.* Simili ratione Strabo ait lib. XVI. p. 754. Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν οἱ Ἀράδιοι ΚΑΘ' ΑΥΤΟΥΣ ἐβασιλεύοντο. *Antiquitus Aradii peculiares sibi reges habebant.* Sic, οἱ κατ' οἶκον, qui

Digitized by Google

IX. Μετὰ cum dativo casu, Poëtice frequenter usurpatur, pro *cum*, *in*, *per*, *inter* : quod postremum usitatissimum Μετὰ.

*qui sunt familiae*, pro *familia* ipsa, apud Sophocl. Electr. vs. 1150.

Οὐδ' ΟΙ ΚΑΤ' ΟΙΚΟΝ ἦσαν, ἀλλ' ἐγὼ τροφός.

*Neque familia, sed ego te alebam.*

Et οἱ κατὰ γένος. *Consanguinei.* AElian. V. H. lib. 1. cap 34. Τοῖς κατὰ γένος συνέσομαι τὰ αὐτὰ ἐμοὶ εὖ πάσχουσιν. *Una cum meis eadem prosperitate fruar.* Elegantissimum autem est, quod idem Articulus in Plurali Neutro Genere praefixus significat res, casus vel fata, quae cuipiam acciderunt. Thucydid. lib. I. cap. 138. ΤΑ μὲν ΚΑΤΑ ΠΑΥΣΑΝΙΑΝ τὸν Λακεδαιμόνιον, καὶ ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΑ τὸν Ἀθηναῖον, λαμπροτάτους γενομένους τῶν καθ' ἑαυτοὺς, οὕτως ἐτελεύτησεν. *Res Pausaniae Lacedaemonii, & Themistoclis Atheniensis, illustrissimorum suae aetatis, hunc exitum habuerunt.* Pro τὰ κατὰ Παυσανίαν, etiam dici potest, τὰ περὶ Παυσανίαν. vide, quae supra notavi ad Cap. I. R. 5.

Secundus ejus usus est, cum verba alicujus citantur, & ad usum praesentem transferuntur. V. C. Κατὰ Πλάτωνα, i. e. *Ut ait Plato*, sive, *Ut Platonis verbis utar*. Ita Plato in Phaedro non longe ab initio: Οὐκ ἂν οἴει με κατὰ Πίνδαρον, καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα ποιήσασθαι; *Non tu putas me, ut Pindari verbis utar, omni negotio anteponendum existimare* Ubi, καὶ ἀσχολίας &c. verba sunt Pindari. Alias quoque Graeci idem efferunt ita: τὸ τοῦ Πινδάρου, ut supra dictum est cap. I, reg. 17.

Tertio etiam mores vel consuetudinem alicujus denotat: ut, κατὰ Σωκράτην, *ut solebat Socrates.* Ibidem paucis interjectis: Ἔγωγ' ἂν οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστε, ἂν βαδίζων ποιῇ τὸν περίπατον Μέγαράδε, καὶ, ΚΑΤΑ ΗΡΟΔΙΚΟΝ προσβὰς τῷ τείχει, πάλιν ἀπίῃς, οὐ μή σου ἀπολειφθῶ. *Ego igitur adeo audire aveo, ut, si vel Megaras usque deambulando progrediaris, &, ut solebat Herodicus, ubi ad murum accesseris, inde redeas, non te profecto relinquam.*

Aut quarto, notat tempus vel aetatem. Ita, κατ' ἐμὲ, vertitur: *Mea aetate*, apud Pausan. in Achaicis. Sic Athenaeus undecimo Deipnosoph. Ἀδύνατον δὲ καὶ Φαῖδρον οὐ μόνον ΚΑΤΑ ΣΩΚΡΑΤΗΝ εἶναι. *Phaedrus non solum Socratis aetate in vivis esse non potuit.* Similiter Bacchus apud Arrianum dicitur fuisse τρίτος ἀπὸ Κάδμου ΚΑΤΑ ΛΑΒΔΑΚΟΝ. *Tertius a Cadmo, Labdaci aequalis.* At, κατὰ χρόνον fieri aliquid dici videtur, quod justum tempus non excedit. Plutarch. Παράλλ. Ἑλλ. καὶ Ῥωμ. Ἡ δὲ ΚΑΤΑ ΧΡΟΝΟΝ ἔτεκε κόρην εὔμορφον. *Haec peperit pulcerrimam filiam justo post tempore.*

De-

Digitized by Google

mum est. Itemque Poëtice cum accusat. redditur, *in*, *inter*, *ad* [27], *propter*. At oratorie, μετὰ, cum accusat tantum est *post* [28]. Cum genit. Poëtis & oratoribus *cum*. Sed hic contrita fere sunt omnia.

Σὺν. X. Praepositio σὺν, cum solo dativo casu, iisdem fere locis adhibetur, quibus μετὰ, cum genitivo. Paucula haec notare juverit. Primo, μετά τινος. & σύν τινι εἶναι, vel στῆναι, id est, *alicui favere*, *stare ab aliquo*. Hinc Thucydidi, στάντες μετ' ἀλλήλων, id est, ἀλλήλοις συμμαχήσαντες, *qui belli & pugnae socii fuerant*. Ita Xenoph. Ἑλληνικ. 3. Σὺν τοῖς Ἕλλησι μᾶλλον, ἢ σὺν τῷ βαρβάρῳ εἶναι· *Graecis potius favere, quam Barbaro.*

XI. Secundo, μετὰ τῶν νόμων, & σὺν τοῖς νόμοις, *cum legibus*, id est, κατὰ τοὺς νόμους. Prioris exemplum est illud Thucyd. lib. 2. [29] pag. 124. satis obscurum, Καί τοι εἰ ῥαθυμίᾳ μᾶλλον, ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον, ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν· *Quod si faciliore quodam otio potius*, (id enim est ῥαθυμίᾳ hoc loco: alioqui praevaricaretur Pericles in Atheniensium caussa,) *quam laboriosa*

Denique, quemadmodum παρὰ & πρὸς, in comparationibus adhibetur: quo sensu eleganter construitur cum Verbo τίθημι. Ita Aristid. pro Quatuorviris pag. 383. Μὴ τοίνυν ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΚΥΒΕΡΝΗΤΗΝ ΘΗΙΣ αὐτόν. *Ne igitur illum cum gubernatore aequipares.*

27 Ita Homerus Il. Δ. vs. 70.

Αἶψα μάλ' ἐς στρατὸν ἐλθὲ μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιούς.
*Cito admodum in exercitum vade ad Troas & Achivos.*

28 Oratoribus tamen haec Praepositio in significatione temporis cum Accusativo usurpatur eo loco, quo διὰ cum Genitivo. Ita has duas conjungit Plato in Critia pag. 117. in fine. Καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ διὰ νυκτὸς, *Noctes atque dies*. Νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν. *Noctes atque dies*, etiam conjungit AElian. V. H. lib. XIII cap. 16. Quin & cum accusativo ἡμέραν temporis speciem notat apud Plutarch. in Caesare, de Clodii adulterio, pag. 712. Τὸ δὲ πρᾶγμα καὶ ΝΥΚΤΟΣ εὐθὺς αἱ γυναῖκες ἀπιοῦσαι τοῖς αὐτῶν ἔφραζον ἀνδράσιν· καὶ ΜΕΘ' ΗΜΕΡΑΝ ἐχώρει διὰ τῆς πόλεως ὁ λόγος. *Hoc facinus noctu illico abeuntes mulieres viris suis nunciaverunt: & die [sequenti] urbem rumor pervagatus est.* Tale est illud Platonis in Phaedr. pag. 251, lin. 42. Οὔτε ΝΥΚΤΟΣ δύναται καθεύδειν, οὔτε ΜΕΘ' ΗΜΕΡΑΝ, οὗ ἂν ᾖ, μένειν. *Neque noctu dormire potest, neque interdiu, ubicunque est, consistere.*

29 Cap. 39.

30 Hic

Digitized by Google

*riosa exercitatione*, (ut Lacedaemonii) *nec legibus magis*, id est, *legum praescripto*; & *necessitate constricti*, (ut iidem Lacedaemonii) *quam generosa indole*, *pericula subire statuamus*. Sequitur autem, Περιγίγνεται ἡμῖν, τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν, καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι, μὴ ἀτολμοτέρους τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι· id est, *Hoc inde consequimur*, *ut neque futuris aerumnis ante tempus debilitemur*, *neque*, *cum in eas incidimus*, *quicquam iis tamen*, *qui assiduo in labore versantur*, *fiducia & alacritate cedamus*. Eodem aut simili modo, σὺν νόμοις usurpatur; ut, Σὺν τοῖς νόμοις τὴν ψῆφον τίθεσθαι· *Sententiam*, *aut judicium ex legum praescripto ferre* [10].

XII. Tertio σὺν Θεῷ, *cum Deo*, potius quam μετὰ Θεοῦ [11], variis modis usurpatur. Ac primum quidem, sine adjuncto ullo, idem est, quod *divina ope*, *divinoque beneficio*: ut cum Xenophon [12] dicebat, Ὑγιαίνοντά σε ὡς ἐπιτοπολὺ σὺν Θεοῖς ὁρῶμεν· id est, *Te divino beneficio ut plurimum valentem videmus*. Σὺν Θεῷ.

Deinde, redditur potius, *secundo Numine*, aut similiter. Thucyd. lib. 1. Σὺν Θεοῖς ἐπίωμεν ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας, *Diis faventibus eos*, *a quibus laesi sumus*, *invadamus*.

XIII.

30 Hic locus desumtus videtur ex Xenophontis libro 1. Κύρου παιδ. cap. 15. Ubi haec verba: Σὺν τῷ νόμῳ οὖν ἐκέλευε δεῖν τὸν δικαστὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι. *Jussit itaque judicem sententiam ferre ex legis praescripto*. Hoc est, *legitime*. Solet enim haec Praepositio etiam cum aliis Nominibus adverbialiter reddi. Sic σὺν κόσμῳ idem est, quod κατὰ κόσμον, *ordine*, *decenter*, *rite*. Pausanias in Achaicis p. 420. in fine Πολλὰ μὲν εἶπε, πολλὰ δὲ ἤκουσεν οὐ σὺν κόσμῳ. *Multa quidem dixit*, *multaque audivit indecenter*. Eodem modo Σὺν τάχει, *statim*. Sophocl. Electr. vs. 1498.

Χωροῖς ἂν σὺν τάχει.

*I statim intro.*

Simili modo Praepositio μετὰ cum Genitivo adverbialiter sumitur. Ita in fine epist. Philippi apud Dem. Ὑμᾶς ἀμυνοῦμαι μετὰ τοῦ δικαίου. i. e. Δικαίως. *Ulciscar vos merito*. At, Μετ' ἀδείας εἰμί. *Sum cum securitate*. i. e. *Res meae sunt in vado*. Ubi pro ἐν sumi videtur. Vid. Demosth. Pro Megalop. pag. 83. lin. 26. Huc refer μετὰ καιροῦ. *Opportune*. *Pro temporis opportunitate*. Ita Thucydides lib. VI, cap. 85. Δεῖ ἢ ἐχθρὸν ἢ φίλον ΜΕΤΑ ΚΑΙΡΟΥ γίγνεσθαι. *Pro data opportunitate*, sive, *opportune vel hostem vel amicum esse oportet*.

31 Dixit μετὰ θεῶν. Plat. ep. VIII. pag. 355. fin.

32 De Admin. Domest. pag. 851. lin. 15.

33 Vers.

XIII. Aliquando verbum adjungitur, maximeque *εἰπεῖν*, *εἰρῆσθαι*, *εἰρήσθω*, *εἰρήσεται*, quae una cum *σὺν Θεῷ*, per parenthesin dici solent: tuncque si de praeterito, aut praesenti bono agatur, significant, *Deo acceptum ferri:* ut cum Plato Dioni scribens, Τὰ μὲν οὖν, inquit, εἰς τὸ παρὸν, σὺν Θεῷ εἰπεῖν, ἔχει καλῶς· *Hactenus quidem, quae Deo sit gratia, bene mecum agitur:* vulgo, *graces à Dieu.*

Sin de futuro loquimur, idem est, quod *juvante Deo, Dieu aydant.*

Aristophan. Pluto [33].

Οἶμαι γὰρ, οἶμαι, σὺν Θεῷ δ' εἰρήσεται,
Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας.
*Spero enim, spero, quod Deo juvante fiat,*
*Hoc te oculorum morbo per me liberatum iri.*

Idem fere valet, σὺν Ἀδραστείᾳ εἰπεῖν.

Alias citra parenthesin, σὺν Θεῷ, est, *divino quodam instinctu.* Herodot. lib. I. [34] ubi Croeso jam pyrae imposito in mentem subiisse dicit, Ὡς οἱ εἴη σὺν Θεῷ εἰρημένον, τὸ μηδένα τῶν ζώντων ὄλβιον εἶναι· *Quam sibi divino instinctu dictum esset, viventem neminem beatum esse* [35].

S E-

33 Vers. 114.

34 Cap. 86.

35 Non raro apud Thucydidem ellipsin patitur haec Praepositio. Ita lib. I. cap. 26 Πλεύσαντες εὐθὺς πέντε καὶ εἴκοσι ναυσί. *Statim cum viginti quinque navibus profecti.* Perspicua vero est hujus Praepositionis ellipsis in illo Aristophanis in Avibus, vs. 386. Ὥστε τὴν τε χύτραν ΤΩΙ τε ΤΡΥΒΛΙΩι κατθέτε. Pro, σὺν τῷ τρυβλίῳ. *Quapropter ollam cum catino depone.* Defectus hic post ἅμα perpetuus est Exempla passim. Imitatur Horatius lib. I, sat. 10. in fine.

- - - *Te dicere possum*
*Pollio; te, Messalla, tuo cum fratre; simulque*
*Vos, Bibule & Servi: SIMUL HIS te, candide Furni.*

Eadem Praepositio in compositione cum alia voce unicum vocabulum efficiens, elegantem usum habet. Ita Σύνδυο, σύντρεις, σύμπαντες *Bini, Trini, Universi* (non adeo, *Omnes.*) Nostrates quoque, sed disjunctim: Met hun tweeen/ Met hun drien/ Met hun alle. Plat. Hipp. maj pag. 282. in fine: Καὶ σχεδόν τι οἶμαι ἐμὲ πλείω χρήματα εἰργάσθαι ἢ ἄλλους ΣΥΝΔΥΟ οὕς τινας βούλει τῶν σοφιστῶν. *Et fere puto, me majorem pecuniam collegisse, quam alios quosvis Sophistas duos.* Addatur Hom. Odyss. Ξ. vs. 98.

- - - Οὔτε ΞΥΝΕΕΙΚΟΣΙ φωτῶν
Ἔστ' ἄφενος τοσσοῦτον - - -

Belg. Zy hebben met hun twintige zo veel goederen niet.

36 Tri-

# SECTIO VI.

## De Praepositione παρά.

### REGULA I.

De Praepositione παρὰ, quae cum genitivo, dativo & accusativo casu construitur, haec notasse profuerit. Genitivum quod attinet, Primum eleganter dicitur, Ἔρχεσθαι παρά τινος, & παραγίνεσθαι παρά τινος, *venire ab aliquo*; πορεύεσθαι παρά τινος, *proficisci ab aliquo*; ut Gallice, *je viens de chez un tel*, *je party de chez luy*, & simil. Παρὰ, cum genit.

Secundo, verba quaedam, maximeque *nunciandi*, *salutandi*, *appellandi*, *solvendi*, *expendendi*, hanc cum genit. praepositionem amant: ut παρὰ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀγγέλλειν· *Apporter nouvelles*, *signifier de la part du Senat*: τὸν φίλον πολὺ παρ' ἐμοῦ πρόσειπε, *multis amicum saluta meo nomine*: παρ' ἐμοῦ ἔτισα, Tullius, *à me solvi*, *de mon argent*: παρ' ἐμοῦ ἀναλώσας, *meis sumptibus*.

Tertio, Genitivus ἐλλειπτικῶς etiam ponitur, praecedente artic. praepositivo, & participio, verborum εἰμὶ, γίνομαι, ὑπάρχω, ἔρχομαι, πορεύομαι, πέμπομαι, & simil. Nam οἱ παρὰ σοῦ· id est, *nuntii tui*, vel *abs te missi*. Sic τὰ παρ' ἐμοῦ, supp. γινόμενα, ὑπάρξαντα, *quae abs me profecta sunt*: in bonam malamve partem.

II. Παρὰ cum dativo, fere significat *apud*. Aliquando tamen, sumitur pro ἐν, ut, παρὰ τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις θνήσκειν, apud Plutarch. *in bellis civilibus mori*. Cum dativ.

Aliquando dativus ille cum motu conjunctus, pro accusativo usurpatur. Xenoph. Expedit. 2. Ἔφη χρῆναι ἰέναι παρὰ Τισσαφέρνει, οὓς ἐκέλευσε· *Ajebat ad Tissaphernem iis eundum esse*, *quos ipse jussisset*.

III. Cum accusativo significat, *juxta*, *per*, *praeter*, *contra*, *inter*, vel *intra*, *propter*, *prae*, *prout*, *trans* [36]. Sed usus insigniores habet, qui sequuntur. Cum accus.

Pri-

36 Trita etiam satis significatio est *ad*, ubi motum significat, ut: παρὰ τὸν βασιλέα ἧκεν. *Ad regem venit.* Quo refer verba Demosthenis mox reg. 6. ab Auctore citanda: Παρὰ τοῦτο γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα. *Eo res Graecorum devenerunt.*

 37 Tale

Primo, *quae in tempus aliquod, vel negotium incidunt*, hoc modo exprimuntur: ut, παρ' ὅλον τ̀ βίον, *per totam vitam*. Demosthen. Παρ' ὅλον τ̀ ἀγῶνα. *Toto causae hujus tempore*. παρ' αὐτὸ τὸ ἀδίκημα, *in flagranti delicto*: παρὰ τ̀ πλεῖν, *inter navigandum*: παρὰ τὸ δεῖπνον, *inter coenandum*: παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν, *in itinere*, *par le chemin*: παρὰ τὺς κινδύνυς & παρὰ τὰ δεινὰ, id est, *in mediis periculis* [37]. Dionysius Halicarnass. lib. 10. Ἦν τῦτο τὸ μέρος ἐμπειρίᾳ τε ἀγώνων, καὶ τῇ παρὰ τὰ δεινὰ εὐτολμίᾳ μακρῷ τ̃ ἄλλυ ἄμεινον· id est, *Pars illa, cum pugnandi usu, tum mediis in periculis fiducia, longe alteram superabat*. Sic παρὰ τὰ διακόσια, *intra ducenta stadia*.

*Praeter*. IV. Secundo, cum significat *praeter*, tribus fere modis usurpatur. Aliquando enim idem prope est, quod *contra*: ut, παρὰ φύσιν, *praeter naturam*: παρὰ τὸ πρέπον, *indecore*: παρὰ μέλος, verbatim, *praeter concentum*, id est, *inepte*, de iis, quae alieno vel loco, vel tempore dicuntur aut fiunt: παρ' ὥραν, *intempestive*. Aliquando exceptum aliquid ex majore numero significat: ut, παρ' ὀλίγυς πάντες ἀνῃρέθησαν, *praeter paucos interfecti sunt omnes*. Aliquando istud *praeter* idem est, quod *ultra*: ut, Εἴ τις ἄλλη παρὰ ταύτας ἐςὶ μαθήματος ἰδέα· *Si quae alia praeter istas disciplinae ratio est*.

*Supra & infra*. V. Tertio, duas significationes contrarias patitur, *supra* & *infra*. Nam παρὰ δύναμιν, idem esse potest, quod *supra*, idemque quod *infra vires*.

*Propter*. Quarto, usum habet elegantem in significatione *propter*: ut, Παρ' ἐκεῖνον πάντα τῇ πόλει γίνεται τ' ἀγαθά· *Propter illum*, id est, *ejus caussa*, vel *beneficio*, *bona omnia Reip. proveniunt*. Contra, Παρὰ τῦτον ἀθυμῦσι πάντες. *In caussa est, quamobrem animum omnes despondeant* [38]. Tuncque sumitur pro διὰ, cum accusandi casu. Παρὰ τί ποτε; *Quorsum tandem* [39]?

VI.

37 Tale illud Dionysii Hal. lib. VII, pag. 433. init. Ἡ γενησομένη ΠΑΡΑ' ΤΟΥ'Σ ΚΙΝΔΥ'ΝΟΥΣ κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἰσομοιρία. *Futura inter pericula aequa bonorum malorumque communio*. Sequentia inveniuntur lib. X, pag. 668, lin. 40.

38 Caussam quoque efficientem notat, ubi παρὰ τῦτο & παρ' ὃ sibi invicem respondent, ut in illo Herodiani lib. VI, cap. 6, §. 12. ΠΑΡΑ' ΤΟΥ͂ΤΟ δὲ ἀπολόμενοι, ΠΑΡ' ὍΣΟΝ πλήθει ἐλάττυς εὑρέθησαν. *Ob id solum, quod numero inferiores inventi sunt, pereuntes*.

39 Vel *Quamobrem? quare?*

ut

VI. Quinto, significat, aliquid *in eo situm esse*, quod accusativus exprimit: ut cum Demosthen. pro Coron. ait, Παρὰ τοῦτο γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα· id est, *In eo positae sunt res*, aut *fortunae Graecorum* [40]. In.

Qua in acceptione dicitur, τὸ παρ' ἡμᾶς, *quod in nobis situm est*; vel, *jus & facultas liberae voluntatis*, quatenus fato ac necessitati opponitur. Ita passim inter alios Diogenianus, apud Eusebium lib. 6. Praeparation. ut cum ait: Οὑτωσὶ δὲ καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς, τῇ καθ' εἱμαρμένην (supp. ἐναντιώτατόν ἐστιν·) id est, *Sic etiam libertatis nostrae vis fato (maxime contraria est.)*

Ibid. Παρ' ἡμᾶς δὲ, ὅσα ἐκ τοῦ σπουδάζειν ἡμᾶς, καὶ ἐνεργεῖν, ἐπὶ τέλος ἔρχεται· id est, *Potestatis autem ea nostrae sunt, quae studio laboreque nostro perducuntur ad finem.*

VII. Sexto, παρὰ πολὺ, triplicem potissimum acceptionem habet. Aliquando enim sine alio casu, per se significat *longe*, *multo*, *admodum*, quae maxime propria significatio est: ut, Παρὰ πολὺ τῶν πολεμίων ἀμείνους γεγόναμεν· *Hostibus longe superiores fuimus.* Hic enim, ut patet, τῶν πολεμίων, non à παρὰ πολὺ regitur, sed a comparat. ἀμείνους. Ita Dionysius Halicarnass. lib. 3. [41] Περιεγένοντο παρὰ πολὺ τῶν Σαβίνων· id est, *Sabinos multis partibus superarunt.* Παρὰ πολύ.

Aliquando etiam sine casu, παρὰ πολύ ἐστι, idem est, quod *multum abest:* Gallice, *il s'en faut bien, il y a bien à dire.* Plato in Apologia, Οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι (nempe ἑκατέρων τῶν ψήφων ἀριθμὸν) ἀλλὰ παρὰ πολύ. id est, *Nec enim sane putaveram tantulum, sed longe plurimum discriminis futurum*, (nempe, in sententiarum numero; cum se à longe pluribus damnandum Socrates putaret.)

VIII.

ut Dinarchus contra Demosthenem. Παρὰ τί οἴεσθε, τὰς πόλεις τότε μὲν εὖ, τότε δὲ φαύλως πράττειν; *Qua de caussa putatis, urbibus modo prospera evenire, modo adversa?* Citra interrogationem dicitur παρ' ὅ. *Quare* i. e. *Quapropter.* Ita Philo Judaeus de Circumcisione pag. 625. caussas referens circumcisionis, inter alias nominat τὴν δι' ὅλου τοῦ σώματος καθαριότητα πρὸς τὸ ἁρμόττειν τάξει ἱερωθέντι· ΠΑΡ' Ο καὶ ξυρῶνται τὰ σώματα. *puritatem toto corpore sacro ordini congruam, quapropter etiam radunt corpora.*

40 At παρὰ ibi motum significare satis vulgato usu, supra ad reg. 3. dixi.

41 Pag. 182, lin. 12.

 42 In-

VIII. Aliquando vero, cum gignendi casu, quem regat, idem est, quod *longe minus*, vel *infra:* ut, παρὰ πολὺ τῆς ἀξίας, *longe infra dignitatem:* παρὰ πολὺ τῆς ἐλπίδος, *longe infra spem;* quod etiam πόῤῥω τῆς ἀξίας, & τῆς ἐλπίδος, dici solet. Imo duo illa, πόῤῥω, καὶ παρὰ πολὺ, saepe conjunguntur. Quo sensu fere adjungitur verbum ἔρχεσθαι, vel ἥκειν, sed ἔρχεσθαι saepius: ut, Παρὰ πολὺ τῶν πέρυσι κατωρθωμένων ἦλθεν· id est, *Longe abfuit à rerum superiore anno gestarum gloria.* Saepe etiam solus infinitivus sequitur, etiam absque articulo genitivi, ut, Παρὰ πολὺ ἑλέσθαι ἦλθεν. *A capienda* ( urbe v. c. ) *plurimum abfuit* [42].

Παρὰ μικρὸν &c.

IX. Septimo, παρὰ μικρὸν, παρ' ὀλίγον, & παρὰ βραχὺ, opponuntur τῷ παρὰ πολὺ, in illa triplici acceptione: ac praesertim in tertia, cum verbo ἔρχεσθαι [43]. Eutropii Metaphrast. lib. 6. Πολλῇ στρατιᾷ συμμίξαντες, παρὰ μικρὸν ἦλθον νίκης· id est, *Ingentibus copiis cum hoste congressi, a victoria parum absuere.* Zosimus lib. 1. Μηχανὰς δὲ τοῖς τείχεσι προσαγαγόντες, καὶ παρὰ βραχὺ τοῦ ταύτας ἑλεῖν ἐλθόντες· id est, *Machinis ad muros admotis, cum ab illis urbibus capiendis parum abfuissent.* Dicunt & παρ' ἐλάχιστον ἐλθεῖν, *proxime abesse*, vel *abfuisse*. Dicunt etiam παρὰ σχεδὸν ἔρχεσθαι· Dionysius Halicarnass. lib. 1. [44] Τὰ μὲν πεπονθότες, τὰ δὲ παρὰ σχεδὸν ἐλθόντες παθεῖν· id est, *Alia jam passi, alia prope subeuntes*, vel *postmodum subituri.*

Παρ' ὀλίγον.

X. Παρ' ὀλίγον, sine verbo ἔρχεσθαι, duobus item modis accipitur. Interdum enim idem significat, ac si adhibeatur ἔρχεσθαι· ut, παρ' ὀλίγον εἷλε τὴν δίκην, *parum abfuit, quin caussam vinceret.* Ita Demosthen. Παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμώθη. *Pauca desuere suffragia, quo minus ignominia notaretur.* Interdum, contrario plane usu, sed eodem tamen

42 Infinitivorum exempla ex Luciano citat Cl. Dukerus ad eundem lib. VIII, Cap. 76.

43 Vel cum cognatae significationis verbo ἥκω. Arrian. de Exp. Al. lib. I, cap. 23. non procul a fine. Καὶ παρ' ὀλίγον ἧκεν ἡ πόλις ἁλῶναι. *Et parum abfuit, quin urbs caperetur.* Eodem modo Παρ' οὐδὲν ἔρχεσθαι apud Plut. in Vit. Cic. pag. 880. lin. 33. Παρ' οὐδὲν ἦλθε παραιρεθῆναι. i. e. *Nihil* vel *minimum abfuit, quin occideretur.* Vel, *Vix ac ne vix quidem mortem effugit.* Confer eundem in Caes. p. 727.

44 Imo lib. VII, pag. 451, lin. 30. Pro παρὰ dici etiam posse εἰς, ubi motus significatur, supra ad finem sectionis 2. ex Thucydide notavi.

45 Cap.

Digitized by Google

men significatu, idem potius est, quod *fere non:* ut cum Euripides ait, Παρ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον id est, *Interitum fere non effugisti*, aut *vix effugisti:* quod idem est, ac si dixisset, παρ' ὀλίγον ἀπόλωλας, vel ἦλθες ὀλέσθαι, *ab interitu parum abfuisti.*

At Thucydides, brevitatis amantissimus, lib. 8. unicum παρ' ὀλίγον; cum utroque verbo in utraque significatione conjunxit: dum ait, Ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφυγον, ἢ ἀπώλλυντο· *Semper enim aut parum admodum aberat, quo minus perirent, aut re ipsa peribant:* nisi dicamus, ἢ, loco suo motum esse; atque ante παρ' ὀλίγον construendum esse: tunc enim παρ' ὀλίγον, ad solum διέφυγον pertinebit.

XI. Praeterea, quatuor illa, παρὰ μικρὸν, παρ' ὀλίγον, παρὰ βραχὺ & παρὰ φαῦλον, cum verbis ἄγειν, ἡγεῖσθαι, τίθεσθαι, ποιεῖσθαι, sunt, *parvi facere:* ut παρὰ πολὺ; cum iisdem est, *plurimi facere:* tametsi hoc postremum rarius, quam illa, reperiatur. Xiphilin. in Domitiano, Παρὰ βραχὺ τὴν ἑαυτοῦ ἀσφάλειαν, πρὸς τὸ μηδένα ἐξ αὐτῶν (supp. γραμμάτων) συκοφαντηθῆναι, θέμενος· id est, *Parum de sua securitate solicitus, modo ne quisquam illarum (literarum) occasione calumniam pateretur.*

Synesius ad Theophilum, Ἦν οὐ παρὰ φαῦλον, ἀλλ' ἀντὶ παντὸς ἐποιεῖτο πεισθῆναι· *Cui rem persuaderi, non leviter, sed magnopere cupiebat.* Sic παρ' οὐδὲν ἄγειν, ἡγεῖσθαι, ποιεῖσθαι, τίθεσθαι, *nihili facere.* Xiphilin. in M. Antonino Philosopho, Εἰ μόνος ἐγὼ ἐκινδύνευον, παρ' οὐδὲν ἂν τὸ πρᾶγμα ἐποιησάμην· id est, *Si mihi soli periculum immineret, nihili rem istam facerem.*

XII. Octavo, παρὰ τοσοῦτον, tribus etiam praecipue modis usurpari solet. Παρὰ τοσοῦτον.

Primo enim, sine ullo casu, quem regat, simpliciter, idem est, quod *tanto, usque adeo:* ut, Παρὰ τοσοῦτον ἡττηθεὶς ἀνεχώρησε. *Tanto inferior rediit.*

Deinde, sine ullo etiam casu, significat potius *tantulum modo abfuisse*; Gallice, *à cela prés* Herodian. lib. 5. [45] de Macrino, qui Romam repetens jamque Byzantio proximus, Chalcedonem Bithyniae urbem rejectus erat, ibique a persequentibus interfectus, Παρὰ τοσοῦτον, inquit, Μακρῖνος οὐκ ἐξέφυγε τὰς διώξεις, id est, *Tantulum abfuit, quo minus persequentium manus evaderet.*

Quin

45 Cap. 4, §. 23. Verte brevius: *Usque adeo non effugit.*

 46 Cap.

Quin etiam, abſente negatione, ſenſus idem manere poteſt, ut patet ex illo Herodiani lib. 6. [46] Τὰ Ἰλλυρικὰ δὲ ἔθνη, στενὰ ὄντα, καὶ οὐ πολλὴν ἔχοντα τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις γῆν, παρὰ τοσοῦτον ὁμόρους, καὶ γείτονας ποιεῖ Γερμανοὺς Ἰταλιώταις· id eſt, *At vero Illyricae Gentes, quae quidem & peranguſtae ſunt, & parum admodum ſoli Romanis ſubditi poſſident, tantulo diſcrimine* (vel, *ſolae*) *Germanos ab Italis ſeparant.*

XIII. Tertio, cum genitivo caſu, ac fere verbo ἔρχεσθαι, utroque modo explicari poteſt. Nam quod ait Gregorius, Μὴ παρὰ τοσοῦτον ἔλθωμεν τῆς ἰσότητος θείας, id eſt, *Ne tantum abſimus ab aequalitate divina.* Quod autem Thucyd. lib. 3. [47] Παρὰ τοσοῦτον ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδύνου· id eſt, *Tantulum*, vel *tam prope Mitylene abſuit à periculo.*

XIV. Quarto, affinis eſt uſus ille, quo παρὰ τοσοῦτον, cum ſequente, παρ᾽ ὅσον conſtruitur: ut, Παρὰ τοσοῦτον οὐ κατελήφθη, παρ᾽ ὅσον οἱ διώκοντες τῆς εὐθείας ἐξετράπησαν. id eſt, *Hoc uno factum eſt, ne caperetur, quod perſequentes à recto itinere deflexerint* [48]. Imo, quod mirabilius eſt, abſque negativa particula, addito etiam καὶ, ſenſum tamen eundem habet: ut in illo S. Gregorii loco ex oratione περὶ φιλοπτωχίας, Παρὰ τοσοῦτον καὶ συμπατούμενοι, (pauperes) παρ᾽ ὅσον καὶ ψαύειν αὐτῶν βδελυσσόμεθα· id eſt, *Qui quo minus etiam conculcentur, hoc unum impedit, quod eos vel attingere horreamus.* Dicere potuit, μὴ συμπ.

Παρὰ pro *prae.*

XV. Jam, nono, παρὰ in comparationibus adhibetur, idque quadrifariam maxime. Primo, ad ſignificandum *prae:* ut, Παρ᾽ ἑαυτὸν μηδένα ἐπιτήδειον ἡγεῖτο. *Prae ſe aptum neminem putabat:* Gallice, *à comparaiſon de ſoy.* Plato in Apologia: Τοσοῦτον τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε, παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομένειν· id eſt, *Uſque adeo periculum omne contemnebat, prae ulla turpitudine quam ſubiret.* Gallice, *en comparaiſon de ſouffrir quoy que ce ſoit de honteux.*

Deinde, ubi de ſola duorum, aut plurium comparatione agitur; ut, Τὸν στρατηγὸν παρὰ πάντας τοὺς ἐν τῷ πάλαι εὐδοκι-

46 Cap. 7. §. 9.

47 Cap. 49. in fine. Confer lib. VII, cap. 2. in fine. Παρὰ τοσοῦτον αἱ Συράκουσαι ἦλθον κινδύνου. *Et in tantum quidem periculum Syracuſae adductae ſunt.*

48 Vel, quod propius ad Graecorum idioma accedit: *Tantum abfuit, ut non caperetur, quantum, qui perſequebantur, a recta via deflexerunt.*

49 Ita

δοκιμήσαντας ἐξετάζειν· id eſt, *Imperatorem eum illis omnibus, qui priſco aevo floruerunt, committere* [49].

Tertio, cum quis ſecum ipſe comparatur: ut, Αὐτὸς δὴ παρ' ἑαυτὸν δεινότερος καθ' ἡμέραν γίνεται· *Is profecto, ſecum ipſe comparatus, ſolertior*, aut *vehementior evadit in dies.*

Denique, cum inſtituitur comparatio rerum, aut perſonarum, cum locis, temporibus, ac caeteris ejusmodi, παρὰ reſpondet praepoſitioni Lat. *pro*; ut, Παρὰ τοὺς καιροὺς πολλαχῶς ἕκαστα θεωρεῖν χρὴ καὶ ἐξετάζειν τῶν συμβάντων. *Pro temporum diverſitate, diverſo quoque modo de ſingulis quae contigerunt, ſtatuendum eſt.*

XVI. Decimo, παρὰ, intermiſſioni cuidam, vel alternae ceſſationi ſignificandae adhibetur, idque modis pluribus. Primo, cum nomine numerali, ſimul & nomine tempus ſignificante, ut, παρὰ τρεῖς ἡμέρας, vel τρίτην ἡμέραν· id eſt, *tertio quoque die:* vel cum ſolo numerali, ut, παρὰ μίαν, *alternis diebus*; παρὰ τρίτην, *tertio quoque die.* Vel unico nomine temporis, ſive numeralis; ut, παρ' ἡμέραν, *altero quoque die* [50]; παρὰ μῆνα, *altero quoque menſe:* παρ' ἐνιαυτὸν, *altero quoque anno:* vel denique nomine temporis

49 Ita Ariſtides, Orat. pro Quatuorviris, pag. 272. Σκεψώμεθα γὰρ δὴ παρὰ τὸν Λυκοῦργον τὸν Μιλτιάδην ἐξετάζοντες. *Conſideremus enim Miltiadem, eum cum Lycurgo comparantes.* Conf. Rom. I, 25. Eſt & ubi non niſi per periphraſin reddi poteſt, ut in illo Platonis in Phaedro pag. 276, lin. 41. Παγκάλην λέγεις παρὰ φαύλην παιδιάν. *Praeclarum ludum narras, cui ſi caeteri comparentur, viliores ſunt.* Similem ſignificatum obtinere praepoſitionem πρὸς cum quarto caſu conſtructam, oſtendetur infra, Sect. 8. Reg. 12, & 13. Ita tamen inter ſe harum duarum praepoſitionum uſum differre, antumo, ut πρὸς tantum comparationem, παρὰ autem rei comparatae inſuper etiam excellentiam prae altera majorem notet. Hanc diſtinctionem confirmant verba ejuſdem Ariſtidis in eadem Orat. pag. 321. Ἡγοῦμαι δὲ καὶ ΠΡΟΣ ἀμφοτέρους, καὶ ΠΑΡ' ἀμφοτέρους ἂν εἶναι Θεμιστοκλέα, τόν τε Μιλτιάδην καὶ τὸν Κίμωνα. *Exiſtimo etiam, Themiſtoclem utrique, & Miltiadi & Cimoni cum conferri, tum praeferri poſſe.* Vel, *Exiſtimo Themiſtoclem cum Miltiade & Cimone collatum, utrique praeferri poſſe.*

50 Hinc ὁ παρ' ἡμέραν πυρετός. *Febris tertiana*, quae uno die intermiſſo redit: quam Graeci etiam vocant διὰ τρίτης. Παρ' ἡμέρην πυρεταίνειν, apud Aretaeum, de Morb. diut. lib. 1. cap. 2. eſt, *tertiana febri laborare.*

poris repetito, fine numerali, ut, ἡμέραν παρ' ἡμέραν, μῆνα παρὰ μῆνα, ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτὸν, eodem plane fenfu.

Deinde, cum numerali ad res aut perfonas, non ad tempus pertinente: ut, Γέροντες καὶ νεανίαι παρ' ἕνα συμπαρελθόμενοι· id eft, *Senes ac juvenes, una quidem, fed alterni tamen, incedentes*; ita nimirum ut duos inter fenes juvenis unus, duos inter juvenes, fenex unus inferatur. Alias, παρ' ἕνα, eft *uno excepto*, vel *unius caufa.*

Tertio, cum vox aliqua, interpofita praepofitione, repetitur, & duobus diverfis accommodatur: ut, Ἑκατέρῳ πληγὴν παρὰ πληγὴν ἐντεινόμενος id eft, *Alterna utrique vulnera infligens.*

# SECTIO VII.

## *De Praepofitionibus* περὶ & πρό.

## REGULA I.

Praepofitio περὶ, cum triplici etiam cafu, tam apud Poëtas, quam apud Oratores conjungitur, Genitivo, Dativo & Accufativo.

Περὶ, cum genit. *pro.* Cum Genitivo proprie fignificat *de*, non raro, *pro*, vel *propter* [51], ut, περὶ πατρίδος μάχεσθαι, pro ὑπὲρ, *pro patria dimicare.*

II. Cum verbo ποιεῖν, aut ποιεῖσθαι, triplici maxime ufu con-

51 Significatio τοῦ *propter* rarior eft. Invenitur apud Eurip. in Phoeniffis:

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν. - - -

Quos verfus vertit ita Caefar, vel, ut Torrentius vult ad Sueton. in Caef. cap. 30, Cicero:

*Nam fi violandum eft jus, regnandi gratia*
*Violandum eft.* - - -

Ita Judaei refpondebant Chrifto in Euang. Joann. c. X, comm. 33. Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν *Ob bonum opus non lapidamus te, fed ob blafphemiam, & quia, homo cum fis, facis te ipfum Deum.* Ubi particula ὅτι αἰτιολογικὴ, per particulam καὶ praecedentibus connexa, oftendit veram τοῦ περὶ fignificationem cauffativam.

52 Hoc

conjungitur. Aliquando enim significat *in*, ut, Τὺς ἐμπείρυς ἠρώτησεν, ὅ, τι χρὴ ποιεῖν περὶ τῆς ἐγχειρήσεως· id est, *Ex peritis quaesivit, quid in suscepto negotio fieri oporteret.*

Aliquando, per solum auferendi casum Latine redditur: ut, Μηδὲν ἔχω ποιεῖν περὶ τἀνδρός. *Quid hoc homine faciam nescio.* Galli Graecis propius, *je ne scay que faire de cet homme-la.*

III. Aliquando, ad aestimationem pertinet. Nam περὶ πολλῦ ποιεῖσθαι, vel τίθεσθαι, vel ἡγεῖσθαι, *magni facere*: περὶ πλείονος, *pluris*: περὶ πλείςυ, *plurimi*: περὶ παντὸς, *maximi*: περὶ μικρῦ, *parvi*: περὶ ἐλάττονος, *minoris*: περὶ ἐλαχίςυ, *minimi*: περὶ ὐδενὸς, *nihili*. Περὶ πολλῦ &c.

Dicunt etiam, περὶ πολλῦ ἐςιν αἱρεῖσθαι τὸ χωρίον: *magni interest, oppidum capi* [53]. Vel cum dandi casu. Dionysius Halicarnass. lib. 8. [54] Οὐολοῦσκοις περὶ πολλῶ ἐςι καταλύσασθαι τὰ πρὸς Ῥωμαίυς ἐγκλήματα· id est, *Volsci magnopere cupiunt offensiones cum Romanis omnes componere.*

IV. Significat etiam *circa*, vel *contra*. Herodian. in Commodo [55]. Δεδιὼς μήτι καὶ περὶ αὐτῦ νεωτερίσειεν· id est, περὶ αὐτόν. *Metuens ne quid circa se*, vel *contra se, novi moliretur.* *Circa*, vel *contra*.

Alias, idem est, quod ἀντί, id est, *loco*, *vice*: quod tamen rarum. Dionysius Halicarnass. 10. [56] Τὰ ἐλεύθερα σώματα μόνον ἐξελθεῖν αἰτησάμενοι, (Αἰκανοὶ) περὶ ἂν διήλλαξαν τὺς Τυσκυλανῶν αἰχμαλώτυς· id est, *Cum id unum postularent, (AEqui) ut ingenuis abire liceret, quibus Tusculanos captivos permutarunt.* Pro ἀντί.

V. Aliquando est, *prae*, *supra*, tam in soluta oratione, quam stricta. Idem Dionysius Halicarnass. lib. 6. [57] de rebellibus militibus: Λοχαγὺς τε ἑτέρυς, καὶ περὶ ἁπάντων ἄρχοντα τ̃ Σικίννιον ὑποδείξαντες· *Creatis aliis Centurionibus, summaeque rerum praefecto Sicinnio.* *Prae, supra.*

Hinc περὶ παντὸς θέλειν, *summo opere*, vel *prae aliis omnibus cupere*. Idem ibid. [58] Οἱ δὲ Ἀριςοκρατικοὶ περὶ παντὸς θέλοντες, μὴ κινεῖσθαι ἐκ τ̃ πατρίυ κόσμυ τὴν πολιτείαν· *At Optima-*

52 Hoc sensu additur & Substantivum magnitudinem vel dignitatem rei significans. Ita Theogn. in sentent. vs. 118.

--- Οὐδ' εὐλαβίης ἐςὶ περὶ πλείονος.

*Neque cautionis est majoris.*

53 Pag. 488, initio.

54 Lib. I, cap. 13, §. 13.

55 Pag. 651. in fine.

56 Pag. 375, lin 36.

57 Pag. 384, lin. 35.

 58 Pag.

Digitized by Google

*ptimates, qui summopere cuperent, nihil in Republ. patriis ex institutis mutari.*

Pro παρά. VI. Interdum, sed raro, ni fallor, sumitur pro παρά· ut apud Aristidem Panathen. Οἱ μετὰ τοιαύτην τιμὴν, περὶ τῶν Θεῶν αὐτοῖς ὑπάρξασαν, ἄλλα καλλίω τοῖς ἐξ αὐτῶν εἰς φιλοτιμίαν κατέλιπον· id est, *Qui post tantum honorem, quem a Diis consecuti erant, illustriora posteris suis, ad acuendam gloriae cupiditatem, alia reliquerunt:* nisi perperam editum est, περὶ, pro παρά.

Cum dat. circum, in. VII. Cum dandi casu, tam Poëtis, quam Oratoribus, est etiam *circum*, vel *in*. Homerus passim. Plato Reipub. 2. [58] Περὶ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν. *Aureum annulum in manu gestare.*

Hinc apud Herodian. lib. 5. [59] Περὶ βωμοῖς χορεύειν. *Circum altaria choream celebrare.* Et lib. 8. [60] Ἃς εἶχεν περὶ σώματι ἐσθῆτας. *Vestes quibus induti tum erant.*

Hinc & illud Xiphilini in Macrino, Ὡς οὔτέ τι τῆς βασιλικῆς θεραπείας, οὔτε τῆς τῶν δορυφόρων περὶ αὐτῇ φρουρᾶς, ἠλλοιώθη· id est, *Cum nihil aut ex regio famulatu, aut ex praesidiariis stipatoribus suis mutatum esset.* Dionysius Halicarnass. saepissime.

Pro. Alias, idem est quod ὑπὲρ, *pro*; ac fere cum verbo metum significante. Hinc apud Thucydid. saepe, περὶ τῇ πόλει δεδιέναι, φοβεῖσθαι, *urbi metuere.*

Περὶ, cum accus. circa. VIII. Cum accusativo frequentissime conjungitur, ac fere *circa* significat. Usum quod attinet, vide quae de ἀμφὶ diximus. Gemina sunt omnia [61]. Etiam in significatione, *circiter.* In qua saepe particula πυ subjungitur, ut, Χίλιοι περί πυ τὸν ἀριθμόν· id est, *Circiter mille numero.* He-

58 Pag. 382, lin. 40.

59 Cap 3, §. 16.

60 Cap. ult. §. 13.

61 Hinc aliquando apud Poëtas πλεονασμῶς utrumque invenitur. Ita Hom. Il. B. vs. 305.

Ἡμεῖς δ' ΑΜΦΙ' ΠΕΡΙ' κρήνην ἱερὰς κατὰ βωμοὺς
Ἔρδομεν ἀθανάτοισι τεληέσσας ἑκατόμβας.

*Nos autem, circumcirca fontem sacris in altaribus*
*Faciebamus immortalibus perfectis Hecatombis.* Et lib. Υ. paulo post initium.

Ὄχθαι δ' ΑΜΦΙ' ΠΕΡΙ' μεγάλ' ἴαχον
*Ripae vero circumquaque graviter sonuerunt.*

Vel una voce ἀμφιπερὶ in compositione, ut apud Oppian. Halieut. lib. I. Ἀμφιπερὶ σκαίροντες. *Circumcirca salientes.*

62 Cap

Herodian. lib. 7. [62] Εἰς ἔτος ἤδη περί που ὀγδοηκοστὸν ἐληλακώς· id est, *Cum jam ad annum circiter octogesimum pervenisset* [63].

IX. Habet etiam id proprium, ut reddatur *sub*, Gallice, *vers*, *sur*, ubi de tempore agitur. Ita saepe Dionysius Halicarnass. usurpat, ut lib. 7. [64] Οὗτοι περὶ λύχνων ἁφὰς παρεισπεσόντες ἔλαθον· id est, *Hi sub tempus, quo lychni accenduntur, clam sese insinuarunt.* Idem lib. 8. [65] Καὶ γὰρ ἦν περὶ δύσιν ἡλίου. *Sol enim tum occidebat: c'estoit vers Soleil couchant.* Et lib. 6. [66] Περὶ δείλην ὀψίαν, τίθεσθαι τὸν χάρακα. *Sub vesperam, castra metari: sur le soir, sur le tard.* Et lib. 9. [67] Περὶ μέσας νύκτας ἐξαναστάντες. *Sub mediam noctem consurgentes.* Rursusque lib. 8. Ὅτε δὲ ἤδη περὶ τὸν ὄρθρον ἦν· *Cum jam mane illucesceret* [68]: *sub primam lucem.* **Sub.**

X. Praepositio πρὸ, cum solo genitivo construitur. Ac pri- **Πρό.**

62 Cap. 5, §. 3.

63 Vel sine particula που, apud Thucyd. lib. 1. cap. 54. Ναῦς τε καταδύσαντες περὶ ἑβδομήκοντα, ἔστησαν τρόπαιον. *Navibusque circiter septuaginta submersis, tropaeum statuerunt.*

64 Pag. 426, lin. 7.

65 Pag. 533, lin. 23.

66 Pag. 364, lin. 13.

67 Pag. 561, lin. 30.

68 Pag. 515, lin. 25. Eleganter Accusativo Substantivo Participium additur. Clarus Xenophontis locus Κύρου παιδ. lib. 11. pag. 273. Καὶ ἤδη τε ἦν περὶ πλήθουσαν ἀγοράν. *Et jam illud erat tempus, quo forum maxime hominibus frequentabatur.* Cum Accusativo Pronominis reciproci Praepositionis διὰ vice fungi videtur, & redditur, *Per se* vel *sponte.* Demosth. Olynth. 2 pag. 7. lin. 24. Περὶ αὑτὰ καταρρεῖ. *Sponte collabuntur.* Pro eodem etiam περὶ αὑτοῖς dicere licet: ita enim Plutarchus in Caesare p. 727. Ἐδόκει περὶ αὑτῷ καταλυθήσεσθαι, *Videbatur sua sponte collapsurus.* Qui artem, vel scientiam aliquam tractant, dicuntur, V. C. Οἱ περὶ ῥητορικήν. *Rhetores.* Οἱ περὶ τὴν γραμματικήν. *Grammatici.* Sic Οἱ περὶ τὴν σοφίαν sunt, *qui sapientiam profitentur*, Plat. Hipp. maj. pag. 281. in fine. Οἱ περὶ τοὺς λόγους. *Oratores.* Isocr. Euag. pag. 377. Significatur & hoc modo quodcunque vitae institutum. Ut Οἱ περὶ τὴν αὐλήν. *Aulici*, apud Julianum Apostatum ad Athenienses scribentem, pag. 271. Alias, εἶναι περί τι, est *versari, occupatum esse*, vel *intentum alicui rei.* Item in deteriorem partem, εἶναι περὶ νόσον, *Morbo laborare.* Vide Platonem Laodamanti scribentem, Νῦν δὲ Σωκράτης μὲν ἐστι περὶ ἀσθένειαν τὴν τῆς στραγγουρίας. *Nunc autem Socrates stranguria laborat.*

69 Pag.

Ante. primo, praecipueque ſignificat, *ante:* ſeu locum reſpiciat, ut πρὸ θυρῶν, *pro foribus.* Quo illud pertinet Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 9.[69] Αὐτῷ μὲν ὁ δῆμος, πρὸ πολλοῦ τῆς πόλεως ὄντι, ἐστεφανωμένος ὑπήντα· id eſt, *Ipſi quidem procul adhuc ab urbe remoto, populus coronatus occurrit:* ſeu perſonam; πρὸ τοῦ βασιλέως, *coram Rege:* πρὸ πάσης τῆς παρατάξεως, *ante omnem aciem:* ſeu tempus[70], ut, πρὸ πολλῶν ἐτῶν, *ante multos annos:* πρὸ ὥρας ἀναρπάζεσθαι, *immaturo fato rapi.*

Huc referendum eſt Latinum *pridie*, quod per hanc praepoſitionem duobus modis exprimitur; vel ſine ἡμέρα, ut, πρὸ μιᾶς Καλανδῶν Μαρτίου, *pridie Kalendas Martii:* vel cum ἡμέρα, ut, τῇ πρὸ μιᾶς Καλανδῶν ἡμέρα. Cum autem dicunt, τῇ πρὸ δέκα Καλανδῶν ἡμέρα, idem eſt, quod Latinis, *ante diem decimum Kalendas*, & ſimilia. Thucydid.[71] & alii dicunt, πρότριτα, id eſt, *tribus ante diebus, trois jours devant.*

XI. Eadem praepoſitione ſignificatur, quod Latini, *malle, anteponere;* idque duobus modis. Primo, id exprimendo, quod Latini dicunt, *velle antequam aliquid accidat;* ut, Πάντας τοὺς κινδύνους ὑφίστασθαι θέλουσι, πρὸ τοῦ τὴν ὑπάρχουσαν ἐλαττωθῆναι δόξαν· *Pericula omnia ſubire volunt, priuſquam parta jam gloria minuatur.*

Secundo, cum verbis aeſtimationem ſignificantibus, ut τιμᾶσθαι, ἄγειν, ἡγεῖσθαι, ποιεῖσθαι, ἐπαινεῖν, & ſi quae al. ut apud Xiphilin. in Auguſto: Ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸ τοῦ Διὸς αὐτοῦ ἦγαγεν αὐτόν. *Sed etiam quod Jovi eum ipſi antepoſuerit.* Sic, Πρὸ πάντων ἂν ποιησαίμην, ἐνστάντα τὸν κίνδυνον ἀπώσασθαι. *Omnibus equidem potius habuerim, praeſens periculum depellere.*

S E-

69 Pag. 593, lin. 29.

70 Qui ſenſus non tantum in compoſitione retinetur, ſed etiam Genitivus additur ejus, qui antevertitur Ita Plut. de Garrul. pag. 508. Καὶ λαβοῦσα τὸ ξίφος ἑαυτὴν προανεῖλε τοῦ ἀνδρός· *Et, arrepto gladio, ſe ante maritum interfecit:* ſive *antequam maritus ſe interfecit.*

71 Lib. II, cap. 34. Πρότριτα σκηνὴν ποιήσαντες. *Facto triduo ante tabernaculo.* Ubi Schol. . . . τρίτης ἡμέρας τῆς ἐκκομιδῆς. Et licet addat, ἢ ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς. tamen ἄμεινον τὸ πρῶτον ait.



Digitized by Google

# SECTIO VIII.

## *De Praepositione* πρός.

## REGULA I.

Πρὸς, genitivum, dativum & accusativum regit. De genitivo praecipua haec observa. Primo, saepissimè idem est, quod ὑπὸ, vel παρὰ, *A*, *Ab*; sive rem, sive personam genitivus significet Hinc πρὸς τοῦ πάθους ὀξύτερον κινεῖσθαι, *perturbatione acrius incitari*: πρὸς ἑνὸς ἄρχεσθαι κάλλιστον, *ab uno regi optimum est*: πρὸς ἁπάντων θεραπεύεσθαι, *coli ab omnibus*: πρὸς τοῦ τυχόντος κωλύεσθαι, *a vili capite impediri*: καὶ πρὸς ἀντιδίκου ὡμολόγηται, *confessus etiam est adversarius*. Et similia. Πρὸς cum genit. ab.

II. Secundo, ἐναντιόσημον est, id est, contraria duo significat: *e re alicujus*, & *contra*. Prioris exemplum est illud Dionysii Halicarnass. lib. 10. [72] Διδάσκων, ὅτι πρὸς τῆς βουλῆς ἐστι, τὸ πολλοὺς εἶναι τοῦ δήμου προστάτας· id est, *Ostendens, e re Senatus esse, ut plures Tribuni plebis essent.* Item hoc Xiphilini in August. Ὃς ἔδρη πολλὰ πρὸς ἑαυτοῦ τε, καὶ κατ' ἐκείνων διαπραξάμενος· id est, *Qui cum in rem suam, tum in eorum quoque perniciem multa perfecit.* Eodem sensu Zosimus lib. 2. [73] de Maxentio: Πρὸς ἑαυτοῦ τὸ λόγιον ἐλάμβανεν· id est, *Suam in rem oraculum interpretatus est* [74]. E re.

Significat etiam *contra*. Dionysius Halicarnass. lib. 7. [75] Πρὸς ἀνδρὸς ἐχθροῦ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον· id est, *Adversus inimi-* Contra.

72 Pag. 657, lin. 4.

73 Cap. 16.

74 Ab hac acceptione non admodum abludit, cum exta, aves, tonitrua, & si qua alia captandis ominibus idonea, dicuntur εἶναι πρός τινος. i. e. *alicui esse fausta.* Exemplum habet Arrianus lib. I, cap. 19. Εἶναι μὲν γὰρ πρὸς αὐτοῦ τὸν αἰετόν. *Aquilam enim sibi quidem faustam esse.* De persona itidem dixere Graeci, εἶναι πρός τινος. *stare a partibus alicujus. Facere cum aliquo.* Plat. in Protag. Καλλίας δοκεῖ μοι μάλα πρὸς Πρωταγόρου εἶναι. *Callias videtur mihi admodum Protagorae favere.*

75 Pag. 457, in fine.

76 E-

*micum hominem ſuffragium ferens.* De re item dicitur, λαμβάνειν πρὸς, id eſt, *ducere loco.* Philo in Legat. ad Cajum: Ὁ δὲ πρὸς ὕβρεως τὰς νουθεσίας λαμβάνων· id eſt, *Ille autem admonitiones injuriae loco ducens.*

III. Tertio, ſecundae acceptioni affinis illa eſt, qua ſignificat *eſſe*, *ſtare*, *facere ab aliquo*, unde quod Tullius ait: *Sed vide, ne hoc totum ſit a me*, Graece reddas: Ἀλλ' ὅπως οὐκ ἂν πρὸς ἐμοῦ συνόλως εἴη τοῦτό γε. Idem Tull. *A reo dicere*, Πρὸς τοῦ φεύγοντος εἰπεῖν· id eſt, τοῦ φεύγοντος ὑπεραπολογεῖσθαι.

Quarto, nec illa diſſimilis, qua cum genitivis, ἀγαθοῦ, & κακοῦ, *conſtruitur*, ſequente ut plurimum dativo rei, vel perſonae. Nam ἔστι μοι τοῦτο πρὸς ἀγαθοῦ, idem, quod ἐπ' ἀγαθῷ, *hoc e re mea eſt:* contra vero, κἀκεῖνο δὴ τοῖς πολεμίοις πρὸς κακοῦ γένοιτ' ἄν· id eſt, *Atque id ſane in perniciem hoſtium cedet.* Abeſſe tamen dativus poteſt. Nam quod Latine, *cui bono?* Graece abſolute, πρὸς τίνος ἂν ἀγαθοῦ γένοιτο;

IV. Quinto, conjuncta etiam illa eſt, qua ſignificat *pertinere*, *partium & officii eſſe*, vel etiam, *convenire.* Dicunt enim, πρὸς τ' ἀνδρός ἐστι τὸ ἐγχείρημα, *homini ſane conveniat hoc facinus:* Gallice, *il eſt bien homme pour faire un tel coup.* Sic οὐκ ἔστι πρὸς τῆς πόλεως, τοῦ πάλαι φρονήματος οὐδὲ παρὰ τοσοῦτον καθυφεῖναι· id eſt, *Non eſt hujus urbis, de priſtina animi magnitudine vel tantulum remittere.* Huc pertinent, πρὸς λόγου, vel λόγον εἶναι, *ad rem pertinere:* πρὸς τρόπου, *e moribus*, vel *convenienter*, *eleganter*, *decore*, *apte:* cui contrarium eſt, ἀπὸ τρόπου, ut, οὐκ ἂν τάδε πρὸς τρόπου λέγοις, id eſt, *nunquam haec convenienter dixeris.* Sic, τὴν περὶ τοῦ βίου αἵρεσιν ἕκαστος ἂν πρὸς τρόπου ποιήσειεν· *vitae inſtitutum quilibet ſuis ex moribus delegerit.*

Nec abludit, πρὸς θυμοῦ, id eſt, κατὰ θυμὸν, vel καταθύμιος, *gratus*, *jucundus:* ut ἀπὸ θυμοῦ, *ingratus*, ἀποθύμιος.

V. Sexto, generis & ſanguinis communionem ſignificat: idque tribus praecipue modis. Primo, cum genitivo αἵματος. Nam οἱ πρὸς αἵματος, id eſt, οἰκεῖοι, συγγενεῖς, τῷ γένει προσήκοντες, vel ἀγχιστεύοντες, vel, ut Herodian. πρὸς γένος τινὶ ὑπάρχοντες, *propinqui alicujus & conſanguinei* dicuntur, & ſaepius quam ἀφ' αἵματος. Deinde, cum genitivis πατρὸς, & μητρός· nam οἱ πρὸς πατρὸς, *paterni generis propinqui:* οἱ πρὸς μητρὸς, *materni;* Gallice, *parens*

*du*

*du costé du pere*, & *de la mere* [76]. Tertio, cum genitiv. ἀνδρῶν, & γυναικῶν. Nam οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι, sunt οἱ πρὸς πατρός· & οἱ πρὸς γυναικῶν, sunt οἱ πρὸς μητρός. Alias dicunt, κατὰ πατρῷον, καὶ μητρῷον γένος· Cum autem dicitur, τὸ πρὸς πατρὸς, μητρὸς, &c. subauditur, γένος, id est, *genus, paternum, maternum*, &c. [77] Dicunt etiam συγγενεῖς ex. c. τὰ πρὸς πατρὸς, & subaud. κατὰ, eodem sensu, quo si τὰ deesset [78].

Septimo, affini admodum usu, idem significat, quod ἕνεκα, *ex parte, de la part: quod attinet*. Xenoph. Expedit. I. Οἶμαι γὰρ οὐκ ἀχαρίστως μοι ἕξειν, οὔτε πρὸς ὑμῶν, οὔτε πρὸς τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης· *Spero enim gratiam mihi, nec a vobis, nec ab universa Graecia defuturam.*

VI. Octavo, in obsecrationibus, juramentis, obtestationibus idem est, quod *per*: πρὸς Θεοῦ, *per Deum*: qui usus maxime vulgaris est. *Per.*

Nono, sed rarius, verti potest, *apud* vel *coram*: maximeque cum dicunt πρὸς Θεοῦ, καὶ πρὸς ἀνθρώπων, quod non semper est affirmantis, vel obtestantis; sed potius, *apud Deum & homines; coram Deo, & hominibus*: quod etiam Gallice, *devant Dieu, & devant les hommes*. Sic, Ἀναίτιον εἶναι πρὸς Θεοῦ τε καὶ πρὸς ἀνθρώπων· id est, *Apud Deum & homines culpa vacare*. *Apud.*

VII. Πρὸς cum dativo casu. Primo est, *prope, ad, juxta*, πρὸς τῇ πόλει, *prope urbem*. Πρὸς cum dat.

Secundo, *apud*, vel *cum*, ac fere cum pronomine reciproco: nam εἶναι πρὸς ἑαυτῷ, id est, λόγον ἑαυτῷ διδόναι, καθ' αὑτὸν λογίζεσθαι, *secum esse*, aut *secum attente cogitare*: πρὸς ἑαυτῷ, vel ἑαυτὸν [79] σκοπεῖ, *secum ipse reputat*.

Ter-

76 Exempla quaere apud Aeschin. contra Ctesiph. pag. 298. lin. 38. ubi ait, virum popularem oportere esse ἐλεύθερον πρὸς πατρὸς καὶ μητρός. *ingenuum a patre & matre.* Et eadem pag. prope finem per Adjectivum verti potest. Πάππος ὁ πρὸς μητρός. *Avus maternus.*

77 Ita supplet Herodian. l. I. c. 7. Τὸ μὲν γὰρ πρὸς πατρὸς αὐτῷ γένος ἐκ τῶν τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐπισήμων ἦν. *Nam paternum ei genus ex nobilibus senatorii ordinis erat.*

78 Ita Pausan. in Achaicis pag. 398. lin. 35. Ἀθηναῖοι ὄντες τὰ πρὸς μητρός. *Athenienses materno genere.* Caeterum pro πρὸς licet etiam dicere ἀπό. v. supr. Cap. IX. sect. I. reg. 13.

79 Recte in Accusativo, qui Casus non minus est usitatus, prae-

*In.* Tertio, idem est, quod *in:* cum significamus aliquem, in certo negotio diligenter & attente versari: ut, ἦμεν πρὸς τῷδε τῷ λόγῳ, *hoc in sermone*, vel *hac in disputatione versabamur:* πρὸς τούτῳ ὅλος εἰμί, *totus in hoc sum* [80]. Horatius. *Totus in illis*, supp. *nugis.* Quo sensu etiam cum accusativo jungi potest.

*Praeter.* Quarto, frequentissime valet *praeter:* nam cum dicunt, πρὸς δέ, sine adjuncto, vel πρὸς δὲ καί, vel πρὸς δὲ τούτοις, vel ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, significatur, *ad haec, accedit, praeterea*, ut ἐπὶ τούτοις, & χωρίς, & ἄνευ τούτων· Itemque cum dicunt, καὶ τὸ πρός, vel τὸ περισσόν: id est, *& le surplus*, dativus subintelligitur [81].

VIII.

praesertim quando cum alio verbo construitur: ut, ἀναλαμβάνειν πρὸς ἑαυτόν. *Reputare secum.* Plat. in Hipp. maj. p. 288. Atque elegans hoc idioma est, si inter duo Pronomina haec Praepositio collocetur. Ita Sophocles in Electra, vs. 281.

Ἐγὼ δ' ὁρῶσ' ἡ δύσμορος κατὰ στέγας
Κλαίω, τέτηκα, κἀπικωκύω πατρὸς
Τὴν δυστάλαιναν δαῖτ' ἐπωνομασμένην
ΑΥΤΗ ΠΡΟΣ ΑΥΤΗΝ.

i. e. *Ego autem misera videns talia domi, fleo, tabesco ac deploro patris convivium illud, quod infelix dicitur, sola mecum.*

80 Philostrat. de Vit. Apollon. lib. V. cap. 31. Οἱ δὲ ἐγρηγορέναι τε αὐτὸν πάλαι ἔφασαν, καὶ πρὸς ἐπιστολαῖς εἶναι. *Illi autem & dudum eum surrexisse, & epistolis scribendis vacare dixerunt.*

81 Hoc sensu Latini vertunt aliquando per, *Praeterquam quod* cum Verbo Substantivo, vel, *Non solum, sed etiam:* vel denique: *Cum; tum.* Ita Plut. in vit. Demosth. pag. 855. in fine. Πρὸς γὰρ τῷ νεμεσητῷ καὶ ἀγεννές. Ad verbum: *Nam praeter indignum, non est generosum:* h. e. *Praeterquam quod indignum est:* vel, *Non solum est indignum, sed etiam* &c. Vel, ita: *Est enim tum indignum, tum non generosum.* Confer Platonem in sympos. pag. 195. Νέος ἐστὶ πρὸς δὲ τῷ νέῳ ἁπαλός. *Juvenis est, & praeterea* (i. e. *praeterquam quod juvenis est*) *mollis.* Et in Phaedro pag. 240. lin. 18. & 45. & pag. 270, init. Item Isocrat. Nicocl. pag. 70. Ubi; *Qui temperantiam fortuito, inquit, nec consulto colunt, fieri potest, ut sententiam mutent;* εἰ δὲ ΠΡΟΣ ΤΩΙ πεφυκέναι καὶ διεγνωκότες, ὅτι μέγιστόν ἐστι τῶν ἀγαθῶν ἀρετή, δῆλον ὅτι πάντα τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ τάξει διαμενοῦσι. *qui vero praeterquam quod naturali hac virtute praediti sunt, insuper perspiciunt, summum bonum esse virtutem, manifestum est, eos in hac vitae statione constanter permansuros esse. Super hanc virtutem*, una voce Latine dixeris, ut amat Suetonius,

quem

Digitized by Google

VIII. Quinto, quod Lexicographi vulgo non observant, etiam cum dandi casu, officium munusque significat, ut ἐπὶ, cum genitivo. Exemplum mihi nunc occurrit apud Herodian. lib. 3. c. 5. Εἴ πως τινας πεῖσαι δυνηθεῖεν, ἢ τῶν ὀψοποιῶν, ἢ τῶν πρὸς ταῖς κύλιξι· id est, *Si quibus persuadere forte possent, qui aut condiendorum ciborum curam haberent, aut a poculis ipsi essent.* Pro ἐπί.

IX. Πρὸς, saepissime cum accusativo construitur: Ac primo, tam multiplici fere usu, quam *ad*, apud Latinos. Pauca haec observare juverit: πρὸς χάριν, *ad gratiam eblandiendam:* πρὸς ἐπίδειξιν, *ad ostentationem* [82]: πρὸς ἔπος, *ad verbum*, id est, *ad rem*, de qua vel agitur, vel disputatur; idem quod πρὸς λόγον: ut, τοῦτο τί πρὸς ἔπος; *quid hoc ad rem?* πρὸς τόδ' ἔτι ἅπαντα καθίστασθαι τὸν λόγον, dixit Aristides, id est, *ad hoc unum orationem omnem referri* [83]. Πρὸς, cum acc. ad.

Hinc

quem vide sis in Ner. cap. 31. *Ad hunc impendiorum furorem SUPER fiduciam imperii, etiam spe quadam repentina immensarum & reconditarum opum impulsus est.*

82 Ἀποκρίνεσθαι πρὸς τὰ ἐρωτώμενα. *Respondere ad interrogata.* Hoc sensu Graeci aliquando Praepositionem subaudiendam relinquunt, ut in illo Platonis in Gorg. pag. 474. Ἀποκρινόμενος τὰ ἐρωτώμενα. *Respondens ad rogata.*

83 Huc refer illud Platonis in Gorg. pag. 502. lin. 42. Λέγειν πρὸς τὸ βέλτιστον. *Ad id, quod optimum est, referre orationem.* Et illud Herodiani lib. 2. cap. 9. in fine. Ψευσάμενος πρὸς τὸ χρειῶδες. Proprie: *Mentitus ad utilitatem.* i. e. *ubi vidit in rem suam esse.* Videtur dissimulari Participium φέροντα, *Pertinentia.* Alia acceptione πρὸς *Ad* vertitur, quando pro εἰς ponitur in numeralibus. Xenoph. Hist. Gr. lib. 1. pag. 435. Ὥστε ἀπολέσθαι αὐτῶν πρὸς ἑπτακοσίους. *Adeo ut ex illis ceciderint ad septingentos.* Jul. Caes. B. G. lib. 1. *Ex his, qui arma ferre possent, ad millia XCII.* Adde Ter Heaut I, 1, 93.

--- *Mercedem quasi talenta ad quindecim*
*Coëgi.* ---

At πρὸς λόγον convenientiam sive proportionem notat, sequente Genitivo rei comparatae. Sic de Oxo fluvio Arrian. de Exp. Al. lib. III cap. 29. Τὸ μὲν γὰρ εὖρος ἦν ἐς ἓξ μάλιστα σταδίους· βάθος δὲ, οὐδὲ ΠΡΟΣ ΛΟΓΟΝ τοῦ εὔρους, ἀλλὰ πολὺ δή τι βαθύτερος &c. *Ejus latitudo ad sex ferme stadia sese extendit. Altitudo autem ne cum latitudine quidem comparanda est*, sive, *convenit minime: sed multo profundior est.* Servat eandem proportionis significationem etiam cum aliis accusativis. Ita Euripides in Hippolyto ait:



Digitized by Google

Πρός τι. Hinc etiam illud, πρός τι, Philosophorum, id est, *relativum*, ut Logici nunc loquuntur, quod totum per sese ad aliud referatur. At πρὸς τί; interrogativum, id est, *quorsum*; πρὸς τί ταῦτα λέγεις; *quorsum ista dicis*[84]?

X. Secundo, in quibusdam verti potest, *per*, vel cum adverbio, vel solo auferendi casu: ut πρὸς ὀργὴν, *iracunde*: πρὸς φθόνον, *invidia*: πρὸς βίαν, *vi*: πρὸς ἀκρίβειαν, *accurate*: πρὸς ὑπερβολὴν, *excellenter*: πρὸς ὑπόνοιαν, *suspiciose*: πρὸς ὕβριν, *injuriose*, vel *injuriae loco*: πρὸς ἐπήρειαν, *contumeliose*, vel *contumeliae loco*: nam πρὸς ὕβριν, aut ἐπήρειάν τι λαβεῖν, est, *aliquid injuriae*, vel *contumeliae loco ducere*[85]: πρὸς φιλίαν, *amice*: πρὸς ἔχθραν, *inimice*, *inimico animo*: πρὸς καιρὸν, vel ὥραν, *commodum*, *tempestive*: πρὸς ἀφθονίαν, *abunde*: πρὸς ἀφοσίωσιν, id est, ἀφοσιώσεως ἕνεκα, & ἀφοσιωμένως, *perfunctorie*.

Adversus. XI. Tertio, est *adversus*, tam in *bonam*, quam in *malam partem*. Et in *bonam* quidem, id est, *erga*: ut τὰ πρὸς Θεὸν ὅσια[86], id est, *quae adversus Deum sancte servanda sunt*. In *malam* vero, usu valde trito: ut, Τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους εὐπρεπῆ ποιήσασθαι, id est, *necessaria adversus hostes comparasse*. Notandum tamen, verbum ποιεῖν, eleganter hac in acceptione adhiberi, ad significandum quicquid *utile*, vel *efficax* sit *adversus aliud*: quomodo remedium quodvis, πρὸς τὴν νόσον ποιεῖν, dicitur, id est, *adversus morbum utile*: ut τόδε τὸ ἀμυντήριον πρὸς θανάσιμα φάρμακα ποιεῖ, *hoc amuletum adversus lethalia venena utile est*.

Propter. XII. Quarto, est, *propter*. Dionys. Halicarnass. lib. 4.[87] Τὸ ἀνέστιον, καὶ ἄπορον, καὶ πρὸς καταδίκας, ἢ χρέα, τὴν ἐπιτιμίαν ἀπολωλεκὸς φῦλον, verbatim, id est, *Turba sine lare, inops, quaeque vel propter condemnationem* (id est, *damnata*

Πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

*Prout fortuna nobis, ita & animus est.*

84 V. Euang. Joann. cap. XIII, com. 28. Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων ΠΡΟΣ ΤΙ εἶπεν αὐτῷ. *Hoc autem nemo accumbentium sciebat, quorsum dixisset.*

85 Tale illud Dionysii Hal. lib. IX, pag. 576, lin. 19. Ἵνα δὲ μὴ ΠΡΟΣ ΟΡΓΗΝ ἢ ΠΡΟΣ ΥΒΡΙΝ λάβῃ τὸ πρᾶγμα. *Ne rem injuriae aut contumeliae loco duceret.*

86 Vid. Dionys. Hal. lib. IV, pag. 218, lin. 44. Vel simpliciter τὰ πρὸς θεοὺς exp. *religio*. Demosth. Olynth. 3.

87 Pag. 235, lin. 35.

88 Vide

*mnata judicio, ) vel ob debita, dignitatem suam perdiderat.*

Quinto, *inter*, vel *cum:* ut, τὰς πρὸς ἀλλήλους διαλλαγὰς ποιήσασθαι· *inter sese reconciliari:* & πρὸς τὸν ἐχθρὸν διαλλάττεσθαι, *cum inimico reconciliari:* πρὸς τοὺς φίλους κοινολογεῖσθαι, *sermones miscere cum amicis:* ἀργύριον πρὸς τὸν σῖτον καταλλάττεσθαι, *pecuniam cum frumento permutare.* Aliquando comparationi locus est, ut, τινὰ πρὸς ἕτερον σκοπεῖν, ἐξετάζειν, *aliquem cum alio componere* [88]. Inter. Cum.

Sexto, *quod spectat, ce qui concerne, ce qui touche:* τὰ πρὸς ἡμᾶς, *res nostrae* [89], *les choses, qui nous touchent:* τὰ πρὸς σωτηρίαν φέροντα, *quae ad salutem pertinent* [90]: ὅσα γε πρὸς τὴν πόλιν, *Reipubl. caussa:* id est, *saltem quod ad Rempubl. attinet*, non autem, *propter Rempubl.* Quod spectat.

Septimo, *apud:* πρὸς τὸν βασιλέα, *apud Regem.* Apud.

XIII. Octavo, *secundum*, vel *pro*, quatenus *pro* convenientiam aliquam proportionemve significat: ut, πρὸς ἀξίαν ἑκάστοις διανέμειν, *in singulos pro cujusque dignitate dividere:* πρὸς ἄλλον ζῆν, *alterius ad nutum & arbitrium vivere:* πρὸς τὸ καθῆκον πάντα οἰκονομεῖν· id est, *omnia pro muneris sui ratione moderari, dispensare:* πρὸς τὸ πνεῦμα πέτεσθαι, *secundum ventum*, id est, *secundo vento volare:* ἀφεστηκέναι πρὸς καθαρότητα, *puritate ac nitore, vel secundum nitorem distare, differre;* διαφέρονται πρὸς τὴν πολιτείαν, *secundum Reipubl. administrationem dissident*, id est, *in modo gerendae Reipubl.* Ita πρὸς τὴν τῶν λόγων ἰδέαν διαφέρεσθαι· id est, *in constituenda eloquentiae forma dissentire:* πρός γε τὸ παρὸν, vel ὥς γε, vel ὅσον γε, vel ὅσα γε πρὸς τὸ παρὸν, μηδὲν ἂν χρησιμώτερον γένοιτο· id est, *pro praesenti rerum statu, nihil utilius fieri possit* [91]. Secundum.

No-

88 Vide plura in hunc sensum ad calcem hujus sectionis.

89 At, Πρὸς ἡμᾶς ἐστιν. *In nostra potestate est.* Plut. Apophth. p. 177. e. Πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἐστι καὶ τὸ καλῶς καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν. *In nostra potestate est & bene & male audire.*

90 Explicatur hoc modo etiam per *in*, eo sensu, quo quis dicitur excellens, ingeniosus &c. in aliqua re. Plat. in Phaedro pag. 263. Φεῦ, ὅσῳ λέγεις τεχνικωτέρας Νύμφας τὰς Ἀχελώου, καὶ Πᾶνα τὸν Ἑρμοῦ, Λυσίου τοῦ Κεφάλου, πρὸς λόγους εἶναι. *Phy, quanto solertiores Nymphas Acheloi, & Pana Mercurii filium, Lysia, Cephali filio, esse ais in orationibus componendis.*

91 Eodem modo Xenoph. Κύρου παιδ. lib. 1. cap. 44. Δεῖ οὖν πρὸς τὰ συμβαίνοντα, οἶμαι, τούτοις

Prae. Nono est, *prae*: *en comparaison*: πρὸς τὰ νῦν δεινὰ, πᾶν ὃ, τι πρότερον ὑπεμείναμεν, λόγος, καὶ μηδέν· id est, *prae calamitatibus praesentibus*, *quicquid ante pertulimus*, *nugae*, *merumque nihil* [91].

Tuncque adhiberi etiam potest, ὡς, ὥς γε, ὅσον, ὅσα, ὅσον γε, ὅσα γε, ὅσον δὴ, ὅσα δὴ, ante πρός.

τούτοις χρῆσθαι. *His*, *puto*, *utendum est secundum accidentia*. i. e. *prout sese offert occasio*. Huc referri potest illud Isocratis in Panegyrico pag. 109. Οὐδὲ πρὸς ἀργύριον τὴν εὐδαιμονίαν ἔκρινον. *Neque secundum pecuniam felicitatem judicabant*. i. e. *Neque pecunia felicitatem metiebantur*. Nec absimile est illud in Euangel. Matth. cap. XIX, 8. Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν. *Moses pro duritia*, vel *rationem habens duritiae cordium vestrorum permisit vobis*. Confer Marc. X, 5.

92 Exemplum habet Plato in Hipp. maj. pag. 281. in fine. Εἶναι τῶν ἀρχαίων τοὺς περὶ τὴν σοφίαν φαύλους πρὸς ὑμᾶς. *Esse antiquos sapientiae studiosos*, *rudes prae vobis*. Aliquando utuntur Latini circumlocutione. Ibid. pag. 289. Ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος πρὸς θεὸν πίθηκος φανεῖται. *Hominum sapientissimus*, *si cum Deo conferatur*, *simius videbitur*. Simili modo apud Lucian. in Dialog. Alex. & Philipp. Ubi cum Philippus accusat, quod Clitum interfecisset, ὅτι με (inquit) πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε. *Quod meas res gestas cum tuis comparando laudare ausus est*.

# SECTIO IX.

## *De Praepositionibus* ὑπὲρ, ὑπὸ, χωρίς.

## REGULA I.

Ὑπὲρ, cum genit. pro. Praepositio ὑπὲρ, cum genitivo tantum, & accusativo conjungitur. Et cum genitivo quidem redditur *super*, *de*, *per*, *pro*, *propter*. In quibus contrita prope omnia. Tamen in significatione *pro*, notandum est, interdum idem esse, quod ἀντὶ, *loco*, *vice* [93]. Ita sumit Dionysius Halicarnass. ut lib. 8. Οὗτοι τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες, ὑπὲρ τῶν ἀπο-

93 Vel in significatione, qua convenientiam notat. Quomodo vertitur locus in Paul. ep. ad Philipp. II, 13. Ὁ γὰρ Θεός ἐστι

ἀποθανόντων ἐν τῷ πρὸς Ἀντιάτας πολέμῳ στρατιωτῶν, ἠξίουν ἑτέρους καταγράφειν· *Hi magistratu inito, ut eorum militum vice, qui bello adversus Antiates gesto ceciderant, alios conscribere liceret, postulabant* [94].

II. In significatione *propter*, duo nota. Alterum est, eleganter cum infinitivo conjungi, tam affirmando, quam negando; ac fere resolvi per *ut*, vel *ne*: ut, ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν, *latendi causa*, vel *animo*, vel *ut latere possim*, *possis*; &c. ὑπὲρ τοῦ μὴ παραπλήσιόν τι παθεῖν, *ne simile quid pateretur*, vel *patiar*, vel alia quavis persona. Propter.

Rarius, quod sequitur ex Herodian. lib. 8. [95] Ὑπὲρ δὲ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη, ἡμῖν φροντὶς ἡμεῖς ἕξομεν· id est, *Ut autem barbarae quoque nationes quiescant, curae nostrae erit.*

Alterum est, idem valere, quod ὑπὸ, id est, *prae*. Dionysius Halicarnass. lib. 9. Οὐκ ἐξ ἐπιβουλῆς, οὐδ' οἰκείας πλεονεξίας ἕνεκα εἰς αὐτὰ κατέστησαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίας· *Non ex insidiis*, (id est, *dolo malo*) *nec privatae utilitatis caussa*, (*pour leur interest*,) *eo devenerant*, *sed prae singulari Reipubl. studio*: nam φιλοτιμία, non tantum *ambitio*; sed etiam, *alterius honoris studium*.

III. Cum accusativo est, *supra*, vel, *ultra*: ὑπὲρ λόγον, *supra vim dicendi omnem*: τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, *quae vires nostras superant* [96]. Dionys. Halicarnass. lib. 5. Ὑπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα, καὶ τὰ ἄλλα, δεινόν τι, καὶ οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι Ῥωμαίοις· *Supra haec omnia, caeteraque, indignum id esse, nec Romanis ferendum.* Cum acc. supra, ultra.

Ali-

ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας *Deus enim is est, qui efficit in vobis & ipsum velle, & ipsum agere, pro gratuita sua benevolentia.*

94 Locus est pag. 553, lin. 41.

95 Cap. 7, §. 15.

96 Hoc modo eleganter ad modum construitur cum verbo ἔχω. Sic oratio dicitur ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας ἔχειν, *quae vulgi captum excedit*, apud Isocr. Panegyr. non longe ab init. Nec minus scite eadem Praepositio cum Accusativo constructa adhibetur pro Comparativis πλεῖον, vel μᾶλλον ἤ. Lucian. Dem. Encom. pag. 903. init. Σὺ μὲν, εἶπεν, ὑπὲρ τὸν Πρωτέα μηχανᾷ τὴν ἐμὴν ἀκρόασιν ἀποδιδράσκειν. *Tu quidem* (ita verbatim) *inquit, ultra Proteum conaris meam recitationem effugere.* Ubi ὑπὲρ Πρωτέα pro μᾶλλον ἢ Πρωτεύς. ut sensus sit: *Tu magis, quam Proteus, varias formas modosque excogitas, quo effugias.*

97 Pag. 332, lin. 26.

 98 In

Digitized by Google

Aliquando tamen, sed multo rarius eodem modo sumitur, quo παρὰ, cum intermissionem significat: nam ὑπὲρ μίαν, est, παρὰ μίαν, *alternis diebus*: subintelligendo ἡμέραν.

Ὑπό. IV. Praepositio ὑπὸ, Genitivum, Dativum, & Accusativum regit.

Cum gen. *a*, *ab*. Cum genitivo, est, *A*, *Ab*, *Abs*. Qua in significatione notandum est, eam cum verbis etiam neutris conjungi. Nam ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν πολεμίων, *mori ab hostibus*, id est, *interfici*. Quo modo Tullius Academic. I. *Nihil enim esse valentius, a quo intereat.* Εἶναι γὰρ κρεῖττον οὐδὲν, ὑφ᾽ οὗ γε ἀποθανεῖν, vel ἂν ἀποθάνοι. Sic, ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἐκπεσεῖν, id est, φυγαδευθῆναι, *a Judicibus exilio mulctari*. Eodem fere sensu, verbum substantivum adhibetur: ut, εἶναι ἐν δόξῃ ὑπό τινος, id est, δοξάζεσθαι, *honorari ab aliquo* [98].

Propter. V. Aliquando est, *propter*: ὑπὸ τῆς ἀπεχθείας, *propter odium*.

Prae. Aliquando, *prae*: ὑπ᾽ ἐνδείας οὐκ ἔχω, ὅ, τι ἂν μοι χρήσωμαι, *prae penuria, quid agam nescio* [99].

Aliquando ὑπὸ, *a*: ut, ὑπὸ τραυμάτων θεραπεύεσθαι, *a vulneribus curari*; sed exemplo rariore. Plutarch. Alexandr. p. 699. Ὁ Βουκέφαλος ἐτελεύτησε, ὑπὸ τραυμάτων θεραπευόμενος· *Bucephalus mortuus est, dum a vulneribus curaretur.* Herodian. lib. 7. [1] Τῆς συγκλήτου ἀνὴρ, ὑπὸ ὑπατείας μὲν νεωστί. *Vir senatorius, ac novissime consularis*, id est, *consulatu functus*.

Ali-

98 In passivorum constructione aliquando subaudiendum re linquitur. Aristoph. Nub. vs. 1083. Ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ. *Si* [in] *hoc victus* [a] *me fueris.* Ubi Scholiastes. Λείπει ἡ Εἰς· καὶ ἡ, εἰς τοῦτο· δύο προθέσεων ἐλλείψεις· ἀντὶ τοῦ, Εἰς τοῦτο νικηθῇς ὑπ᾽ ἐμοῦ. Nam Praepositionem εἰς etiam ἔλλειψιν pati, supra notatum est, Sect. 2, § 8. Et observa, verbum λείπω passive vel neutraliter usurpari, ut dictum est ad Cap. V, Sect. 1. §. 6. Et praepositivum ἡ in feminino genere pro τὸ, de quo supra Cap. 1. §. 18.

99 Significat & *prae*, quando comparatio innuitur. Ita Plato in Phaedr. p. 245, lin. 9. de poëta sobrio, nec sacro furore percito ait: Ἀτελὴς αὐτός τε καὶ ἡ ποίησις ὙΠΟ ΤΗΣ τῶν μαινομένων, ἡ τοῦ σωφρονοῦντος, ἠφανίσθη. *Imperfectus & ipse est, ipsiusque, hominis sobrii, poësis prae aliorum furentium evanescit.*

1 Cap. II, §. 6. Exemplum singulare, nisi forte scribendum ἀπό.

2 Est

Aliquando, διὰ, ut, ὑπὸ σκότυ, *per tenebras* [2]. Pro διά.

VI. Cum dativo, ut plurimum redditur, *sub.* Exempla passim. Sed dativi locum genitivus interdum subit. Xiphilin. in Severo, Ὑπὸ τῆ ἀτοπίας ἦν ὁ Σεβῆρος. *Sub haesitatione Severus erat*, id est, *haesitabat.* Cum dat. sub.

Aliquando, *cum.* Plutarch. Public. [3] Ὑπὸ ῥάβδοις ὁμῦ πάσαις κὴ πελέκεσι· *Cum fascibus ac securibus omnibus.* Cum.

Aliquando, *ab*, *propter*, *prae*, cum dativo, loco genitivi. *Ab* [4], Eutrop. Metaphrast. lib. 2. initio, Πρώτῳ (ἔτει) μετ Ab.

2 Est & ubi vel per solum ablativum, vel adverbialiter redditur. Sic Thucyd. lib. III. cap. 33. Ὁ δὲ ὑπὸ σπυδῆς ἐποιεῖτο τὴν δίωξιν. *Ille vero magna festinatione persequebatur.* Sic ὑφ' ἑαυτῦ. *Sponte.* Idem lib. IV, cap. 64. Ταυτό μοι ποιῆσαι ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν. *Hoc idem, quod ego, sponte vestra facere.* At diversa acceptione dicitur quis ὑφ' ἑαυτῦ τι ποιεῖν, qui *propriis auspiciis*, vel *auctoritate* aliquid agit. Pauf. in Ach. pag. 417. in fine. Καὶ αὐτοῖς ἐπετράπη μὲν ὑπὸ τῦ Γάλλυ πρεσβείαν ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἰδίᾳ παρ' Ῥωμαίυς ἀποστεῖλαι. *Atque illis quidem a Gallo permissum est propriis auspiciis ad Romanos legationem mittere.*

3 Pag. 102, lin. 14. Praeter hoc aliud ex eodem in Galba exemplum citat Henr. Stephanus. Absit tamen, ut, ubicunque Latini *cum* adhibent, pro eo ὑπὸ reddant tirones. Fortasse non male verteretur, *praeviis fascibus*, ut & alterum illud in Galb. ὑπὸ φωτί. *praevio lumine.*

4 Non ideo, quia sequens exemplum hanc versionem satis commode recipiat, ut praepositioni *a*, tanquam in passiva constructione, locus detur, statim putandum est, ὑπὸ in Graecis verbis idem plane esse, quod *ab* in Latinis: significat itaque & hic & plerisque aliis locis subjectionem, & ὑπὸ Γάλλοις γίνεσθαι simile est ac ὑπὸ διδασκάλῳ εἶναι, ὑφ' ἡγεμόνι τετάχθαι, quod ut & in exemplo citato adpareat, en non rectiorem quidem, sed κυριολογωτέραν versionem: *Anno primo, postquam Urbs sub Gallis esse coepit*, i. e. *in Gallorum potestatem venit*, sive, *Gallis subjecta est*, vel *cessit urbis expugnatio.* Sed ut maxime concedam, ὑπὸ cum Dativo hic adhiberi more constructionis passivae pro Genitivo, non unicum hoc fulciendae regulae exemplum suffecerit, praesertim cum hic Metaphrastes casus huic praepositioni adjiciendos confundat temere, etiam in eodem orationis membro, cujus exemplum videsis lib. VI, cap. 24. Οὐ γὰρ ἔφερε μετὰ τοσαύτας νίκας ΥΠΟ' ΝΕ'ΟΙΣ ΓΕΝΕ'ΣΘΑΙ κὴ ΤΗ͂Σ ἐκείνων ΧΕΙΡΟ'Σ ἔχειν κὴ πειρατηθέν ἴσως γεγονημένος. *Non enim tulit post tot victorias, ut in adolescentium potestatem & eorum manus*

πρ῟ τὴν ὑπὸ Γάλλοις γενομένην ἅλωσιν· id est, *Anno primo p* *captam a Gallis urbem.*

Propter. *Propter*, aut *per.* Julianus August. in Caesarib. Ὑ τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι, καὶ οὐχ ὑπὸ τοῖς σοῖς ἐσφάλη στρατηγήμασι· *Suis ille peccatis, non tuis consiliis victus est, ce dit*[c].

Prae. *Prae.* Zosimus lib. 2. Ἐκθανόντων δὴ αὐτῶν ὑπὸ καύματ *Ipsis autem prae aestu emortuis*[d].

Pro ἐπί. VII. Aliquando etiam redditur *propter*, sed ita, ut su videatur pro ἐπί. Xiphilin. in Nerone, Ὁ δὲ Λουκανὸς ἐκωλ θη ποιεῖν, ἐπειδὴ ἰσχυρῶς ὑπὸ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο· *Lucanus a tem versus condere prohibitus est, quod vehementer ob poës laudaretur.*

Herodian. lib 2. [7]. Ὡς ὑπ' αἰσχραῖς τε καὶ ἀμφιβόλοις ἡδ ναῖς σκώπτειν· *Ut cum etiam ob turpes, & ambiguas volupt tes morderet, illuderet*[8].

VII

*manus veniret, natus ipse annos sex & quinquaginta.* Ubi ὑπὸ eadem in acceptione, eodem in membro & Dativo & Genitivo jungitur. Videri possit dicere voluisse πόλιν pro ἅλωσιν. Quicquid id est, non placet locutio, donec praestantiorem auctoritatem invenero.

5 Redditur & alio sensu *Propter*, quatenus significat *juxta.* Pausanias l. c. Πόλιν κτίσαντες ὑπὸ τῇ Ἴδῃ. *Urbe condita propter Idam.* i. e. *sub Idae montis radicibus.* Simile illud Thucydid. lib. II, cap. 79. Ὑπ' αὐτῇ τῇ πόλει. *Ad urbem ipsam.* Quomodo & Latinis *sub* pro *prope* ponitur. Virg. AEn. V. *Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alto.*

6 His adde: quod Latini dicerent; *Hujus impulsu*, vel *consilio*, vel, *ab hoc subornatus fecit:* id Graeci: Ὑπὸ διδασκαλίᾳ αὐτῇ ἐποίησεν. Pausanias ibid. pag. 416. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἔλεξεν ὑπὸ διδασκαλίᾳ τῇ Καλλικράτους *Atque haec quidem dixit, subornatus a Callicrate.*

7 Cap. 7, §. 4.

8 Denotat & *Ex* eo sens quo dicitur mulier peperisse viro. Sed hoc Poëtarum proprium. Ita Hom. Boeot. v 327.

Αἰνείας (τ' ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε δῖ' Ἀφροδίτη.)

*AEneas (quem sub i. e. Anchise peperit diva Venus*

Et apud Eund. lib. II. E. v 313.

Ἥ μιν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε βουκόλεοντι.

*Quae eum ex Anchise peper boves pascenti.*

Ponitur etiam haec Praepositi cum dandi casu, pro genitiv a praecedenti substantivo recto. Sic apud Platonem i Hippia maj. pag. 295. lin. 3 Τὰ ὄργανα τὰ ὑπὸ τῇ μουσικῇ καὶ τὰ ὑπὸ ταῖς ἄλλαις τέχναι

sunt

VIII. Cum accusativo, fere *sub*: sive locus indicetur, ut ὑπὸ τὴν πόλιν, *sub urbem* [9]: sive tempus, ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, *sub idem tempus*: sive, quod frequentissimum est, *potestatem*, seu *ditionem*: ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, *sub*, vel *in potestatem suam redigere*. Sic etiam dicuntur, οἱ ὑπὸ χεῖρας, *potestati subditi*. Dionysius Halicarnass. lib. 7. [10] Ὡς ἐχθρὸς προπηλακίζοντος ἀδεῶς τοὺς ὑπὸ χεῖρας· id est, *Tanquam hostis, potestati suae subditos contumeliose, absque ullo metu tractantis*. Cum acc. *sub*

Dicunt etiam, ὑπὸ πόδα χωρεῖν, id est, *pedem referre*: ἀναχάζεσθαι ἐπὶ πόδα, ut in praepositione ἐπί, ex Xenophonte audivimus. Idem Dionysius Halicarnass. lib. 5. [11] Διὰ τὰς συνεχεῖς πληγὰς ἐχώρουν ὑπὸ πόδα· id est, *Ob assiduos ictus pedem referebant* [12].

IX. Praepositio [13] χωρὶς solum genitivum admittit. Cum quo, ut plurimum, idem est, quod ἄνευ, *absque*; *sine*. Χωρὶς, cum genit.

Aliquando est, *praeter*. Nam χωρὶς δὲ τούτων, idem valet, quod πρὸς δὲ τούτοις· & χωρὶς δὲ, & χωρὶς τοίνυν, idem quod πρὸς δὲ, *praeterea*. Thucydid. lib. 2. Χωρὶς δὲ, ἄλλος ὅμιλος ψιλῶν, οὐκ ὀλίγος· *Praeterea, velitum turba reliqua, non exigua* [14]. *praeter*.

X.

sunt, *instrumenta Musica*, vel, *quae ad Musicam & caeteras artes pertinent*.

9 Significat nempe locum quemdam vicinum illi urbi vel loco, qui exprimitur, sive quietem sive motum indicat. Cum quies indicatur, cum dativo invenitur, ut modo ostensum est: At in motus significatione regulariter accusativum poscit, quomodo & Latini Praepositionem *ad* addunt, etiam ante propria urbium nomina. ut, *proficisci ad Athenas*, *ad Trojam* vel *Ilium* i. e. non tam ad urbem ipsam, quam loca suburbana. Sic Homerus, ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον. In temporis significatione apud Thucydidem passim invenire est.

10 Pag. 443, lin. 42.

11 Pag. 295, lin. 34.

12 Ὑπό τι Exponitur per adverbium, *Propemodum*: pro quo restituere malo, *Quodammodo*. Plat. in Phaedro pag. 242. lin. 35. Ubi Socrates ait, se a Phaedro coactum esse dicere sermonem εὐήθη, καὶ ὑπό τι ἀσεβῆ. *Vesanum, & quodammodo impium* q. d. *subimpium*.

13 Quo jure *praepositionem* dicat Auctor χωρὶς, ut & superius ἄνευ, non meum sit probare.

14 Hinc, sequente τοῦ & infinitivo, redditur, *Praeterquam quod*. Aristid. pro Quatuorviris, pag. 472. Χωρὶς τοῦ μὴ ὁμολογεῖν ταῦτα ἐκείνοις. *Praeterquam quod haec illis non respondent*.



Vel

*Nisi.* X. Aliquando, significat *nisi*, *praeterquam*: tuncq vel conjungitur cum ἢ ὅτι, sine particula negativa. philin. in Commodo, Χωρὶς ἢ ὅτι Πομπηϊανὸς ὁ γέρων οὐκ ὅτε ἀπήντησεν· *Nisi quod Pompejanus senex nunquam oc rit*, id est, *interfuit*. Nam illud οὐκ non refertur ad ρὶς, sed cum ἐστιν ὅτε significat, οὔ ποτε. Et casus sequi test, ei similis qui praecesserit: ut κακοὺς στρατιώτας οὐκ ἔ χωρὶς ἢ ὅτι ὀλίγους τινάς· *Ignavos milites nullos habet, pr omnino paucos*. Vel conjungitur cum ἢ, & adject. ὁ absque negatione similiter. Dionysius Halicarnass. lib. 1 Χωρὶς ἢ ὅσοι ὑπὸ νόσων, ἢ γήρως, φυγεῖν ἀδύνατοι ἦσαν· id *Praeter eos, qui vel prae morbis, vel prae senio fugere poterant*.

Vel construitur cum ἂν, aut εἰ, sequente part. n Plutarch. Camil. [16] Χωρὶς ἂν μὴ Γαλατικὸς ἢ πόλεμος· id *Nisi si Gallicum bellum fuerit*.

*Seorsim.* XI. Aliquando denique adverbii potius rationem in quam praepositionis: tuncque significat *seorsum*, *separa* ut νόσφι Poëtice.

Quo sensu, duobus modis usurpatur. Primo, per ac sine ullo casu, ut, Χωρὶς γὰρ ἐκεῖνος, καὶ καθ' αὐτὸν δ νον ἐξετάζεται· id est, *Ille enim seorsum, ac per sese tan modo spectatur*, aut, *secum ipse comparatur*· Χωρὶς περὶ των εἰπεῖν· *Seorsim de singulis dicere*.

Secundo, cum genitivo casu: ut Ὅσον διὰ σταδίου ἀλλήλων διεστηκέναι· id est, *Uno circiter stadio ab invicem jungi*.

Vel sine articulo; ita Crito apud Platonem: Χωρὶς μὲν σου ἐστερῆσθαι, τοιούτου ἐπιτηδείου. *Praeterquam quod te, amico tam necessario, privatus ero*. Notat etiam *praeter*, ubi exceptio indicatur, quo sensu etiam casui suo postponitur. Sic de diluvio Apollodorus lib. I, pag Ὥστε διαφθαρῆναι πάντας α πους, ΟΛΙΓΩΝ ΧΩ *Ita ut omnes homines peri exceptis paucis*.

15 Pag. 646, lin. 19.

16 Pag. 151, lin. 26.

F I N I S.

*L A U S D E O.*

# DE
# ACCENTIBUS.

## CAPUT I.

Accentus est mensura syllabae, quae servatur aut scribendo, aut pronunciando, prout certa aliqua ratio, lex, aut consuetudo postulat.

Accentus sunt tres: Acutus, Gravis, Circumflexus.

Explicatio nominum, quibus in significandis accentibus pro varia specie & sede Grammatici Graeci utuntur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Acutus in | Ultima<br>Penult.<br>Antepen. | vocantur | Oxytonus: ut, τιμή.<br>Paroxytonus: ut, λόγος.<br>Proparox. ut, ἄνθρωπος. |
| Circumflexus in | Ultima<br>Penult. | vocantur | Perispomenus: ut, ποιῶ.<br>Properispom. ut, σῶμα. |

Gravis ultimam syllabam duntaxat occupat, nunquam tamen pingitur, nisi in orationis contextu, ubi acutus vertitur in gravem; ut ἀγαθὸς ἀνὴρ ἐςι κοινὸν ἀγαθόν· ubi nota, ἀγαθὸς, κοινὸν, si seorsim sumantur, tono acuto, sed in orationis contextu gravi pinguntur: ut in exemplis.

Animadverte itaque, acutus finalis sive sit in flexione, sive constructione, ante nullam distinctionem, vel duntaxat ante comma (,) vertitur in gravem, ut ἀγαθὸς *bonus*. Si colon (·) vel punctum interrogationis (;) vel punctum admirationis (!) sequatur, manet acutus: ut τίς ἀγαθός; *quis bonus?* ὦ ἀγαθέ! *ô bone!* τὸν ἀγαθόν.

### *Accentuum leges.*

| | |
|---|---|
| Circumflexus | Nunquam est in antepenultima.<br>Non nisi in syllaba natura longa.<br>Non in penult. nisi ultima brevi [17]. |

Acu-

